ANCISCO MUELA
ANTA ANA, 1
CORDOBA

60

54-105

Diuus Thomas in octo Politicoruꝫ Ariſtotelis libros cuꝫ textu eiuſdem.

Interprete Leonardo Aretino.

~~No 25~~ ~~442~~

CORDOB

R 50

¶ Auguſtinus Piccolhomineus Magiſtro Ludouico Ordinis Predicatoruz Pro
curatori Digniſſ. Preceptori ſuo. S. P. D.

¶ Cōmentarios Diui Thome in libros octo Politicoꝝ Ariſtotelis:cum proxima eſta
te in Etruria cōperiſſem:eſſentq;:ſcriptoris vitio:mendoſiſſimi. Quod his crebro ac
cidit:qui ea que non intelligunt:exſcribere aggrediuntur. Indolui diuinum opus:licet
deprauatum:abiectum:puluerulentūq;:carie conſumi:cum ad enodandas Ariſtote
lis ſententias:grauitatēq; ⁊ dicendi vim interpretandam vnus ipſe Thomas nemini
cedat. Romā ut redij:Vrbem fere totaz perquiſiui:ſi fideliorem forte Codicem repe
rirem:quo lumen aliquod:diuerſis inuicem collatis exēplaribus: Thome afferre poſ
ſem. Nullum in tanta Vrbe repperi:quod ſatis admirari non potui: cum libroꝝ hinc
⁊ latinoꝝ ⁊ grecoꝝ maximā eſſe copiā certiſſimū ſit. Subdubitans deinde ⁊ quodam
modo videns tantū opus perditū iri:ne exinde ciuiles viri:qui in itelligēdo Ariſtotele
maxime laborant iacturā facerent:ad te mittendū ſtatui:ut euz q̄ maxime horridum
imundūq;:qđ confidimus:excolas ⁊ expurges:ne quid in eo:qđ a ſcriptore additum:
diminutūue ſit:inconcinnuz:barbaruz:incultūq; legatur. Tu Ꝟo qui iādudum cuz tua
maxima laude ordinē predicatoꝝ profeſſus es:quiq; in euoluēdo:lectitandoq; Tho
ma iam pluribus annis es uerſatus:prouinciā hanc pro tua benignitate ſuſcipe nō re
cuſabis. Eiuſmodi enim es qui grato erga Thomā animo:cuz ipſe te erudierit:⁊ ex cu
ius lectione multa hauſeris:laborem hunc pro eo ſuſcipe minime graueris. Cōfiden
tius Ꝟo ad te uenio:quoniā ⁊ te p̄ceptore familiariter uſus ſuz:⁊ nullus cuius mihi do
ctrina ꝓbatior: ſciētiaq; fidelior videret̄ occurrebat. Nā in pluribus Italie gymnaſijs
pħiam theologiāq; profeſſus:cuz ubiq; maximā gloriā ſis ꝯſecutus nuperrime Ro
mā:bonaruz artiuz litterarūq; parentē aduenisti. Hic Ꝟo cum te laudent oēs:cur ego
ad te nō recurrā:ignoro. Qđ ſi(ut ſpero)expolitū:candidūq; librū preſtabis:quātā ab
his qui ciuitatibus preſunt:qui ue vna Reſpublicas adminiſtrant ſis ꝯſecuturus tu qui
prudentiſſimus es conſidera. Hi enim cuz Ariſtotelē legunt ut precepta ſoluz exequā
tur:dum in uerboꝝ interp̄tatione imorari eos neceſſe eſt ⁊ Ariſtotelē dānant ⁊ negli
gunt. Qđ ſi laborē hunc dempſeris ⁊ ſūmopere te laudabunt ⁊ pħi precepta exequē
tes Ariſtotelē maxime uenerabuntur. Quare te rogo ut omiſſis pauluz ſacris ſtudijs:
ad hos cōmētarios corrigēdos:emēdandoſq; tanq; in hortulū:cuz tibi per maximas
curas licebit:deſcēdas:ut ſi forte eos Leonardi Aretini trāſlationi:que ita ꝯfuſe imp̄ſſa
eſt:ut ne uerbū quidē Aretini ꝯtineat:adnectere uelimus:poſſimus vno tp̄e Ariſtotelē
mēdis uacuuz:Diuūq; Thomā in tenebris latitantē:in lucē emittere. Vale.

Magiſter Ludouicus Ualentia Reuerendiſſimo in Chriſto patri ⁊ domino:domino Franciſco de Piccolhominibus Cardinali Senenſi. S. P. D.

Ugustinus Piccolhomineus nepos tuus iuuenis certe p̄ſtāti ⁊ erudito ingenio caſtiſſimiſqꝫ inſtitutus moribus:ac ꝑtinax emulator bonarum artiuꝫ ⁊ tui(ut par eſt)obſ̄uātiſſimus:meiqꝫ pro ſua humanitate amātiſſimus:litteris ſuis me plurimuꝫ cohortatus eſt:ut cōmētarios diui Thome Aquinatis in octo libros Politicoꝝ a ſe ꝓxima eſtate in Etruria cōpertos:opus ſane raruꝫ ⁊ mendoſuꝫ ſcriptoris vitio recognoſcerem atqꝫ caſtigarē. Rem ꝑfecto dignā ſuo animo feciſſe euꝫ iudicaui qui cuꝫ ſapiētia p̄ditus ſit impetuꝫ habet ad eas diſciplinas que de gubernāda Rep. p̄cepta tradunt:quod ſapientis officium eſſe conſtat. Cuꝫ v̄o magnitudine animi largus ⁊ munificus ſit:quicqd oibus cōmodum eſſe poſſit:oibus publicuꝫ eſſe ⁊ intelligenduꝫ preſtari uehementer optat. Eqdem eius inſtructꝰ cōſilijs nō recuſaui opus aggredi qđ me ſuſcipere equuꝫ illo admonente ⁊ grauiter ꝓbante eſſe intelligam. Sed cum Leonardi Aretini tranſlatio aperta magis ⁊ latina ſit:que tamen impreſſa nec Aretini uerbuꝫ cōtinere videatur:ſuaſit ⁊ Thome interpretationē ei coaptare tranſlationi ⁊ expurgare deprauatuꝫ Ariſtotelis librū. Hoc certe ſatis mihi difficile viſuꝫ eſt eos recte ſentire exiſtimans:qui ueterem tranſlationē:quā tamen Thomas cōmentatus fuit nō cōſentire Ariſtoteli cenſent. Ueruꝫ exꝑimento didici eiuſmodi viros qđ nō intelligāt temere iudicare. Nihil enim magis conſonū ⁊ conſentaneuꝫ ⁊ coaptatum eſſe pōt q̃ꝫ uetus nouaqꝫ Politicorū Ariſtotelis tranſlatio. Nam ⁊ ſi Diuus Thomas ueterē expoſuerit:nouā tamen interpretari videt. Thomas utranqꝫ tibi planaꝫ apertamqꝫ eodem ſenſu:nulloqꝫ penitus diſcrimine reddit. Neqꝫ tamen in his cēſores nō equos multum inſequi iuſtuꝫ eſt:eis enim uenia danda qui phiam non ꝓfiteant:nec eius ſecreta rimari ꝯſueuerint. Oblectati nāqꝫ nimium lepore ac ornatu uerboꝝ ꝯtenti ſcire quid uerba ſignificent:reruꝫ que uocibus exprimunt naturas ac ꝓprietates diligētius ꝑquirere obliuiſcunt. Quo fit ut dānent que fucum nō p̄ſtant:tametſi ueritatem cōtineant. Hi tn̄ admonēdi ſunt:q̃uis eis parcimus ut que ſua ſunt tueant:noſtra nō dānent:ſuiſqꝫ ꝯtēti limitibus in imenſuꝫ phie noſtre pelagus cum magno ſui honoris diſcrimine leui ſua cymba non aſcendant: Diſcant prius noſtra ac cuꝫ eloquētia bonas artes ⁊ diſciplinas ſibi cōparent. Munito deinde ac inſtructo ingenio que vitia inuenerint emendent:facundas ⁊ eruditas linguas ueneramur ⁊ extollimus:probamuſqꝫ maioreꝫ in modum Ro. lingue peritiā ⁊ uehemēter cupimus latinam fieri phiem:ſed culpa ueſtra eſt o Rethores noſtre etatis qui contēnitis oēs ſcriptores:qui uel hiſtoriā non tradunt: uel de oratoria non diſſerunt. Oēſqꝫ alios legerē ⁊ ſcire recuſatis. Ueneramur Platonem:Theophraſtum colimus:Obſuamus Alexādrum:Reueremur Themiſtium:Laudamus ſimplicium:Ciceronem noſtrum ꝓbamus:ac ceteros qui luculenter grauiter copioſe culteqꝫ phie partes tractarunt ſummis laudibus in celum efferimus. Ingētes gratias agimus Leonardo Aretino:Fatemurqꝫ ingenue Theodoro Gaçe nos plurimuꝫ debere. Qui nō modo cultum fecit Ariſtotelem:ſed etiam linguam noſtram locupletauit:⁊ auxit. Sed in illos dico qui totius nature ignari cum aliqd de Urbe condita: aut de Rethoris officio poſſunt dicere oium ſe artiuꝫ cēſores faciūt. Hi ſane adeo cuiuſqꝫ diſcipline neruo carent ꝙ etiā in his que ꝓfitentur a puero parum in dialeticis uerſato vno uerbo facile eēt ⁊ ligari ⁊ reuinci:⁊ in oēs partes uelut mentecaptos duci. Qua de re ut ad id reuertar vnde diſceſſi cuꝫ aperta ſit magis ⁊ culta que videlicet ⁊ inſtruere ⁊ oblectare ualeat Leonardi tranſlatio ac ei cōſentanea Thome Aquinatis interpretatio ſum arbitratus me rem facturū oibus gratā ⁊ cōmodam illam recognitā cum Thome expōne imprimēdam Auguſtino tuo cōmittere. Cogitanti tn̄ mihi cui preclarū hoc opus ſcriberem offendi neminem animo te magis idoneuꝫ. Nam hic liber regius eſt ⁊ ciuilis ⁊ legalis. Quis autem ⁊ in adminiſtrandis ſapienter rebus publicis regendis urbibus:ꝯdendiſqꝫ iuſtis legibus te aptior ſit:nō inuenio. Cuꝫ ⁊ ſapiētia p̄ſtes ⁊ beniuolētia ardeas:⁊ iuſtitia equus ſis. Ita ſane ⁊ a natura inſtitutus es ⁊ uſu ac exercitatione has virtutes tibi cōparaſti. Addo ꝙ ex tua domo ab Auguſtino tuo meo etiam in manus meas delatus eſt ad te reuerti debet optimo iure. Rurſumqꝫ a te ad illū qui mihi dedit:qui me excitauit ut emēdarem reduci. Omni iure liber iſte tuus eſt:ꝑfectus tn̄ erit ⁊ integer:nihilqꝫ ei adiungi poterit cum ad te ꝑuenerit cum ſuo fonti ꝯiunget. Cum circuli inſtar ſuo auctori erit inſertus. Diſtinctus ad te uenit per cōmēta:ut ex inſcriptionibus cognoſces. Locuplexqꝫ magis incedit:ꝯſtrictas hn̄s cuiuſqꝫ libri ſentētias:mea diligētia ⁊ ſtudio in ſinguli fine libri collocatas. Curabis igit reuerēdiſſime princeps ut euoluat crebro ac plegat a nepote tuo. Affert enim cōmoda multa humane vite liber iſte. Docetqꝫ diſcretis a pecudū vita moribus hoies vitā ducere:optimā vite frugem amplecti:felicitatem expetere:incorrupteqꝫ religionis cultum ſectari:ac tandem beatuꝫ hoiem efficit. Preſertim cum eo interprete ſit diſcendus:qui ſtilo graui ſolido cōſtanti:robuſto:pingui:apto:uero:ſibiqꝫ omni in parte ꝯſono Ariſtotelem referat. Concedes quoqꝫ ⁊ familiaribꝰ tuis qui in mea achademia philoſophantur. Ceteriſqꝫ ingenijs oibus pro tua humanitate dabis que bonas colunt artes:ut tua in omnes beneficentia illuſtris magis ac aperta ⁊ ſplendida omnibus Italie oris litterario munere fiat. Me v̄o ⁊ omne ſtudium meum tuum feci. Uale.

Leonardi Aretini Proemium in libros Politicorum.

Nter moralis diſcipline precepta:quibus humana vita inſtituitur ⁊ docet eminentiſſimum quodāmodo locum obtinent. que de ciuitatibꝰ earūqꝫ gubernatione ꝯſeruationeqꝫ tradunt. Quippe diſciplina huiuſmodi omnis felicitatem hominibus conficere ſtudet. Felicitatem v̄o ſi vni acquirere preclaruꝫ eſt:quanto magnificentius erit vniuerſe ciuitati beatitudinem adipiſci. Bonū eniꝫ quanto latius patet:tanto diuinius eſt exiſtimandum. Cunqꝫ homo imbecillum ſit animal ⁊ quā per ſeipſum nō habet ſufficientiam:perfectionēqꝫ ex ciuili ſocietate reportet. nulla profecto coueniētior diſciplina homini eſſe poteſt quaꝫ quid ſit ciuitas ⁊ quid Reſpub. intelligere ⁊ per que conſeruetur intereatqꝫ ciuilis ſocietas nō ignorare. Mihi quidē qui hec ignorat:ſeipꝫ pariter ignorare videt: ac ſapiētiſſimi dei preceptuꝫ deſpicere. Itaqꝫ ⁊ Plato decem illis p̄claris libris qui ſunt ab eo de Rep. ſcripti in hac pte oñdenda: docēdaqꝫ plurimū nixus eſt. Et. M. Cice. noſter ſex inclitis libris quos de Rep. ſcripſit hanc ipſam materiā eſt ꝓſecutus. Et Ariſtoteles in hoc uolumine ꝙ nunc in latinum cōuertimus:hec ipſa cōplexus eſt:tanto quidem nitore ⁊ copia:⁊ ornatu ut uere mereatur flumen aureuꝫ uocitari. Materia v̄o huius opis talis eſt. Cōuertendi aūt interp̄tādiqꝫ mihi cauſa fuit eadē illa que iā decem ⁊ octo annis ad ꝯuerſionē ethicoꝝ induxit. Nā cuꝫ uiderem hos Ariſtotelis libros qui apud Grecos elegātiſſimo ſtilo ꝑſcripti ſunt: uitio mali iterp̄tis ad ridiculā quādā ineptitudinē eſſe redactos: ac p̄terea in rebus ipſis errata permulta ac maximi ponderis laborē ſuſcepi noue traductionis quo nr̄is hoībus in hac p̄te ꝓdeſſem. Quid enim opa mea utilius. q̄d laude dignius efficere poſſim quā ciuibꝰ meis p̄muꝫ: deinde ceteris qui latina utunt᷑ lingua ignaris grecarū lr̄aruꝫ facultatem p̄bere ut non ꝑ enigmata ac deliramēta interp̄tationuꝫ ineptarū ac falſaruꝫ: ſed de facie ad faciē poſſint Ariſtotelē intueri. ⁊ ut ille in greco ſcripſit: ſic in latino plegere. Excitauit quoqꝫ me utilitas maxima quā ex interp̄tatione ethicoꝝ ꝓueniſſe ꝯſpexerā: hoīes enim ingenue eruditi quos p̄mo ueteris interp̄tationis ineptitudo: ac barbaries a legendo repellebat. Ita poſtmodū eos libros cōplexi ſunt ut in maximā lucem illaruꝫ reruꝫ cognitio ſit ꝑducta. Q̄d ideꝫ fore ſpero in his de q̄bus nunc agimus politicoꝝ libris. Atqꝫ eo magis quo hec mā ciuilis ⁊ uerba ad exꝑmenduꝫ alia q̄ꝫ in ſuis diſputationibꝰ ſcholaſtici utant᷑: ⁊ maiorem quendā efflagitāt dicēdi ornatuꝫ. que duo interpres ille neduꝫ ꝯſequi. Sed ne ſuſpicari q̄dem potuit. Ariſtoteles certe tāta facūdia tāta uarietate ⁊ copia: tanta hiſtoriarū exēploruqꝫ cumulatione hos libros referſit: ut oratorio pene ſtilo ſcripti uideant᷑. Sic enim argumentationes totas interdū explicat: ut cūcta dicēdi ornamēta in eas ſtudioſe ꝯiecta liceat itueri. Nec eſt in his libris q̄d ulla paulo uberior que tractata ab illo ſit abſqꝫ rethorico pigmēto atqꝫ colore: quoꝝ etſi nō exꝑſſionem: attn̄ adumbrationē quādā diligens lector in hac traductione nr̄a dep̄hēdet. Fuit enim Ariſtoteles ſtudioſiſſimus eloquētie: q̄d artes rethorice eius pluribꝰ uoluminibꝰ explicate declarāt. Que ſit igit᷑ hoꝝ libroꝝ mā: ⁊ qua de cauſa laborē hunc ſuſcepimus: ⁊ quales libri ipſi in greco ſint hec p̄fatos eē ſufficiat. Hortamur aūt oēs uehementer ad huius opis diligentiſſimā lectionē: utpote: doctrinā uberrimā ac reruꝫ ꝓpe inumerabiliuꝫ cognitionem ⁊ quidē neceſſariaruꝫ ad uitā ſuſcepturos.

¶ Proemium Diui Thome in octo
Politicoꝝ Ariſtotelis libros.

ſ

Icut ph̄s docet in 2° Phiſicoꝝ: Ars imitat᷑ nām. Cuiꝰ ratio eſt. Quia ſicut ſe hn̄t p̄ncipia adinuicem: ita ꝓportionabilr̄ ſe hn̄t opationes ⁊ effectus. Principiū aūt eorū que ſ̄m artem fiunt eſt intellectus humanus qui ſ̄m ſimilitudinem quandā deriuat᷑ ab intellectu diuino qui eſt p̄ncipium rerū nālium. Unde neceſſe eſt ꝙ ⁊ opationes artis imitent᷑ opationes nature. ⁊ ea que ſunt ſ̄m artem imitent᷑ ea que ſunt in natura. Si eni aliq̄s inſtructor alicuiꝰ artis opus artis efficeret: oporteret diſcipulū qui ab eo arteꝫ ſuſcepiſſet ad opus illius attēdere: ut ad eius ſilr̄tudinē ⁊ ipſe oparet᷑. Et ideo intellectus humanus ad quē intelligibile lumen ab intellectu diuino deriuat᷑: neceſſe hēt in his que facit informari ex inſpectione eoꝝ que ſunt naturaliter facta ut ſilr̄ operet᷑. Et idē eſt q̄d ph̄s dicit. Quod ſi ars faceret ea que ſunt nature ſilr̄ oparet᷑. ſicut ⁊ nā: ⁊ ecōuerſo ſi natura faceret ea que ſunt artis: ſilr̄ faceret ſicut ars facit. ſed natura q̄dem nō p̄ficit ea que ſunt artis: ſed ſolū quedā p̄ncipia preparat ⁊ exemplar opandi quodāmodo artificibꝰ p̄bet. Ars uō iſpicere q̄dē pōt ea que ſunt nāe ⁊ eis uti ad opus ꝓpriū p̄ficiēdū: p̄ficere uō ea nō pōt. Ex quo pꝫ ꝙ rō humana eoꝝ que ſunt ſ̄m nām eſt cognoſcitiua tm̄. eoꝝ uō que ſunt ſ̄m artem eſt ⁊ cognoſcitiua ⁊ factiua. un̄ opꝫ ꝙ ſcie humane que ſunt de rebus nālibꝰ ſint ſpeculatiue. Que uō ſunt de rebus ab hoīe factis ſint practice ſiue opatiue ſ̄m imitationē nāe. ꝓcedit aūt nā in ſua opatione ex ſimplicibꝰ ad cōpoſita: ita ꝙ in eis que per operationē nāe fiunt: q̄d eſt maxime cōpoſitū eſt p̄fectū ⁊ totū ⁊ finis alioꝝ: ſicut appet in oībꝰ totis reſpectu ſuarū partiū. Un̄ ⁊ rō hoīs opatiua ex ſimplicibꝰ ad cōpoſita ꝓcedit tanq̄ꝫ ex imp̄fectis ad p̄fecta. Cuꝫ aūt rō humana diſponere hēat nō ſoluꝫ de his que in uſuꝫ hoīs ueniūt: ſed etiā de ipſis hoībꝰ qui rōne regunt᷑: in utriſqꝫ ꝓcedit ex ſimplicibꝰ ad cōpoſitū. In illis q̄dē rebꝰ que in uſuꝫ hoīs ueniūt: ſicut cuꝫ ex lignis ꝯſtituit nauē: ⁊ ex lignis ⁊ lapidibꝰ domū. In ipſis aūt hoībꝰ ſicut cuꝫ multos hoīes ordinat in unā quādā cōmunitatē quarū q̄dē coītatum cuꝫ diuerſi ſint gradus ⁊ ordines. ultima eſt coītas ciuitatis ordinata ad per ſe ſufficiētia uite humane. Un̄ inter oēs coītates humanas ipa eſt p̄fectiſſima. ⁊ qꝛ ea que in uſuꝫ hoīs ueniūt ordinant᷑ ad hoīem ſicut ad finē qui eſt p̄ncipalior his que ſunt ad finē. Ideo neceſſe eſt ꝙ hoc totū q̄d eſt ciuitas. ſit p̄ncipaliꝰ oībꝰ totis que rōne humana cognoſci ⁊ ꝯſtitui poſſunt. Ex his igit᷑ que dicta ſunt circa doctrinā politice quaꝫ Ariſtoteles in hoc libro tradit: q̄tuor accipe poſſumus. Primo q̄dē neceſſitatē huiꝰ ſcie: oīuꝫ eni que rōne cognoſci p̄nt: neceſſe eſt aliquā doctrinā tradi ad p̄fectionē humane ſapientie que ph̄ia uocat᷑: Cuꝫ igit᷑ hoc totū q̄d eſt ciuitas ſit cuidā rōnis iudicio ſbiectū: neceſſe fuit ad cōplemētū ph̄ie de ciuitate doctrinā tradere que politica nominat᷑. i. ciuilis ſcia. Secūdo poſſumus accipe genꝰ huiꝰ ſcie: Cū eni ſcie practice a ſpeculatiuis diſtinguant᷑ in h̄ ꝙ ſpeculatiue ordinant᷑ ſolum ad ſcientiaꝫ ueritatis: practice uō ad opus: neceſſe eſt hanc ſciam ſub practica ph̄ia ꝯtineri cum ciuitas ſit q̄ddā totuꝫ cuius humana rō nō ſoluꝫ eſt cognoſcitiua: ſed etiā opatiua. Rurſūqꝫ cum rō quedā opet᷑ per moduꝫ factionis opatione in exteriorē mām trāſeunte q̄d ꝓprie ad artes ꝑtinet que mechanice uocant᷑: utpote: fabrilis ⁊ nauifactiua ⁊ ſimiles. Quedā uō opet᷑ per moduꝫ actionis opatione manēte in eo qui opat᷑: ſicut eſt conſiliari: eligere: uelle ⁊ huiuſmodi que ad moralem ſciam pertinent. Manifeſtum eſt politicā ſcientiā que de hominum cōſiderat ordinatione nō ꝯtineri ſub factiuis ſciētijs que ſunt artes mechanice: ſed ſub actiuis que ſunt ſcie morales. Tertio poſſumus accipe dignitatē ⁊ ordinē politice ad oēs alias ſcias practicas. Eſt enim ciuitas p̄ncipaliſſimuꝫ eoꝝ que humana rōne cōſtitui poſſunt. Nā ad ipſam oēs cōmunitates humane referunt᷑. Rurſumqꝫ oīa tota que per artes mechanicas cōſtituunt᷑ ex rebus in uſum hominū uenientibꝰ ad homines ordinant᷑: ſicut ad finem. Si igit᷑ p̄ncipalior ſciētia eſt que eſt de nobiliori ⁊ p̄fectiori neceſſe eſt politicā inter omnes ſciētias practicas eſſe principaliorē ⁊ architectonicā omniū aliarū: utpote: conſiderans ultimuꝫ ⁊ p̄fectum bonum in rebꝰ humanis. Et ꝓpter hoc ph̄us dicit in fine decimi Ethicoꝝ ꝙ ad politicaꝫ perficit᷑ ph̄ia que eſt circa res humanas. Quarto ex predictis accipere poſſumus modum ⁊ ordinem huiuſmodi ſcientie: ſicut enim ſcientie ſpeculatiue que de aliquo toto conſiderant ex conſideratione partium p̄ncipiorum notitiam de toto perficiunt paſſiones ⁊ operationes totius manifeſtando. Sic ⁊ hec ſcientia p̄ncipia ⁊ partes ciuitatis conſiderans: de ipſa notitiā tradit partes ⁊ paſſiones ⁊ opationes eius manifeſtans: ⁊ qꝛ practica eſt. Manifeſtat inſup quomodo ſingula perfici poſſunt: q̄d eſt neceſſariū in omni practica ſcientia.

quid sit sapi
[illegible] h[illegible]
minis politicus

¶ Incipit liber Primus politicorum Ariſtotelis.

q Uoniā videmus oēm ciuitatem eſſe ſocietatem quandaꝫ: ⁊ oēm ſocietatem boni alicuius gratia conſtitutam. Nā eius gr̄a qȯ bonū videt̄ oīa omnes agunt: patet: ꝙ bonum aliqȯ omnes coniectant.

h Is igit̄ prelibatis ſciēdum eſt ꝙ Ariſtoteles in hoc libro p̄mittit quoddā ꝓemium in quo manifeſtat intētionem huiꝰ ſcientie: ⁊ deinde accedit ad propoſituꝫ manifeſtāduꝫ: ibi⌊ Quoniā declaratuꝫ eſt quibus ex partibus ⁊c̄.⌋ Circa primum duo facit. Primo oſtendit dignitatem ciuitatis: de qua eſt politica: ex eius fine. Secūdo oſtendit comparationem ciuitatis ad alias cōmunitates: ibi⌊ Quicunqꝫ ꝟo putant ⁊c̄.⌋ Circa primum duo intendit probare: quoꝝ primum eſt ꝙ ciuitas ordinetur ad aliquod bonum ſicut ad finem. Secundo ꝙ bonum ad quod ordinatur ciuitas ſit principaliſſimum inter bona humana: ibi ⌊ Maxime ꝟo principaliſſimum omnium ⁊c̄.⌋ Circa primuꝫ ponit talem rōnem: Omnis cōmunitas eſt inſtituta gratia alicuius boni. Sed omnis ciuitas eſt cōmunitas quedaꝫ: ut manifeſte videmus. Ergo omnis ciuitas eſt inſtituta gratia alicuius boni. Quia igitur minor manifeſtatur maiorem ſic probat: Omnes homines omnia que faciunt operantur gratia eius ꝙ videtur bonum ſiue ſit uere bonum ſiue nō: Sed omnis cōmunitas eſt inſtituta aliquo operāte: Ergo omnes cōmunitates coniectant aliquod bonum: ideſt intendunt aliquod bonuꝫ ſicut finē. Deinde cum dicit.

¶ Maxime ꝟo principaliſſimuꝫ oīum que eſt principaliſſima ⁊ ceteras oēs cōplectitur. Eſt autē hec illa que ciuitas appellat̄ ⁊ ciuilis ſocietas.

¶ Oñdit ꝙ illud bonū ad qȯ ordinat̄ ciuitas eſt ꝑncipaliſſimuꝫ inter bona humana tali ratione: Si oīs cōmunitas ordinat̄ ad bonum neceſſe eſt ꝙ illa cōmunitas que eſt maxime ꝑncipalis maxime ſit coniectatrix boni qȯ eſt inter omnia humana bona ꝑncipaliſſimum: Oportet eniꝫ ꝙ ꝓportio eorum que ſunt ad finem ſit ꞩm ꝓportionem finium. Que auteꝫ cōmunitas ſit maxime ꝑncipalis manifeſtat per hoc qȯ addit⌊ Et ceteras omnes cōplectit̄.⌋ Eſt enim cōmunitas quoddam totuꝫ: in omnibus autem totis talis ordo inuenitur ꝙ illud totū ꝙ in ſe includit aliud totuꝫ ꝑncipaliꝰ ſicut paries eſt qȯdaꝫ totū: ⁊ qꝛ icludit̄ in hoc toto qȯ eſt domus: manifeſtū eſt ꝙ domus eſt ꝑncipaliꝰ totū ⁊ ſimil̄r cōmunitas que includit alias cōmunitates eſt ꝑncipalior. Manifeſtum eſt autem ꝙ ciuitas includit omnes alias cōmunitates: Nam ⁊ domus ⁊ vici ſub ciuitate comprehendunt̄: ⁊ ſic ipſa cōmunitas politica eſt cōmunitas principaliſſima. Eſt ergo cōiectatrix principaliſſimi boni inter omnia bona humana: intendit enim bonum cōmune quod eſt melius ⁊ diuinius qꝫ bonum vnius: ut dicitur in principio Ethicorum. Deinde cum dicit.

¶ Quicūqꝫ ꝟo putant gubernatoris ciuitatis ⁊ regis patriſqꝫ familias ⁊ dn̄i eandem eſſe rationem: non bene dicunt.

¶ Comparat ciuitatē ad alias cōmunitates: ⁊ circa hoc facit tria. Primo ponit quorundaꝫ falſam opinionē. Secundo oſtendit quomodo poſite opinionis falſitas inoteſcere poſſit: ibi⌊ Sed hec uera nō ſunt ⁊c̄.⌋ Tertio ꞩm aſſignatum modum ponit ueram comparationem ciuitatis ad alias cōmunitates: ibi⌊ Primū igitur neceſſe eſt combinare ⁊c̄.⌋ Circa primū duo facit. Primo ponit falſam opinionem. Secūdo inducit eoruꝫ rōnem: ibi⌊ Multitudine enim ⁊ paucitate ⁊c̄.⌋ Circa p̄mum conſiderandum eſt ꝙ duplex eſt cōmunitas omnibus manifeſta. ſ. ciuitatis ⁊ domus. Ciuitas auteꝫ duplici regimine regitur. ſ. politico ⁊ regali. Regale quidem eſt regimen quando ille qui ciuitati p̄eeſt habet plenariam poteſtatem. Politicum autem regimen eſt qn̄ ille qui preeſt habet poteſtatem coartatam ꞩm aliquas leges ciuitatis. Et ſimiliter duplex eſt regimen domus ſcilicet iconomicum ⁊ deſpoticū: Deſpota quidem uocatur omnis habens ſeruos. Iconomus autem uocatur procurator uel diſpenſator alicuius familie. Unde deſpoticum regimen eſt quo aliqs dominus ſuis ſeruis preſidet. Iconomicū aūt regimē eſt: quo aliquis diſpenſat ea que pertinent ad totaꝫ familiam: in qua continentur nō ſolum ſerui: ſed etiam liberi multi. Poſuerunt ergo quidam: ſed non bene ꝙ iſta regimina non differunt: ſed ſunt omnino idem. Deinde cum dicit.

¶ Multitudine enim ⁊ paucitate ſed non ſpecie illoruꝫ ſingulos putant differre: ueluti ſi paucoruꝫ quidē dominū: ſi ꝟo pluriuꝫ patrēfamilias: ſin etiā pluriuꝫ gubernatorē ciuitatis uel regem: quaſi nihil differat magna domus ⁊ parua ciuitas: gubernatorqꝫ ciuitatis ⁊ rex quādoquidem idem preſidet ⁊ regit. Quādo ꝟo ꞩm rationem talis ſcientie in parte preſidet: ⁊ in parte ſubeſt: gubernator ciuitatis.

¶ Ponit rationem eorum que talis eſt. Quecūqꝫ differunt ſolum multitudine ⁊ paucitate non differūt ſpecie: quia differentia que eſt ꞩm magis ⁊ minus non diuerſificat ſpeciem. Sed predicta regimina differunt ſolum multitudine ⁊ paucitate: ꝙ ſic manifeſtabant. Si enim cōmunitas que regitur ſit paucoruꝫ: ſicut in aliqua parua domo ille qui preeſt dicitur paterfamilias: ad quem pertinet deſpoticus principatus. Si autem ſit adhuc pluriuꝫ: ita ꝙ non ſoluꝫ contineat ſeruos ſed etiam multitudineꝫ liberoꝝ: dicitur ille qui preeſt iconomus. Si autem ſit adhuc pluriuꝫ: puta: non ſoluꝫ eoruꝫ qui ſunt vnius domus ſed vnius ciuitatis: tunc dicitur regimen politicum aut regale. Qȯ quidam dicebant tanqꝫ nihil differret domus a ciuitate niſi magnitudine ⁊ paruitate: ita ꝙ magna domus ſit parua ciuitas: ⁊ econuerſo: qȯ ex ſequentibus poteſt eſſe falſuꝫ. Similiter etiam politicum ⁊ regale regimen ponebāt differre ſolum multitudine ⁊ paucitate. Quādo enim ipſe homo preeſt ſimpliciter ⁊ ꞩm omnia: dicitur regimen regale. Quando ꝟo ꞩm rationem talis ſcientie in parte preſidet: ideſt ꞩm leges poſitas per diſciplinam politicam: eſt regimen politicum. quaſi ꞩm parteꝫ ꝑnciparetur quantum ad ea: ſcilicet que eius poteſtati ſb̄ ſunt: ⁊ ꞩm partem ſit ſubiectus quantum ad ea in quibus ſubijcitur legi. Ex quibus omnibus concludebāt ꝙ omnia predicta regimina quorum quedam ꝑtinent ad ciuitatem quedam ad domuꝫ: non differant ſpecie. Deinde cum dicit.

¶ Sed hec uera non ſunt: quod manifeſtum erit ꞩm hanc doctrinam conſiderā tibus. Ut enim in alijs compoſitum uſqꝫ ad incōpoſita diuidere neceſſariuz eſt: hec nāqꝫ ſunt minime totius particule: ita ciuitatez ex quibus cōponitur conſiderantes: ⁊ quid illa differant inter ſe: ⁊ ſiqd artificij recipiūt: ſingula ipſoruz ītuebimur. Siquis igitur ab initio reruz originē inſpicit ut in alijs: ſic ⁊ ī iſtis optīe diſcerneret.

¶ Oſtēdit moduz manifeſtandi falſitatem predicte opinionis: ⁊ dicit ꝙ ea que dicta ſunt non ſunt uera: hoc erit manifeſtuz ſm hanc doctrinam conſiderantibus: ideſt ſm artem conſiderandi talia que infra ponetur. Modus autē huius artis eſt talis. Q; ſicut in alijs rebus ad cognitionem totius neceſſe eſt diuidere cōpoſitum uſqꝫ ad incōpoſita: ideſt uſqꝫ ad indiuiſibilia: que ſunt minime partes totius: puta: ad cognoſcendū orationē neceſſe eſt diuidere uſqꝫ ad litteras. Et ad cognoſcendum corpus naturale mixtum: neceſſe eſt diuidere uſqꝫ ad elementa: ſic: Si conſideremus ex quibus ciuitas componatur: magis poterimus videre de premiſſis regiminibus quid vnūquodqꝫ ſit ſm ſe: ⁊ quid differant adinuicem: ⁊ utrum aliquis circa vnumquodqꝫ eorum poſſit artificialiter conſiderari. In omnibus enī ita videmus ꝙ ſiquis iſpiciat res ſm ꝙ cauſantur ex ſuo principio: optime poterit in eis contemplari ueritatem. Et hoc ſicut eſt uerum in alijs rebus: ita etiaz eſt uerum in his de quibus intendimus. In his autez uerbis philoſophi conſiderandum eſt: ꝙ ad cognitionem compoſitorum primo opus eſt via reſolutionis: ut ſcilicet diuidamus compoſitum uſqꝫ ad indiuidua. Poſtmoduz vō neceſſaria eſt via compoſitionis: ut ex principijs indiuiſibilibus iam notis iudicemus de rebus que ex principijs cauſanꝫ. Deinde cum dicit.

¶ Primuz igitur neceſſe eſt cōbinare illos qui nō poſſunt eſſe niſi ſimul: ceu marem ⁊ feminā generationis cauſa. Et hoc nō ex electione: ſed uelut in ceteris aialibus ⁊ plantis naturale eſt deſiderium tale alterum relinquendi.

¶ Scđm ꝑmiſſum moduz ponit ueram comparationez aliarum cōmunitatum ad ciuitatem: ⁊ circa hoc duo facit. Primo agit de alijs cōmunitatibus que ordinā tur ad ciuitatem. Secundo de cōmunitate ciuitatis: ibi [Que autem ex pluribus pagis ⁊c.] Circa ꝑmuz tria facit. Primo ꝓponit cōmunitatem perſone ad ꝑſonam. Secundo ponit cōmunitatem domus que cōplectitur diuerſas perſonarum communicationes: ibi [Ex his duabus igitur ⁊c.] Tertio ponit cōmunitatem vici que eſt ex pluribus multitudinibꝰ: ibi [Sed que ex pluribus domibus ⁊c.] Circa primum duo facit. Primo ponit duas cōmunicationes perſonales. Secundo comparat eas adinuicem: ibi [Natura quidem igitur ⁊c.] Duarum autem cōmunicationuz perſonalium. Primo ponit eam que eſt maris ⁊ femine: ⁊ dicit. Q; quia oportet nos diuidere ciuitatem uſqꝫ ad partes minimas: neceſſe eſt dicere ꝙ prima combinatio eſt perſonarum: que ſine inuicem eſſe nō poteſt: ſcilicet maris ⁊ femine. Huius enim combinatio eſt ꝓpter generationem per quam producuntur ⁊ mares ⁊ femine. Et ex hoc patet ꝙ ſine inuicem eſſe nō poſſūt. Sed qualiter iſta cōbinatio ſit prima: oſtendit per hoc qđ ſubdit. Q; non ex electione. Ubi conſiderandum eſt ꝙ in homine eſt aliquod qđ eſt proprium eius: ſcilicet ratio ſm quam ei competit ꝙ ex conſilio ⁊ electione agat. Inuenitur etiam aliquid in homine qđ eſt cōmune ei ⁊ alijs: ⁊ huius eſt generare. Hoc igitur non competit ei ex electione: ideſt ſm ꝙ habet rationez eligentem: ſed competit ei ſm rationem cōmunem ſibi ⁊ animalibus ⁊ etiam plantis. Omnibus enim his: īeſt naturalis appetitus ut poſt ſe derelinquat alterum tale quale ipſum eſt: ut ſic per generationem conſeruetur in ſpecie qđ idem numero conſeruari non poteſt. Eſt quidem igitur huiuſmodi naturalis appetitus etiam in omnibus alijs rebus naturalibus corruptibilibus. Sed quia ⁊ viuentia ſcilicet plante ⁊ alia habent ſpecialem modum generandi: ut ſcilicet generent ex ſeipſis. Ideo ſpecialiter de plantis ⁊ animalibus mentionem facit. Nam etiam in plantis inuenitur vis maſculina ⁊ feminina: ſed cōiuncta in eodem indiuiduo: ſed in vno abundat plus vna: in alio altera: ita ſcilicet ut imaginemur plantam omni tempore eſſe talez qualia ſunt mas ⁊ femina tempore coitus. Deide cū dicit.

¶ Imperans vō natura ⁊ parēs propter conſeruationez. Nam quod poteſt mēte proſpicere natura imperat ac dominatur ꝙ autez poteſt corpore hoc facere: paret natura ⁊ ſeruit: quapropter domino ⁊ ſeruo idem confert.

¶ Ponit ſecundam cōmunicationez perſonarū ſcilicet principantis ⁊ ſubiecti: ⁊ hec etiam cōmunicatio eſt a natura propter ſalutem. Natura enim nō ſolum intendit generationē: ſʒ etiā ꝙ generata ſaluenꝫ. Et ꝙ hoc qđē ꝯtingat in hoibus per cōmunicationē p̄ncipantibus: ⁊ oſtendit per hoc ꝙ ille eſt naturaliter p̄ncipans ⁊ dominans qui ſuo intellectu poteſt preuidere ea que congruunt: puta. conſequendo proficua ⁊ repellendo nociua. ille autem qui poteſt per fortitudinem corporis implere opere quod ſapiens mente preuiderit: eſt naturaliter ſubiectus ⁊ ſeruus. Ex quo manifeſte patet ꝙ idem expedit utriqꝫ ad ſalutez: ſcilicet ꝙ iſte p̄ncipetur ⁊ ille ſubijciatur. Ille enim qui propter ſapientiam poteſt mente preuidere interdum ſaluari nō poſſet deficientibus viribus corporis niſi haberet ſeruum qui exequeretur. nec ille qui abūdat viribus corporis poſſet ſaluari niſi alterius prudentia regeretur. Deinde cum dicit.

¶ Natura igitur diſticta ſunt femina ⁊ ſeruus. nihil enim natura facit tale quale ſtatuarij Delphicum gladium ob inopiam: ſed vnuz ad vnuz. Sic enim optime iſtrumenta proficient ſi eoruz ſingula nō multis ſed vni deſeruiant.

¶ Comparat predictas cōmunicationes adinuicem. ⁊ primo ſm ueritatem. Secundo excludit errorem: ibi [Uerum apud barbaros ⁊c.] Concludit ergo primo ex predictis ꝙ femina ⁊ ſeruus naturaliter diſtinguūtur. Femina enim naturaliter eſt diſpoſita ad generandum ex alio: non autem eſt robuſta corpore quod requiritur in ſeruo. Et ſic predicte due cōmunicationes abinuicem differunt. Cauſas autem premiſſe diſtinctionis aſſignat ex hoc ꝙ natura non facit aliquod tale ſic illi qui fabricant ex ere: ideſt ex metallo: Delphicū gladiū pro aliquo paupere. Apud Delphos enī fiebāt quidam gladij quoruz vnus ad plura miniſteria deputabatur: puta: ſi vnus gladius eſſet ad incidendum: ad limandum ⁊ ad aliqua alia huiuſmodi. Et hoc fiebat propter pauperes qui non poterant plura inſtrumenta habere. Natura autem ſic non facit ut vnum deputet ad diuerſa: officia: ſed vnum deputat ad vnum officium. Et propter hoc femina non deputatur a natura ad ſeruiendum: ſed ad generanduz: ſic enim optime fient omnia quando vnum inſtrumentum non deſeruit multis operibus ſed vni tm̄. Sed hoc eſt itelligendum quando accideret impedimentum in utroq; uel altero duorum operum quibus idem inſtrumentum attribueretur: utputa: ſi oporteret utrunq; opus frequenter ſimul exercere. Si autē per vices diuerſa opera exerceantur: nullum impedimentuz ſequitur ſi vnū inſtrumentum pluribus operibus accōmodetur. Unde ⁊ lingua ꝯgruit in duo opera nature: ſcilicet in guſtum ⁊ locutionem: ut dicitur in tertio de anima. Nō enim hec duo opera ſm idem tempus ſibiinuicem coincidunt. Deinde cum dicit.

¶ Ueruz apud barbaros femina ⁊ ſeruus eodez gradu habentur.

¶ Excludit errorem contrarium: ⁊ primo ponit errorem. Secundo oſtendit cauſam erroris: ibi⌊ Cauſa vo huius eſt ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ apud barbaros femina ⁊ ſeruus habentur quaſi eiuſdem ordinis. Naz utuntur feminis quaſi ſeruis. Poteſt autem hic eē dubium qui dicantur barbari. Dicunt enim quidaz omnem hominem barbarum eſſe ei qui linguam eius nō intelligit. Unde ⁊ Apoſtolus dicit. Si neſciero virtutem uocis ero ei cui loquar barbarus ⁊ qui loquit̄ mihi barbarus. Quibuſdam autem videtur illos barbaros dici: qui non habent litteralem locutionē ſuo vulgari idiomati reſpondentem. Unde ⁊ Beda dicitur in linguam Anglicam liberales artes tranſtuliſſe: ne Anglici barbari reputarentur. Quibuſdam autem videtur barbaros eſſe eos qui ab aliquibus legibus non reguntur. Et quidem omnia aliqualiter ad ueritatem accedunt: in nomine enim barbari extraneuz aliquod intelligitur. Poteſt enim aliquis homo extraneus dici: uel ſimpliciter uel quo ad aliquez. Simpliciter quidem extraneus videtur ab humano genere qui deficit ratione ſm quaz homo dicitur: ⁊ ideo ſimpliciter barbari nominantur illi qui ratione deficiūt: uel propter regionem celi quam intemperatam ſortiuntur: ut ex ipſa diſpoſitione regionis hebetes utplurimum inueniantur: uel etiam propter aliquam malam conſuetudinem in aliquibus terris exiſtentem ex qua prouenit ut homines irrationales ⁊ quaſi brutales reddantur. Manifeſtum eſt autem ꝙ ex virtute rationis procedit ꝙ homines rationabili iure regantur: ꝙ in litteris exercitentur. Unde barbaries cōuenienter hoc ſigno declaratur: ꝙ homines uel non utuntur legibus: uel irrationabilibus utuntur: ⁊ ſimiliter ꝙ apud aliquas gentes non ſint exercitia litterarum. Sed quo ad aliquez dicitur eſſe extraneus: qui cum eo non communicat. Maxime autem homines nati ſunt ſibi cōmunicare per ſermonem: ⁊ ſm hoc illi qui ſuum inuicem ſermonem non intelligunt barbari ad ſeipſos dici poſſunt. Philoſophus autem loquitur hic de his qui ſunt ſimpliciter barbari. Deinde cum dicit.

¶ Cauſa vo huius eſt: quoniam quod natura dominetur non habent: ſed ſit eorū ſocietas ex ſeruo ⁊ ſerua ꝗobrem aiunt poete Grecos barbaris dominari oportere: quod idem ſit natura barbarus ⁊ ſeruus.

¶ Aſſignat cauſaz predicti erroris. Et dicit ꝙ cauſa eius eſt quia apud Barbaros nō eſt principatus ſm naturam. Dictum eſt enim ſupra ꝙ ꝑncipans ſm naturaz eſt qui poteſt mente preuidere. Seruus autem qui poteſt opere exequi. Barbari autem utplurimum inueniuntur corpore robuſti ⁊ mente deficientes. Et ideo apud eos non poteſt eſſe naturalis ordo principatus ⁊ ſubiectionis. Sed apud ipſos ſit quedam cōmunicatio ſerue ⁊ ſerui ideſt communiter utuntur ſerua .ſ. muliere ⁊ ſeruo: ⁊ quia naturaliter nō eſt principatus in Barbaris: ſed in his qui mente abundant. Propter hoc dicunt poete ꝙ congruuz eſt ꝙ Greci qui ſapientia prediti erant principentur: ac ſi idem ſit naturaliter eſſe Barbarum ⁊ eſſe ſeruum. Cum autem ecōuerſo eſt: ſequitur peruerſio ⁊ inordinatio in mundo ſm illud Salomonis. Uidi ſeruos in equis ⁊ Principes ambulantes ſicut ſeruos ſuper terram. Deinde cum dicit.

¶ Ex his duabus igitur ſocietatibus domus prima. Recteq; Heſiodus inquit: domum in primis: mulieremq;: ⁊ bouez aratorem. Bos enim pro ſeruo pauperibus eſt.

¶ Determinat de cōmunitate domus que conſtituitur ex pluribus cōmunicationibus perſonalibus. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ex quibus conſiſtit iſta cōmunitas. Scdo oſtendit ad quid ſit: ibi⌊ Quotidiana ⁊c̄.⌋ Tertio oſtendit quomodo nominantur qui in hac coītate ſunt: ibi⌊ Quos charundas ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ ex predictis duabus cōmunitatibus perſonalibus: quarum vna eſt ad generationē alia ad ſalutem conſtituitur prima domus. Oportet enim in domo eſſe virum ⁊ feminam ⁊ dominum ⁊ ſeruuz. Ideo autem dicitur domus prima: quia eſt ⁊ alia communicatio perſonalis que inuenitur in domo ſcilicet patris ⁊ filij que ex prima cauſatur. Unde prime due ſunt primordiales. ⁊ ad hoc inducit uerbum Heſiodi poete qui dixit ꝙ domus habet hec tria: Dominum qui preeminet: ⁊ mulierem ⁊ bouem ad arandum. In paupere enim domo bos eſt loco miniſtri. Utitur eniz homo boue ad exequendum aliquod opus ſicut ⁊ miniſtro. Deinde cum dicit.

¶ Quotidiana igitur ſocietas ſm naturaz conſtituta domus eſt quos Charundas quidē Homoſyphioes. Epimenides vo Cretenſis Homocapnos appellat.

¶ Oſtendit ad quid ordinetur cōmunitas domus. Ubi conſiderandum eſt ꝙ omnis humana cōmunicatio eſt ſm aliquos actus. Actuum autem humanorum quidam ſunt quotidiani ſicut comedere calefieri ad ignez ⁊ alia huiuſmodi. Quidam aūt nō ſunt quotidiani ſicut mercari pugnare ⁊ alia huiuſmodi. Naturale eſt autem hominibus ut in utroq; genere operum ſibi cōmunicent ſe inuicem iuuantes. Et ideo dicit ꝙ nihil aliud eſt domus ꝗz quedam cōmunitas ſm naturam conſtituta in omnem diem: ideſt ad actus qui occurrunt quotidie agendi. Et hoc manifeſtat conſequēter per nomina. Quidam eniz charundas nomine nominat eos qui cōmunicant in domo homoſyphioes quaſi vnius pulmenti: quia cōmunicant in cibo. Quidam autez alius nomine Epimenides natione Cres uocat eos Homocapnos quaſi vnius fumi qꝛ ſedent ad eundem ignem. Deinde cum dicit.

¶ Sed que ex pluribus domibus conſtituitur ſocietas prima utilitatis gratia non quotidiane pagus eſt.

¶ Ponit tertiā cōmunitatē: ſcilicet vici. Et ꝑmo oſtendit ex quibus ſit iſta cōmunitas ⁊ propter quod. Secundo oſtendit quod ſit naturalis: ibi⌊ Maxime ꝟo ſm naturam ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ prima communicatio que eſt ex pluribus domibus uocatur vicus ⁊ dicitur prima ad differentiam ſecunde que eſt ciuitas: hec autem cōmunitas non eſt conſtituta in diem ſicut dicit de domo ſed eſt inſtituta gratia uſus non diurnalis. Illi enim qui ſunt conuicanei non cōmunicant ſibi in actibus quotidianis in quibus cōmunicant ſibi illi qui ſunt vniuſ domuſ: ſicut eſt comedere: ſedere ad ignem ⁊ huiuſmodi. Sed cōmunicant ſibi in aliquibꝰ exterioribus actibꝰ nō quotidianis. Deide cū dicit.

¶ Maxime uero ſecundum naturam videtur pagus propagatio quedam eſſe domus quos dicimus coaluiſſe: ⁊ natos eſſe natorum.

¶ Oſtendit ꝙ communitas vici ſit naturalis. Et primo oſtendit propoſitum per rationem. Secundo per quedam ſigna: ibi⌊ Quapropter primo ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ vicinia domoruʒ que eſt vicus maxime videtur eſſe ſm naturam. Nihil enim eſt magis naturale quam propagatio multorum ex vno in animalibus: ⁊ hoc facit viciniam domorum. Hos enim qui habent domos vicinas quidaʒ uocant collactaneos puerosqꝫ idest filios ⁊ filiorum filios idest nepotes. Ut intelligamus quod huiuſmodi vicinia domorū ex hoc primo proceſſit: ꝙ filij ⁊ nepotes multiplicati inſtituerunt diuerſas domos iuxta ſe hitantes. Unde cū multiplicatio prolis ſit naturalis: ſequitur ꝙ cōmunitas vici ſit naturalis. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter primo ſub regibus ciuitates erant: nunc ꝟo etiam gentes. Nam ex his qui ſuberant regno accreuerunt. Omnis autem domus regitur a ſeniore: itaqꝫ ⁊ genera inde propagata ꝓpter conſanguinitatem. Et hoc eſt ꝙ inquit Homerus: Jura dant ſinguli natis ⁊ uxoribꝰ ſparſiʒ nanqꝫ ⁊ ſic antiquitus habitabāt.

¶ Manifeſtat idem per ſigna. Et primo ſm ea que videmus in hominibus. Secundo ſm ea que dicebant de dijs: ibi⌊ Et deos ob hoc ⁊c̄.⌋ Dicit ergo p̄mo ꝙ quia ex multiplicatione prolis conſtituta eſt vicinia. Ex hoc proceſſit ꝙ a principio quelibet ciuitas regebatur a rege: ⁊ adhuc alique genteſ habent regem. Et ſi ſingule ciuitates ſingulos reges non habeant: ⁊ hoc ideo ꝙ ciuitates ⁊ gentes conſtituunt ex his qui ſunt ſubiecti regi. Quomodo autem ſignum hoc reſpondeat p̄miſſis. oſtēdit per hoc qđ ſubditur. Quia omnis domus regitur ab aliquo antiquiſſimo: ſicut a patrefamilias reguntur filij. Et ex inde contigit quod etiam tota vicinia que erat inſtituta ex conſanguineis regebatur propter cognationem ab aliquo qui erat principalis in cognatione ſicut ciuitas regitur a rege. Unde Homerus dixit: ꝙ vnuſquiſqꝫ uxori ⁊ pueris ſuis inſtituit leges: ſicut Rex in ciuitate. Ideo autem hoc regimen a domibus ⁊ vicis proceſſit ad ciuitates. Quia diuerſi vici ſūt: ſicut ciuitas diuiſa in diuerſas partes. Et ideo antiquitus habitabant homines diſperſi per vicos: non autem congregati in vnam ciuitatem. Sic ergo pʒ ꝙ regimē regis ſup ciuitatē uel gēteʒ proceſſit a regimine antiqoris in domo uel vico. Deide cū dic̄

¶ Et deos ob hoc ipſum putant cuncti regem habere. Quoniaʒ ⁊ ipſi partim nūc: partim antiquitus ſub regibus degebāt. Quemadmodum ꝟo formas humanaſ dijs attribuunt homines ſic etiaʒ ⁊ vitas. Que autem ex pluribus pagis conficitur ſocietas ciuitas eſt. Que quidem (ut ita dixerim) totius ſufficientie finem habet. Cōſtituta quidem gratia viuendi: exiſtēs aūt bene viuendi gratia.

¶ Ponit aliud ſignum per ea que de dijs dicebantur. Et dicit: ꝙ propter premiſſa omnes gentileſ dicebant ꝙ eoruʒ dij regebantur ab aliquo Rege: dicentes Jouem eſſe Regem deorum: ⁊ hoc ideo: Quia homines adhuc aliqui Regibus reguntur. Antiquitus autem fere omnes regebantur Regibus. Hoc autem fuit primum regimen ut infra dicetur. Homines autem ſicut aſſimilant ſibi ſpecies deorum: idest formas eorum: eſtimantes deos eſſe in figura quorundam hominum: ita ⁊ aſſimilant ſibi vitas deorum .i. conuerſationes: eſtimantes eos cōuerſari ſm ꝙ vident conuerſari homines. Hic Ariſtoteles nominat more Platonicoruʒ ſubſtantias ſeparatas a materia ab vno tantum ſummo deo creatas quibus gentiles erronee ⁊ formas ⁊ conuerſationes hominum attribuebant: ut hic philoſophus dicit.⌊ Que autem ex pluribus pagis ⁊c̄.⌋ Poſtq̄ philoſophus determinauit de cōmunitatibus ordinatis ad ciuitatem: hic determinat de ipſa cōmunitate ciuitatis. Et diuiditur in partes tres. Primo oſtendit qualis ſit ciuitatis communitas. Secundo oſtendit ꝙ eſt naturalis: ibi⌊ Quapropter omnis ciuitas ⁊c̄.⌋ Tertio agit de inſtitutione ciuitatis: ibi⌊ Ex his igitur patet ⁊c̄.⌋ Circa primum oſtendit conditionem ciuitatis quantum ad tria. Primo oſtēdit ex quibus ſit ciuitas. Quia ſicut vicus conſtituitur ex pluribus domibus: ita ciuitas ex pluribus vicis. Secundo dicit ꝙ ciuitas eſt cōmunitas ꝑfecta: qđ ex hoc ꝓbat Quia cum omnis cōmunicatio omnium hominuʒ ordinetur ad aliquid neceſſariuʒ vite illa erit perfecta cōmunitas que ordinatur ad hoc ꝙ homo habeat ſufficienter quicquid eſt neceſſarium ad vitam: talis autem cōmunitas eſt ciuitas. Eſt eniʒ de ratione ciuitatis ꝙ in ea inueniantur omnia que ſufficiant ad vitam humanam: ſicut contingit eſſe. Et propter hoc componitur ex pluribus vicis: in quorum vno exercetur ars fabrilis: in alio ars textoria: ⁊ ſic de alijs. Unde manifeſtum eſt ꝙ ciuitas eſt cōmunitas perfecta. Tertio oſtēdit ad quid ciuitas ordinata ſit. Eſt enim primitus facta grā viuēdi: ut .ſ. hoīes ſufficiēter inuenirent vnde viuere poſſent. Sed ex eius eē ꝓuenit ꝙ hoīes nō ſolū viuāt: ſed ꝙ bene viuāt inquātū per leges ciuitatis ordinatur vita hoīum ad virtutes. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter omnis ciuitas natura eſt: ſiquidem ⁊ prime ſocietateſ: nam hic illarum eſt finis. Natura ꝟo finis eſt: quale enim vnūquodqꝫ eſt generationis perfecte. Hanc vniuſcuiuſqꝫ naturam eſſe dicimus: ceu hominis: equi: domuſ: īſuper cuius gratia ⁊ finis optimū: ſufficiētia ꝟo finis ⁊ optimuʒ.

¶ Oſtendit ꝙ communitas ciuitatis eſt naturalis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ ciuitas eſt naturalis. Secundo ꝙ homo eſt naturaliter animal ciuile: ibi⌊ Ex his igitur patet ⁊c̄.⌋ Tertio oſtendit quid ſit prius ſm naturam: utrum vnus homo: aut domus: uł ciuitas: ibi⌊ Et certe ſm naturam ⁊c̄.⌋ Circa primuʒ ponit duas rationes:quarum pꝛima talis eſt.Finis rerum naturaliuʒ eſt natura ipſarum.Sed ciuitas eſt finis pꝛedictarum communitatuʒ:de quibus oſtenſum eſt ꝙ ſūt naturales:ergo ⁊ ciuitas eſt naturalis.Qꝛ autem natura ſit finis reruʒ naturaliū:pꝛobat ibi⌊Quale enim ⁊c.⌋tali ratione.Illud dicimus eſſe naturam vniuſcuiuſqꝫ rei ꝙ conuenit ei quando eſt eius generatio perfecta:ſicut natura hominis eſt quam habet poſt perfectionem generationis ipſius:⁊ ſimiliter de equo ⁊ de domo.Ut tamen natura domus intelligatur forma ipſius.Sed diſpoſitio rei quam habet perfecta ſua generatione eſt finis omnium eorum que ſunt ante generationem ipſius:ergo illud qđ eſt finis naturalium pꝛincipiorum ex quibus aliquid generatur eſt natura rei.Et ſic cum ciuitas generetur ex pꝛemiſſis communitatibus que ſunt naturales:ipſa erit naturalis.Secundam rationem ponit:ibi⌊Inſuper cuius gratia ⁊c.⌋Que talis eſt.Illud quod eſt optimū in vno quoque eſt finis ⁊ cuius gratia aliquid fit:ſed habere ſufficientiam eſt optimum:ergo habet rationem finis.Et ſic cum ciuitas ſit communitas habens per ſe ſufficiētiam vite:ipſa eſt finis pꝛemiſſarum communitatum.Unde patet ꝙ hec ſecunda ratio inducitur ut pꝛobatio minoris pꝛecedentis rationis. Deinde cū dicit.

¶ Ex his igitur patet ciuitatem eſſe ex his que natura ſunt:⁊ ꝙ homo natura ciuile ſit aīal.Et qui abſqꝫ ciuitate eſt per naturam:non per foꝛtunam:aut nequā eſt aut potioꝛ ꝗ homo.Ut ab Homero per cōtumeliam increpat̄:ſine tribu:ſine iure:ſine domo.nā ſimul talis eſt ⁊ belli cupidus.

¶ Oſtēdit ꝙ homo ſit naturaliter ciuile animal.Et pꝛimo concludit hoc ex naturalitate ciuitatis.Secundo pꝛobat hoc per operationem pꝛopꝛiaʒ ipſius:ibi⌊Ex quo patet ſociale animal ⁊c.⌋Circa pꝛimū duo facit.Pꝛimo oſtendit pꝛopoſitum.Secundo excludit dubitationē:ibi⌊Et qui abſqꝫ ciuitate eſt ⁊c.⌋Concludit ergo pꝛimo ex pꝛemiſſis ꝙ ciuitas eſt eorum que ſunt ſm naturam.Et cum ciuitas non ſit niſi congregatio hominuʒ:ſequitur ꝙ homo ſit animal naturaliter ciuile.Poſſet autē hoc alicui uenire in dubium:ex hoc ꝙ ea que ſunt ſm naturam omnibus inſunt.Non auteʒ omnes homines inueniuntur eſſe habitatores ciuitatum.Et ideo ad hanc dubitationem excludendam cōſequenter dicit.Quod aliqui ſunt non ciuiles ꝓpter foꝛtunam:utpote:quia ſunt expulſi de ciuitate uel pꝛopter paupertatē:neceſſe habent excolere agros aut animalia cuſtodire.Et hoc patet qđ non eſt contrarium ei quod dictum eſt:ꝙ homo ſit naturaliter ciuilis:qꝛ ⁊ alia naturalia aliquando deficiunt pꝛopter foꝛtunā:puta:cum alicui amputantur manus uel cuʒ pꝛiuatur cibo.Sed ſi aliquis homo habeat ꝙ non ſit ciuilis ꝓpter naturam:aut nequā eſt:utpote:cuʒ hoc contingit ex coꝛruptione nature humane:aut potioꝛ ꝗ homo in quātum ſcilicet habet naturam perfectiorem alijs hominibus communiter:ita quod per ſe ſibi poſſit ſufficere abſqꝫ hominum ſocietate.Sicut in Joanne baptiſta ⁊ beato Antonio eremita.Et inducit hoc uerbum homeri maledicentis quēdam qui non erat ciuilis ꝓpter pꝛauitatem.Dicit enim de ipſo ꝙ erat ſine tribu:quia non poterat cōtineri vinculo amicitie.Et ſine iure:qꝛ nō poterat ꝯtineri ſub iugo legis.Et ſceleratus:qꝛ non poterat ꝯtineri ſub regula rōnis.Quia aut eſt talis ſm nām ſit cū hoc opꝫ ꝙ hēat ꝙ ſit cupidus belli:q̄ſi litigioſus ⁊ ſine iugo exiſtēs.Sic̄ videmus ꝙ uolatilia que nō ſūt ſocialia ſūt rapacia. Deide cū dic̄.

¶ Ex quo patet ſociale animal eſſe homineʒ magis ꝗ omnis apes:⁊ ꝗ omne gregarium.Nihil eniʒ(ut diximus)fruſtra natura facit.Sermonem ꝟo homo habet ſolus omniuʒ animaliuʒ.Naʒ uox quideʒ moleſti atqꝫ iocundi ſignificatio eſt:Quapꝛopter alijs quoqꝫ exiſtit animalibꝰ:huc uſqꝫ eniʒ natura pꝛoceſſit:in his ut ſenſuʒ habeant iocundi ⁊ moleſti:⁊ hoc inter ſe ſignificare poſſint.At ſermo ad hoc datꝰ eſt nobis ut oſtendamus utilitateʒ ⁊ damnum:atqꝫ ita iuſtuʒ ⁊ iniuſtum.Hoc eniʒ pꝛeter cetera animalia hominibus pꝛopꝛium eſt:ut boni ⁊ mali:ac iuſti ⁊ iniuſti:alioruʒ huiuſmodi ſenſum habeant ſoli.Horumqꝫ ſocietas facit domum ⁊ ciuitatē.

¶ Pꝛobat ex ꝓpꝛia opatione hoīs ꝙ ſit aīal ciuile:magis etiā ꝗ apis ⁊ ꝗ qđcūqꝫ gregale aīal tali rōne.Dicimus eni ꝙ nā nihil facit fruſtra:qꝛ ſemp opaꝛ ad finē determinatum.Unde ſi nā attribuit alicui rei aliquid qđ eſt de ſe oꝛdinatū ad aliquē finē:ſeqtur ꝙ ille finis deꝛ illi rei a nā.Uidemus auteʒ ꝙ cū quedā alia aīalia habeāt uocē:ſolus hō ſupꝛa alia aīalia hēt locutioneʒ.Nā ⁊ ſi quedā aīalia locutionē humanā ꝓferant:non eni ꝓpꝛie loquunꝛ:qꝛ nō itelligūt qđ dicūt:ſed ex uſu quodā tales uoces ꝓferūt.Eſt aūt differētia inter ſermonē ⁊ ſimplicē uocē.Nā uox eſt ſignū triſtitie ⁊ delectationis ⁊ per ꝯñs aliaꝝ paſſionū:ut ire ⁊ timoris que oēs oꝛdinanꝛ ad delectatiōeʒ ⁊ triſtitiā:ut in ſecūdo Ethicoꝝ dicitꝛ.Et ideo uox daꝛ alijs aīalibꝰ quoꝝ natura uſqꝫ ad hoc ꝑuenit ꝙ ſentiāt ſuas delectatiōes ⁊ triſtitias.Et hoc ſibi inuicē ſignificēt per aliqͣs naturales uoces.Sicut leo per rugitū:⁊ canis per latratū loco quoꝝ nos habemus interiectiones.Sed locutio hūana ſignificat qđ eſt utile ⁊ qđ nociuū.Ex quo ſeqtur qđ ſignificet iuſtū ⁊ iniuſtū.Conſiſtit eni iuſtitia ⁊ iniuſtitia ex hoc ꝙ aliq adequenꝛ uel nō equenꝛ in rebus utilibꝰ ⁊ nociuis.Et ideo locutio eſt pꝛopꝛia hoībus:qꝛ hoc eſt ꝓpꝛiuʒ eis in cōpoſitione ad alia aīalia ꝙ habeāt cognitionē boni ⁊ mali:ita ⁊ iniuſti ⁊ alioꝝ hꝰi que ſermone ſignificari poſſunt.Cū ergo hoi datus ſit ſermo a nā ⁊ ſermo oꝛdineꝛ ad hoc ꝙ hoīes ſibiinuicē coīcēt in utili ⁊ nociuo:iuſto ⁊ iniuſto:⁊ alijs hꝰi.Seqtur:ex quo nā nihil facit fruſtra ꝙ nāliter hoīes in his ſibi cōmunicent.Sed cōmunicatio in iſtis facit domum ⁊ ciuitatem.Igitur homo eſt naturaliter animal domeſticum ⁊ ciuile. Deinde cum dicit.

¶ Et certe ſm naturaʒ pꝛius eſt ciuitas ꝗ domus:⁊ ꝗ ſinguli noſtrum:Nam totū pꝛius eſſe ꝗ partē neceſſariuʒ eſt.perempto enim toto nō erit pes nec manus:niſi equiuoce:ueluti:ſiquis dicat lapideā:nam coꝛrupta qdeʒ erit talis.Cūcta qdē opere diffinita ſunt:⁊ potētia.Itaqꝫ cū amplius nō ſint talia:non eſt dicēdū illa eſſe eadē:ſed equiuoca.Eſſe igitur ciuitatem natura:⁊ pꝛius ꝗ ſinguli manifeſtum eſt.Si enim non eſt ſufficiens vnuſquiſqꝫ ſeparatus:perinde ſe habet ac relique partes ad totum. Qui autem in communi ſocietate nequit eſſe: quicꝫ nullius indiget propter ſufficientiam: nulla pars eſt ciuitatis. Quare aut beſtia: aut deus.

¶ Oſtendit ex premiſſis ꝙ ciuitas ſit prior ſm naturam q̃ domus: uel q̃ vnus homo ſingularis tali ratione. Neceſſe eſt totum eſſe prius parte: ordine ſcilicet nature ⁊ perfectionis. Sed hoc intelligendum eſt de parte materie: non de parte ſpeciei: ut oſtenditur in ſexto Metaphiſice. Et hoc ſic probat. Quia deſtructo toto homine: non remanet pes neqꝫ manus niſi equiuoce: eo modo quo manus lapidea poſſet dici manus. Et hoc ideo: quia talis pars corrumpitur corrupto toto. Illud autem quod eſt corruptum non retinet ſpeciem a qua ſumitur ratio diffinitiua. Unde patet ꝙ nō remanet eadem ratio nominis: ⁊ ſic nomen equiuoce predicatur. Et ꝙ pars corrūpatur corrupto toto oſtēdit per hoc ꝙ omnis pars diffinitur per ſuam operationem ⁊ per virtutem qua operatur. Sicut diffinitio pedis eſt ꝙ ſit membrum organicum habens virtuteꝫ ad ambulandum. Et ideo exquo iam non habet taleꝫ virtutem ⁊ operationē: non eſt ideꝫ ſm ſpēm: ſed equiuoce dicitur pes. Et eadem ratio eſt de alijs huiuſmodi partibus que dicuntur partes materie: in quarum diffinitione ponitur totuꝫ: ſicut ⁊ in diffinitione ſemicirculi ponitur circulus. Eſt eniꝫ ſemicirculus media pars circuli. Secus autem eſt de partibus ſpeciei que ponuntur in diffinitione totius: ſicut linee ponuntur in diffinitione trianguli. Sic igitur patet ꝙ totum eſt p̄us naturaliter q̃ partes materie: quāuis partes ſint priores ordine generationis. Sed ſinguli homines cōparantur ad totam ciuitatem ſicut partes hominis ad hoiem: Quia ſicut manus aut pes non poteſt eſſe ſine homine: ita nec vnus homo eſt per ſe ſibi ſufficiens ad viuendum ſeparatus a ciuitate. Si autem cōtingat ꝙ aliquis non poſſit communicare ſocietate ciuitatis ꝓpter ſuaꝫ prauitatem: eſt peior q̃ homo ⁊ quaſi beſtia. Si ꝟo nullo indigeat ⁊ quaſi habens per ſe ſufficientiam: ⁊ propter hoc non ſit pars ciuitatis: eſt melior q̃ homo. Eſt enim quaſi quidam deus. Relinquitur ergo ex premiſſis ꝙ ciuitas eſt p̄us ſm naturā q̃ vnus homo. Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtat que ſit Deſpotica ſcia: ⁊ circa hoc tria facit. Primo manifeſtat ꝓpoſitum. Scd̄o oñdit ꝯditionem Deſpotice ſciētie: ibi [Cōtinet aūt hec ſcia ⁊c.] Tertio agit de q̄dam ſciētia affini: ibi [Acqrēdi vō diſciplina ⁊c.] Dicit ergo p̄mo ꝙ Deſpotica ſcia dicit̄ per quam aliqs ſcit bñ uti ſeruis: nō aūt illa per quaz aliqs acquirit ſeruos. Et hoc ꝓbat per hoc ꝙ aliquis dicit̄ Deſpotes: ideſt dominus: non in poſſidendo: id eſt in acquirendo ſeruos: ſed magis in hoc ꝙ utit̄ ipis Deinde cum dicit.

¶ Cōtinet autem hec ſcia nō magnum aliquid neqꝫ glorioſum: que eni ſeruum ſcire facere opꝫ: illuz opꝫ ſcire iubere. Itaqꝫ qbuſcunqꝫ eſt facultas a laboribus ceſſandi: vicarius quidem hunc honorem ſuſcipit. Ipſi vō aut Reip. adminiſtrande: aut ſtudiȷ̄s philoſophie intendunt.

¶ Oñdit ꝯditionē hui⁹ ſcientie: ⁊ dicit ꝙ hec ſcia nō eſt magne eſtimationis aut ueneratiōis. Et hoc ꝓbat p̄o per rōnem: q2. ſ. dominatiua ſciētia in hoc conſiſtit: ut homo ſciat uti ſeruis p̄cipiendo eis. Et hoc nō eſt magnum: Eadem enim ſunt que ſcire oportet ſeruum ad faciēdum ⁊ dominum ad p̄cipienduz. Vñ patet ꝙ nō eſt magni momenti talis ſciētia. Scd̄o manifeſtat idez per conſuetudinē humanam: Quia enim hec ſcientia nō reputat̄ alicuius momenti: iō quicunqꝫ pñt ſe expedire ut nō patiant̄ hoc malum: ideſt ut nō impediant̄ circa curā ſeruorum: ipi expediunt ſe ⁊ uacant uel vite Politice uel vite Ciuili uel vite Phice: curā aūt ſeruorum cōmittūt alicui ꝓcuratori. Deide cū dicit.

¶ Acqrēdi vō diſciplina: alia eſt ab utraqꝫ iſtarū ceu bellica quedam iuſta: aut uenatica. De ſeruo igit̄ ⁊ dño in hunc modum determinatum ſit.

¶ Quia dixerat ꝙ Deſpotica ſcia in cōſiſtit in acqrēdo ſeruos ſubdit ꝙ quedam alia ſcia eſt acq̄ſitiua ſeruorū que differt a ſeruili ⁊ a dñatiua: ⁊ hec eſt mltiplex. Exēplificat aūt de duab⁹: per quarū vnā acqrit hō homines in ſeruos: ⁊ hec eſt ſcia pagendi iuſta bella in quibus qui capiunt̄ iure ſerui efficiunt̄. Si aūt bellū eſſet iniuſtum: nō eēt iuſta acq̄ſitio ſeruorum. Vñ non eſſet ſm ſciam. Alia autem ſcia eſt per quam hō acqrit beſtias in ſuos. Et iſta eſt ſcia uenādi. Vltimo eni epilogādo ꝯcludit ꝙ de dño ⁊ ſeruo itantū determinatum ſit.

t Otaliter autē de vniuerſa poſſeſſione ⁊ queſtu ītuebimur ſm antecedentez modum quādo ⁊ ſeruus poſſeſſionis erat pars.

¶ Poſtqꝫ phs determinauit de dño ⁊ ſeruo qui eſt poſſeſſio quedam: hic determinat cōſequēter de oi poſſeſſione. Et diuidit̄ in ptes duas. In p̄ma determinat de ea quantum ad ſciam. In ſcd̄a quantum ad uſum: ibi [Om̄ autem que ad ſciam ⁊c.] Circa p̄mū duo facit. Primo dicit de quo eſt intētio. Scd̄o mouet dubitationes: ibi [Primum igit̄ dubitaret ⁊c.] Dicit ergo p̄mo ꝙ q2 dictum eſt de ſeruo: ⁊ ſeruus eſt quedam poſſeſſio: oportet ꝯſiderare eo modo quo tractauimus de ſeruo vniuerſaliter de omni poſſeſſione ⁊ de arte que eſt de pecuniȷ̄s. Deinde cum dicit.

¶ Primum igitur dubitaret utiqꝫ aliquis: utrum illa diſciplina que ad acquirenduz ſpectat idem ſit ꝙ res familiaris: uel pars aliqua eius: uel miſtra: ⁊ ſi miſtra: utrum quemadmodum pectinaria textorie: aut quēadmodum eraria ſtatuarie. Non eni eodē modo ſubminiſtrant: ſed altera quidē organa prebet: altera mām. Dico autē mām ceu id qd̄ ſubiacet: ex quo aliqd̄ pficitur opus: ceu textori lana: ſtatuario es.

¶ Mouet q̄ſdā dubitationes. Primo mouet eas. Scd̄o incipit eas ſoluere: ibi [Quod q̄dẽ igiť ⁊c̄.] Prima aűt dubitatio diuidiť in duas: q̄rum p̄ma eſt Utrum ars pecuniatiua: ideſt acquirẽdi pecunias ſit oĩno eadem iconomice uel ſit potius pars quedam ipſius: aut nõ ſit eadem neꝗ pars: ſed potius ſubminiſtratiua. Manifeſtum eſt enim ꝙ pecuniatiua aliquo mõ ad iconomicam ptinet. Uñ opꝫ ꝙ aliq̃ iſtoꝝ modoꝝ ſe hẽat ad eam. Non autem idem eſt ꝙ aliq̃ ars ſit pars alterius ⁊ ꝙ ſit ſubminiſtratiua ei. Nam ars diciť eẽ pars alterius artis que ꝯſiderat ptem eius quam ꝯſiderat alia ars: ſicut ars que facit cultellum eſt ars fabrilis: qꝛ cultellus eſt quedam ſpecies operum ex ferro factorum. Ars aűt ſubminiſtratiua diciť que facit aliq̃d in miniſterium alterius artis: ſicut ars que fodit ferrũ ſubminiſtrat arti fabrili. Et qꝛ pecunia eſt in miniſteriuꝫ domus: iõ magis videť eſſe ſubminiſtratiua q̃ꝫ pars. Et iõ mouet ſcd̃am dubitationem: inuenitur enim ꝙ vna ars miniſtrat alij dupl'r. Uno mõ ꝑparando ei organũ quo operatur: ſicut ars que facit pectinem cũ quo texitur miniſtrat arti textili ꝓprium iſtrumẽtuꝫ. Alio mõ quia exhibet ei materiam qua operatur: ſicut ars que ꝑparat es deſeruit arti: que facit ſtatuam ex ere: ⁊ illa que preparat lanam deſeruit textori. Eſt ergo dubitatio: Utrum ars acquirendi pecuniam deſeruiat iconomice ſicut preparans materiam uel ſicut preparans inſtrumentum. Deinde cum dicit.

¶ Quod quidẽ igitur non ſit eadẽ reifamiliaris diſciplina illi que pertinet ad acquirendum manifeſtuꝫ eſt. Naꝫ huius quidẽ parare eſt: illiꝰ v̄o uti. que eni uteť his que ſunt in domo niſi reifamiliaris diſciplina.

¶ Incipit ſoluere p̄dictas dubitationes. Et p̄mo oſtendit ꝙ pecuniatiua nõ eſt eadem iconomice. Scd̃o ingrit utrum ſit pars eius aut ſubminiſtratiua uel potius ſit aliq̃d extraneum ab ea: ibi [Sed utrum ſit eiꝰ pars uel alia ſpecies ⁊c̄.] Primo ergo ſoluit p̄mam dubitationem oſtendens ꝙ pecuniatiua non ſit oĩno eadem iconomice: qꝛ ad pecuniatiuam pertinet acquirere pecunias: Ad iconomicam auteꝫ pertinet uti eis. Nulla enim alia ars eſt ad quaꝫ pertineat uti eis que ſunt utilia domui niſi iconomice. Manifeſtum eſt aűt etiam in alijs ꝙ ars que neceſſaria eſt alia ab ea que facit uel acquirit: ſicut ars gubernatoria eſt alia a nauifactiua. Ergo iconomica eſt alia a pecuniatiua. Ex quo etiaꝫ manifeſtum eſt ꝙ pecuniatiua magis eſt miniſtratiua q̃ꝫ pars. ſemper enim ars factiua deſeruit arti utenti: ſicut que facit frenum militari. Ex quo etiam manifeſtũ ſit ꝙ pecuniatiua magis ſubminiſtrat per modum preparantis iſtrumenta q̃ꝫ per modum preparantis materiam. Pecunia enim ⁊ oẽs diuitie ſunt quedam iſtrumenta iconomice: ut infra diceť. Deinde cum dicit.

¶ Sed utrum ſit eius pars uel alia ſpecies dubitationeꝫ habet.

¶ Ingrit utrum pecuniatiua ſit pars iconomice uel aliquid extraneuꝫ ab ipſa: ⁊ diuidiť in partes duas. In p̄ma mouet dubitationem. In ſcd̃a ꝓſequitur eam: ibi [Naꝫ ſi eſt diligentis patriſſamilias ⁊c̄.] Dicit ergo p̄mo ꝙ cum pecuniatiua nõ ſit eadem iconomice que vniuerſaliter utitur diuitijs ⁊ poſſeſſionibus: dubitari põt utruꝫ pecuniatiua ſit quedã ps ipſiꝰ iconomice: aut ſit altera ſpẽs ab iconomica. Deide cum dicit.

¶ Naꝫ ſi eſt diligentis Patriſſamilias videre quomodo pecunie ⁊ poſſeſſio aſſint. Poſſeſſio auteꝫ ⁊ pecunie multas cõplectunť ptes. Itaꝗ p̄muꝫ agricultura utrũ pars aliqua ſit illius diligẽtie: an aliud q̃dam genus: ⁊ totaliter circa alimentum cura ⁊ acquiſitio.

¶ Proſequiť p̄dictam dubitationem: ⁊ p̄mo oſtendit differentiam pecuniatiue ad aliam poſſeſſiuam. Scd̃o determinat propoſitam queſtionem: ibi [Palam aűt ⁊ ꝙ dubitant ⁊c̄.] Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationeꝫ de differentia pecuniatiue ad alias poſſeſſiuas. Scd̃o determinat de alia poſſeſſiua: ibi [Atqui ſpecies alimentandi ⁊c̄.] Tertio determinat de pecuniatiua: ibi [Eſt aliud genus ⁊c̄.] Dicit ergo primo ꝙ cum ad pecuniatiuam pertineat conſiderare vnde pecunie acquirantur: Multa autem alia poſſidẽtur preter pecuniam: ſicut terre naſcentia: ⁊ alia huiuſmodi: queſtio eſt de Agricultura per quam alique diuitie acquiruntur: utrum ſit quedaꝫ pars pecuniatiue uel aliud genus artis. Et quia agricultura ordinatur ad acquirendum cibum: igitur eadem queſtio poteſt moueri de arte que ordinatur ad acquirendum aliter cibum. Deinde cum dicit.

¶ Atqui ſpecies alimẽtãdi multe ſunt. Nã ⁊ vite plures ſunt animalium ⁊ hominũ. Non enim fieri poteſt ut viuatur ſine alimento. Itaꝗ diuerſitates alimentorum diuerſas faciunt animalium vitas. Nam ferarum quidem alie gregales ſunt: alie ſoliuage ut hoc uel illo modo illis conducit ad victum: quoniã alie viuis animalibus: alie fructibus: alie cunctiſ paſcuntur. Quare ad facultatem victus eorum vitas natura diſtinxit. Cum v̄o non idem cuiꝗ dulce ſit ſ̄m naturam: ſed alijs alia. ⁊ illarum que animalia: ⁊ illarum que fructus comedunt: vite iter ſe differunt.

¶ Soluit ꝓpoſitam queſtionem: ⁊ primo diuidit acquiſitionem ciboruꝫ in multas parteſ. Scd̃o oſtendit qualis ſit: ibi [Talis igitur acquiſitio ⁊c̄.] Circa p̄mum duo facit. Primo oſtendit diuerſitatem ciborũ in animalibus. Scd̃o in hominibus: ibi [Hoc ideꝫ eſt in hominibus ⁊c̄.] Dicit ergo primo ꝙ multe ſunt ciborũ ſpecies: ⁊ ex hoc diuerſificantur modi viuendi tam in aĩalibus q̃ꝫ in hoĩbus. Cum eni non ſit poſſibile viuere ſine cibo: neceſſe eſt ꝙ ſ̄m differentiaꝫ ciborum differat modus viuendi in animalibus. Uidemus enim ꝙ quedam beſtie viuunt congregata in multitudine: ⁊ quedam viuunt diſperſa ⁊ ſeparata ſ̄m ꝙ expedit ad cibum ipſorum. Quedam enim ipſorum ſunt comedentia animalia. Quedã v̄o comedunt fructus. Quedam v̄o comedunt idifferenter omnia. Unde non diſtinxit vitas eorum ſed cibos quos eligunt naturaliter ⁊ ſ̄m ꝙ viuunt in deſidia uel in pugna. Nã ea que comedunt alia animalia oportet eſſe pugnatiua ⁊ ꝙ diſperſa viuant. aliter enim non poſſent cibum inuenire. Sed animalia que comedunt cibuꝫ qui de facili poteſt inueniri viuunt ſimul. Et quia in quolibet dictorum generum diuerſa ſunt delectabilia diuerſis animalibus. non enim omnia animalia comedentia carnes delectantur in eiſdem carnibuſ ⁊ ſimiliter nec omnia animalia comedentia fructus delectãtur in eiſdeꝫ fructibus. Inde ꝯtingit ꝙ etiam animaliũ que comedũt carnes ſunt diuerſi modi viuendi: ⁊ ſil'r eoruꝫ que comedunt fructus. Deinde auteꝫ cum dicit.

¶ Hoc idem eſt in hominibus. Differunt eniꝫ eoruꝫ vite. Nā pigerrimi qui ſunt paſtoraleꝫ vitā ſequuntur: quoniam a manſuetis animalibus ſine labore educatio ꝓuenit ocioſis. Cumqꝫ ſit neceſſe mutare locuꝫ animalibus ⁊ ipſi coguntur vna ſequi quaſi agriculturaꝫ quandaꝫ viuā colentes. Alij v̾o ex preda viuunt. Et preda quidem alia alij ceu alij uenantes: alij piſcātes: ut q paludes ⁊ ſtagna: ⁊ flumina ⁊ mare accolūt. Alij ab auibus ⁊ feris. Sed maxima pars hominuꝫ a terra viuit ⁊ a fructibus non ſilueſtribus. vite igitur forme tot ſunt quot ſm propriam ⁊ innataꝫ nobis operationem non per commutationeꝫ ⁊ cōmertia ſibi preparant alimentum: Paſtoralis agricultura: predatoria piſcatoria uenatoria. Sūt ⁊ qui iſta miſcētes iocunde viuant: ſupplentes deficienteꝫ vitaꝫ qua deficiens eſt ut ſufficiētia aſſit: ceu paſtoralem ſimul ⁊ predatoriam: alij agriculturaꝫ ⁊ uenationē. Eodeꝫ modo ⁊ circa alias ut indigentia compellit in hunc moduꝫ degunt.

¶ Oſtendit diuerſitatē ciborum in hominibus: Et dicit ꝙ etiam ſm diuerſitatem ciborum in multis differunt vite hominuꝫ. Tripliciter enim acquirunt cibuꝫ: alij nanqꝫ laborant: neqꝫ depredan᷑: Et iſti ſunt ocioſiſſimi: ⁊ iſti ſunt. ſ. paſtores: Quia cibus qui fit a domeſticis animalibus: puta: ab ouibus abſqꝫ labore fit hominibus viuentibus in ocio. Sed habent ſolum laborem hunc ꝙ cum fuerit neceſſarium pecoribus propter paſcua tranſire de loco ad locum: tunc ⁊ ipſi cogūtur ſepe tanqꝫ ſi colerent quendam agrum qui viueret ⁊ moueretur. Alij v̾o ſumunt nutrimentum ex preda uel quam acquirunt ab hominibus ſicut latrones: uel quam acquirunt ex aquis ſtagnorum: paludiuꝫ fluuiorum ⁊ in alijs ſicut piſcatores. Uel ex agris ⁊ ſiluis ſicut uenatores auium ⁊ beſtiarum. Tertium genus viuendi eſt ꝙ pluribus hominum cōuenit quod viuunt ex his que naſcun᷑ in terra ⁊ ex domeſticis fructibꝰ ⁊ iſti habent cibum elaboratuꝫ. He igi᷑ ut plurimū ſunt vite hominū preter eos enim qui viuunt de negociatione de qua infra age᷑ ſunt vite ſimplices. ſ. paſcualis agricultura: furatiua: piſcatiua ⁊ uenatiua ut ex dictis patet. Sed cum vita hominū ſit deficientiſſima eo qꝺ multis indiget. Quidaꝫ ad hoc ꝙ per ſe ſibi ſufficiant exercent ſimul ⁊ miſcent p̄dictas vitas: ⁊ ita delectabiliter viuunt ſupplentes ſibi ex vna quod deeſt ſibi ex altera. Sicut quidam exercēt ſimul vitam paſcualem ⁊ furatiuā: qdam ſil̄ agricultiuā ⁊ uenatiuam: ⁊ ſil̄r alias vitas ſꝫ ꝙ vnicuiqꝫ eſt opportunū. Deīde cuꝫ dicit.

¶ Talis igitur acquiſitio ab ipſa videtur natura hominibus data ut ſtatiꝫ poſt genituraꝫ ſic etiam ad perfectionē deductis: naꝫ ab ipſo generationis initio quedaꝫ animaliuꝫ ſimul exprimunt tātū alimenti ut ſufficiat donec poterit ſibiipſi acquirere quod generatuꝫ eſt: ut quecunqꝫ ex putredine uel ex ouis generantur. Que v̾o pariunt viuentia alimentum habent in ſeipſis ad natoruꝫ educationeꝫ uſqꝫ tempus quod daꝫ: quaꝫ lactis naturā dicimus. Quare ſimiliter eſt in genitis quoqꝫ exiſtimandū plantaſqꝫ animaliuꝫ eſſe gratia: ⁊ cetera animalia hominuꝫ cauſa: manſueta quideꝫ propter utilitateꝫ ⁊ cibuꝫ: fera v̾o ⁊ ſi non omnia at plurima illoruꝫ propter cibuꝫ ⁊ alia adiumenta: ut ueſtis: ac cetera inſtrumenta ex illis fiant. Si igitur natura nihil neqꝫ imperfectuꝫ facit: neqꝫ fruſtra: neceſſariuꝫ eſt illa omniuꝫ hominuꝫ gratia feciſſe naturaꝫ. Quapropter ⁊ bellica ſꝫ naturam quodāmodo acquiſitiua erit: naꝫ ⁊ uenatoria pars illius eſt qua uti oportet contra beſtias ⁊ contra eos homines qui ad parendū nati ſunt nec uolūt parere: ut nā id belluꝫ iuſtuꝫ exiſtat.

¶ Oſtendit qualis ſit predicta poſſeſſiua que eſt acquiſitiua cibi. Et p̄mo oſtendit qꝺ eſt naturalis. Scđo qꝺ eſt pars iconomice: ibi [Una igitur acquirēdi ſpecies ⁊c.] Tertio qꝺ nō eſt infinita: ibi [Et vide᷑ ⁊c.] Circa p̄mum ponit talem rōnem. Sicut natura prouidet animalibus ſtatim in prima eorum generatione: ita ⁊ poſtqꝫ eorum generatio fuerit ꝑfecta. Prouidet auteꝫ eis de nutrimento in p̄ma eorum generatione: ⁊ hoc patet in diuerſis animalibus. Sunt enim quedaꝫ animalia non generantia animal ꝑfectuꝫ: ſed faciūt oua: ſicut aues: uel uermes: uermes quoſdam loco ouoruꝫ: ſicut patet in formicis ⁊ in apibus ⁊ in alijs huiuſmodi. ⁊ huiuſmodi animalia ſimul pariunt cuꝫ ꝓprijs fetibus tantū de nutrimēto quantū ſufficere poſſit quouſqꝫ aīal generatum perueniat ad perfectū: ſicut patet in ouo: cuius rubeū cedit in nutrimentū pulli qui genera᷑ ex albo oui: ⁊ hoc qꝫdiu pullus eſt infra teſtam. Simile eſt in uermibus. Quedaꝫ auteꝫ animalia ſunt que generant animal perfectuꝫ ſicut equi ⁊ alia huiuſmodi ⁊ in talibus animalia que pariunt habent uſqꝫ ad aliquod tempus cibuꝫ in ſeipſis ad nutrimentuꝫ genitorū: qui quidem cibus uocatur lac: ⁊ ſic patet ꝙ in p̄ma generatione natura ꝓuidet animalibus de cibo. Unde manifeſtū eſt ꝙ poſtqꝫ iam animalia ſunt perfecta natura ꝓuidit eis de cibo: ita ꝙ plante ſunt ꝓpter alia aīalia ut ex eis nutrian᷑. alia v̾o animalia ſunt ꝓpter homines. domeſtica qdem ⁊ ꝓpter cibuꝫ ⁊ ꝓpter alias utilitates. ſilueſtria v̾o ⁊ ſi non oīa tn̄ plurima eoruꝫ cedunt in cibuꝫ hominis uel aliquo alio modo in auxilium eius: inquantum homo ex eis acquirit ueſtitum. ſ. de pellibus eorum: uel etiam alia inſtrumenta: ut de carnibus: oſſibus: aut dentibꝰ. Et ſic manifeſtuꝫ eſt ꝙ homo indiget ad ſuaꝫ vitam alijs animalibus ⁊ plantis: Sed natura neqꝫ dimittit aliquid imperfectū neqꝫ facit aliquid fruſtra. Ergo manifeſtum eſt ꝙ natura fecit animalia ⁊ plantas ad ſuſtentationem hominum. Sed quando aliquis acquirit id quod natura ꝓpter ipſum fecit: eſt naturalis acquiſitio. Ergo poſſeſſiua qua huiuſmodi acquiruntur que pertinēt ad neceſſitateꝫ vite eſt naturalis: ⁊ pars eius eſt predatiua qua oportet uti ad beſtias que naturaliter ſunt ſubiecte hominibus: ⁊ ad homines barbaros qui ſunt naturaliter ſerui:ut ſupra dictum eſt:ac ſi hoc bellum ſit iuſtuꝫ ſm naturam. Dixit aūt eſſe predatiuā huiuſmodi poſſeſſiue:qꝛ alia pars eſt agricultura:que acquirit nutrimentum ex plantis. Deinde cum dicit.

¶ Una igitur acquirendi ſpecies ſꝫ naturā pars eſt rei familiaris:quaꝫ oportet ſubeſſe iaꝫ aut illā parare quo ea ſubſint:quaruꝫ eſt comparatio reruꝫ in vita neceſſariarum ⁊ utilium ad ſocietatem ciuitatis ⁊ domus.

¶ Cōcludit ex p̄miſſis ꝙ quedam naturalis ſpecies poſſeſſiue:de qua iam dictū eſt pars quedam iconomice:ſm ꝙ pars dicitur eſſe que eſt ſubminiſtratiua. Subminiſtrat enim non ſolum iconomice:ſed etiam politice. Et hoc ideo:quia oportet ad actum politici ⁊ iconomici ut acquirantur: ⁊ ille res que theſauriçantur ad neceſſitatem vite ⁊ utilitatem communitatis tam domus q̄ꝫ ciuitatis:qꝛ neqꝫ domꝰ neqꝫ ciuitas pōt gubernari ſine neceſſarijs vite. Deinde cū dicit.

¶ Et videntur uere quidē diuitie ex his cōſtare:nā ſufficientia huius poſſeſſionis ad vitaꝫ bonoruꝫ non infinita eſt: ut Solon carminibus inq̄t: Diuitiaruꝫ nullus eſt finis conſtitutus hominibus. Certe conſtitutus eſt ut in alijs artibus:nulluꝫ enim inſtrumentuꝫ cuiuſq̄ꝫ artis infinituꝫ eſt:neq̄ꝫ multitudine neq̄ꝫ magnitudine. Diuitie autē ſunt multitudo inſtrumētoruꝫ rei familiaris ⁊ Reip. Quod igitur ſit aliqua acquiſitio ſꝫ naturam patribuſfamilias ⁊ gubernatoribus Reip. ⁊ propter quā cauſaꝫ patet.

¶ Oſtendit ꝙ p̄dicta poſſeſſiua non eſt infinite: ⁊ dicit ꝙ uere diuitie ſunt ex huiuſmodi rebus quibus ſubuenitur neceſſitati nature. Ideo autem iſte ſunt uere diuitie:quia poſſunt tollere indigentiam ⁊ facere ſufficientiam habenti eas:ut ſcilicet homo ſit ſibi ſufficiens ad bene viuenduꝫ. Sunt aūt quedaꝫ alie diuitie: quaruꝫ poſſeſſio eſt infinita:ut īfra dicetur:de quibus Solon qui fuit vnus de ſeptē ſapiētibus dicit in ſuo poemate: ꝙ nullus terminus diuitiarum poteſt prefiniri hominibus. Unde tales non ſunt uere diuitie:quia nō replent hominis appetitum. Qꝫ autē diuitie que conſiſtunt ex rebus neceſſarijs ad vitam ſint finite probat tali ratione: Nullus actus inſtrumentuꝫ eſt infinitum in multitudine neqꝫ magnitudine: Ars enim fabrilis non habet infinitos martellos:neqꝫ etiaꝫ vnuꝫ aliquē martellum infinituꝫ. Sed p̄dicte diuitie ſunt quedam organa iconomici ⁊ politici:quia eis utunt̄ ad gubernationeꝫ domus uel ciuitatis ut dictum eſt. Ergo huiuſmodi diuitie nō ſunt infinite:ſed eſt eis aliquis terminus. Et ultimo epilogando concludit ꝙ eſt quedaꝫ naturalis poſſeſſiua que eſt neceſſaria ⁊ iconomicis ⁊ politicis ⁊ ꝓpter quā cām manifeſtū eſt ex dictis.

e St aliud genus acquirēdi quod maxime uocant ⁊ merito uocari debet Pecuniariuꝫ:in quo nullus finis eſſe videtur diuitiaruꝫ ⁊ poſſeſſionis: quod eſſe vnuꝫ ⁊ ideꝫ cuꝫ illo de quo ſupra diximus pleriq̄ꝫ crediderūt ꝓpter vicinitateꝫ:ſed neq̄ꝫ eſt idē neq̄ꝫ ualde remotuꝫ. Eſt eniꝫ alteruꝫ illoruꝫ ſm naturā alteruꝫ non ſꝫ naturaꝫ:ſed magis ſm peritiaꝫ ⁊ arteꝫ

¶ Poſtq̄ꝫ philoſophus determinauit de vna parte poſſeſſiue que eſt acquiſitiua cibi ⁊ aliorum neceſſariorū vite:hic determinat de alia poſſeſſione que appellat̄ Pecuniatiua. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit conditionē ipſius. Secūdo determīat de ea:ibi⌊ De quo dicere ſic exordiamur ⁊c̄.⌋ Circa primū tria determinat de hac ſecunda parte poſſeſſiue. Primo enī determinat nomen eius dicens: ꝙ uocatur pecuniatiua:qꝛ ſcilicet inſiſtit circa acquiſitioneꝫ pecuniarū. Secūdo dicit de ea: ꝙ quia acquiſitio pecuniarum eſt infinita ꝓpter iſtā parteꝫ poſſeſſiue videtur hominibus ꝙ nullus ſit terminus diuitiarū ⁊ poſſeſſionis. Multi enim reputant ꝙ hec pars poſſeſſiue ſit vna ⁊ eadem cū premiſſa ꝓpter vicinitatem quam habet cuꝫ ipſa. Tertio ꝓponit comparationeꝫ huius poſſeſſiue ad premiſſaꝫ: ⁊ dicit ꝙ neqꝫ eſt eadeꝫ cuꝫ predicta:neqꝫ tn̄ longe diſtat ab ea. Qꝫ autem non ſit eadem manifeſtat per hoc ꝙ p̄dicta pars poſſeſſiue:que eſt acquiſitiua cibi ⁊ alioruꝫ neceſſarioruꝫ vite eſt nālis. Sed hec que eſt acquiſitiua pecunie non eſt naturalis. Denarij enī non ſunt adinuenti a natura:ſed per quandaꝫ experientiam ⁊ artem ſunt introducti. Ideo auteꝫ dixit ꝙ non longe diſtant. quia per denariuꝫ etiā neceſſaria vite haberi poſſunt ⁊ econuerſo. Deinde cum dicit.

¶ De quo dicere ſic exordiamur. Cuiuſq̄ꝫ rei duplex eſt uſus:uterq̄ꝫ ꝟo ſm ipſaꝫ rē ſed non ſimiliter:ueruꝫ alter proprius:alter non proprius:ceu calcei quideꝫ eſt calceatio ⁊ uenditio. Uterq̄ꝫ eniꝫ uſus calcei eſt:nā qui calceuꝫ indigenti uendit pro pecunia uel cibo:utitur calceo qua calceꝰ eſt: ſed non ſm propriuꝫ uſuꝫ:non eniꝫ cōmutationis gratia factus eſt calceus. Eodeꝫ mō ſe hēt in alijs rebus quas poſſidemꝰ.

¶ Incipit determinare naturā pecuniatiue. Et quia pecunia eſt inuenta ꝓpter cōmutationes faciendas:ideo circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo cōmutatio ſe habeat ad res cōmutatas. Secundo determinat de cōmutatione naturali:ibi⌊ Eſt eniꝫ permutatio ⁊c̄.⌋ Tertio determinat de cōmutatione pecuniaria:ibi⌊ Ex hac tn̄ ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ ad conſiderandum de pecuniatiua debemus hinc accipere p̄ncipium. Eſt enim vniuſcuiuſqꝫ rei duplex uſus: ⁊ conueniunt in hoc ꝙ uterqꝫ eſt ſm ſe ⁊ non per accidens. Differunt auteꝫ in hoc ꝙ vnus eorū eſt proprius uſus rei:alius autem non eſt ꝓprius ſed cōmunis: Sicut duplex eſt uſus calciamenti. Unus quidē ꝓprius:ſcilicet calceatio. Alius communis:ſcilicet commutatio. Ad hunc eniꝫ uſum non factuꝫ eſt calciamentum ut homo commutet ipſum:ſed tn̄ homo ſic poteſt uti calciamento ut commutet ipſum uel pro pane uel pro cibo. Sed quāuis cōmutatio non ſit ꝓprius uſus calciamenti: eſt tn̄ uſus eius per ſe ⁊ non ſꝫ accidens:qꝛ ille qui cōmutat ipſum utitur eo ſm ualorem ſuum. Et ſicut dictuꝫ eſt de calciamento ita intelligendum eſt de oībus alijs rebꝰ que ab hoīe poſſideri pn̄t. Deīde cū dicit.

¶ Eſt enī permutatio omnibus:cepta quidem ab initio:ex eo ꝙ eſt ſm naturaꝫ:qꝺ alij plura q̄ꝫ opus ſit alij pauciora habeāt

Ex quo manifeſtum eſt pecuniariam non eſſe ſm naturam eius que pertinet ad acqrenduꝫ. quoad eniꝫ ipſius ſufficeret neceſſariū erat permutationē feciſſe.

¶Determinat de cōmutatione naturali: ⁊ circa hoc tria facit. Primo oſtendit quorum ſit iſta cōmutatio. Secundo quomodo eſt introducta: ibi⌊ In prima igitur ſocietate ⁊c̄.⌋ Tertio quomodo ſe habet ad naturaꝫ: ibi⌊ Huiuſmodi ergo permutatio ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ permutatio poteſt fieri de omnibus rebus: ⁊ prima quidem commutatio incepit a rebus que natura miniſtrat ad neceſſitateꝫ humane vite: eo ꝙ de his quidam homines plura habebant: quidam pauciora: Sicut quidam habebant plus de vino: alij plus de pane. Unde oportuit ꝙ cōmutarent. Et intātū fiebat commutatio quouſqꝫ vnuſquiſqꝫ habebat quod ſibi ſufficiebat. Unde manifeſtuꝫ eſt ꝙ cū denarij nō ſint a nā: ſicut dictū eſt nummularia que eſt permutatio denariorū nō eſt a nā. Deinde cū dicit.

¶In prima igitur ſocietate ideſt in domo: manifeſtum eſt nihil opus eſſe illius: ſed iam maiori exiſtente ſocietate: alij enim illorum communiter habebant omnia: alij ſeparatim multa rurſus alia quorum ſm indigentiam neceſſe erat permutationeꝫ facere quemadmoduꝫ adhuc faciunt barbaroruꝫ nationes multe: alia pro alijs dātes recipiētesqꝫ: inutilia enī ſibi pro utilibꝰ tradunt: ultra ꝟo nihil: ceu vinuꝫ pro tritico: ⁊ ceteris talibus.

¶Oſtendit quomodo eſt introducta talis permutatio: ⁊ dicit ꝙ in prima communitate que eſt communitas vnius domus: non erat opus aliqua tali commutatione: eo ꝙ omnia neceſſaria vite erāt patriſfamilias: qui omnia prouidebat. Sed quando iam facta eſt amplior communitas: ſcilicet vici ⁊ ciuitatis propter hoc ꝙ aliqui hominuꝫ communicabant in omnibus iter quos non poterat fieri commutatio. alij ꝟo erant ſeparati ⁊ in multis rebus ideo neceſſarium fuit illarum rerum que diuiſe erant fieri commutationes: ut ſcilicet dum vnꝰ acciperet ab alio quod alter habebat: ipſe retribueret ei quod ipſe habebat. quod adhuc ſeruatur apud multas barbaras nationes: apud quas non eſt uſus denariorum: que nihil plus cōmunicant niſi ea que ſunt eis opportuna ad vitam: ſicut dando ⁊ accipiendo vinū ⁊ triticū ⁊ alia hꝰi. Deinde cum dicit.

¶Huiuſmodi ergo permutatio neqꝫ preter naturam eſt: neqꝫ ad amplificationeꝫ patrimonij pertinet: cuꝫ ſit in ſupplementuꝫ indigentie ſm naturam.

¶Concludit ex premiſſis ꝙ talis commutatiua non eſt preter naturam: quia eſt de rebus quas miniſtrat natura. Neqꝫ eſt ſpecies pecuniatiue: quia non fit per denarios. Et ꝙ non ſit preter naturam probat per hoc qō eſt in ſupplementum per ſe ſufficientie: ideſt ut homo per huiuſmodi commutationem habeat ea que ſunt neceſſaria ſufficienter ad ſuſtentationem humane vite Deinde cuꝫ dicit.

¶Ex hac tamen illa proceſſit ſm rationē: nam cum a remotioribus quereretur auxilium in portādo illa quibus indigebant ⁊ exportando illa quibus abundabant: neceſſario nummi introductus eſt uſus. non enim faciliter deferri poſſunt ſingula ſingulis ad vitam neceſſaria. Itaqꝫ ad permutationes faciendas tale aliquid cōpoſuerunt inter ſe dare ⁊ accipere: quod utilium exiſtens uſum habere commutandi facilem ad vitam: ceu ferrum ⁊ argentum ⁊ ſiquid aliud tale. primo ſimpliciter diffinitum quantitate ⁊ pondere. Poſtmodum ꝟo etiam ſigno impreſſum: quo ad menſuram liberi eſſent: nam ſignum poſitum eſt ad quantitatem demonſtrandam.

¶Determinat de commutatione pecuniaria: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtēdit quomō hec cōmutatio eſt per rationem inuenta: cuꝫ non ſit a natura. Secundo oſtendit ꝙ ſit infinita: ibi⌊ Et infinite ſunt huiuſmodi diuitie ⁊c̄.⌋ Circa primum tria facit. Primo determinat de prima inuentione pecuniarie commutationis. Secundo de quadam commutatione pecuniaria ſuperueniente ibi⌊ Reperto igitur nummo ⁊c̄.⌋ Tertio determinat de pecuniatiua que eſt circa huiuſmodi cōmutationes: ibi⌊ Quapropter videtur ⁊c̄.⌋ Dicit ergo primo ꝙ ex prima commutatione que erat ipſarum rerum neceſſariarum adinuicem proceſſit quedam alia commutatio ſm rationem inuenta. Cuꝫ enim auxilium hominum adinuicem per commutationes eſſet factum magis peregrinuꝫ: quia ſcilicet homines non ſolum ad propinquos ſed etiam ad remotos ceperunt uti commutatione: adducendo ad ſe ea quibus indigebant ⁊ mittendo illis ea in quibus ipſi abundabant: propter iſtam neceſſitatem inuentus eſt uſus denariorum: eo ꝙ non poterant de facili portari ea que ſunt neceſſaria ſm naturam ad remotas terras: puta vinum aut triticum aut aliquid huiuſmodi. ⁊ ideo ad huiuſmodi commutationes in remotis faciendas ordinauerunt ꝙ aliquid ſibiinuicem darent ⁊ acciperent quod de facili ⁊ expedite portari poſſet: ⁊ tamen inde haberent aliquam utilitatem. Et huiuſmodi ſunt metalla: puta es ferrum. ⁊ argentum ⁊ alia huiuſmodi. Hec enim ſunt ſm ſe utilia: inquantuꝫ ex eis fiunt uaſa uel aliqua inſtrumenta: ⁊ tamen de facili portari poterant ad remotum: quia modicuꝫ de iſtis propter eorum raritatem ualebat multum de alijs rebus: ſicut etiam modo homines qui debent longum iter peragere pro ſuis expenſis loco denariorum ereorum portant argenteos uel aureos propter predictam neceſſitatem commutationis ad loca remota. Primo fuit determinatum metallum ſolo pondere ⁊ magnitudine: ſicut apud quaſdaꝫ gentes habentur forme argenti non monetati: ſed poſtea ut homines liberarentur a neceſſitate menſurandi uel ponderandi impreſſerunt aliquem caracterem. Quod ponitur in ſignum ꝙ metallum ſit tante quantitatis: ſicut etiam in aliquibus locis imponuntur quedam ſigna publica ad menſuram vini uel frumenti. Sic ergo patet ꝙ primo denarij ſunt inuēti pro commutatione rerū neceſſariarum. Deinde cū dicit.

¶Reperto igitur nūmo ex neceſſaria permutatione alia ſpecies acquirendi emerſit nummularia. Primo forſan ſimpliciter:poſtea per experientiam artificioſior. Unde ⁊ quomodo permutando plurimuȝ faciat lucruȝ.

¶Determinat de alia commutatione ſuperueniente: ⁊ dicit ꝙ poſtq̄ȝ iam facti ſunt denarij ex predicta commutatione que eſt ex neceſſitate facta propter res neceſſarias ex remotis locis habendas ſubintroducta eſt ſpecies commutationis pecuniarie ſm quam denarij pro denarijs commutantur: ⁊ hec uocatur Nummularia: qua ſcilicet utuntur Campſores denariorum: ⁊ hoc quidem primo factum eſt ſimpliciter ⁊ quaſi a caſu: puta: ꝙ ex aliquibus terris in alias aliqui denarios transferentes carius eos expenderunt q̄ȝ acceperint. Unde poſt ea per experientiam factum eſt artificiale: ut homo ſcilicet conſideret de quo loco denarij tranſmutati ⁊ quomodo poſſint facere maximum lucrum. ⁊ hoc pertinet ad artem Nummulatoriaȝ. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter videtur Nummularia maxime circa queſtum pecuniarum uerſari ⁊ illius eſſe opus poſſe diſcernere: vnde proueniat multitudo pecuniaruȝ. Nummoruȝ eniȝ ⁊ diuitiaruȝ effectiua eſt.

¶Determiat de pecuniatiua: ⁊ circa hoc duo facit. Primo concludit ex premiſſis que ſit materia ⁊ actus huius artis. Secundo determinat quandam dubitationem: ibi[Nam ⁊ diuitias ⁊c̄.] Concludit ergo ex premiſſis ꝙ ex quo inceperunt denarij ad denarios commutari propter lucrum quodam artificiali modo: ars que eſt circa denarios uocatur pecuniatiua. ⁊ actus eius eſt ꝙ poſſit conſiderare vnde poſſit prouenire homini multitudo pecuniarum. Ad hoc eni eſt ordinata ſicut ad finē ut faciat multitudinem pecuniaruȝ ⁊ diuitiarum. Deinde cum dicit.

¶ Nam ⁊ diuitias plerumqꝫ ponunt eſſe multitudinem pecunie: ex eo videlicet ꝙ circa illam intendunt pecuniaria ⁊ queſtuaria.

¶Determinat quandam dubitationem circa premiſſa: quia enim dixerat ꝙ pecuniatiua eſt factiua diuitiarū ⁊ pecuniarum: poſſet aliquis dubitare: utrum ſint omnino idem pecunie ⁊ diuitie. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit quorundam opinionem. Secundo inducit rationes in contrarium: ibi[Contra ꝟo interdum ⁊c̄.] Tertio concludit determinationem ueritatis: ibi[Quamobrem querunt ⁊c̄.] Dicit ergo primo ꝙ multotiens homines opinantur ꝙ diuitie nihil aliud ſint q̄ȝ multitudo pecuniaruȝ: eo ꝙ pecuniatiua ⁊ nummulatoria cuius finis eſt multiplicare diuitias tota conſiſtit circa pecunias ſicut circa propriam materiam. Deinde cum dicit.

¶Contra ꝟo interduȝ futile quiddam videntur nummus ⁊ lex ⁊ ne quicq̄ȝ ſm naturam. Quoniam mutatis his qui utuntur nullius precij aut utilitatis eſt ad aliqđ neceſſariorum ⁊ locuples nummis penuriam patietur neceſſarij alimenti. Atqui abſurdum eſt tales eſſe diuitias affirmare: quaruȝ abundās quis fame perire poſſit: ut de Mida fabulis traditur: Cui propter inſatiabilitateȝ deſiderij quicquid apponebatur fiebat auruȝ.

¶ Ponit opinionem contrariam dicens ꝙ aliquando videtur fatuitas quedam dicere ꝙ nihil eorū que ſunt ſm naturam ſint diuitie: puta: triticum ⁊ vinuȝ ⁊ alia huiuſmodi: ⁊ ꝙ tote diuitie ſint denarij introducti per legem. Et ad hoc introducit duas rationes: quarum prima eſt. Quia non ſunt uere diuitie ille que uariata hominum diſpoſitione nullam dignitatem neqꝫ utilitatem habent ad neceſſitatem vite. Sed tranſmutata diſpoſitione hominum qui utuntur diuitijs denarij nullius ſunt precij nec aliquid afferunt ad neceſſitateȝ vite: puta: ſi placeat regi uel communitati ut non ualeant. Ergo ſtultum eſt dicere ꝙ diuitie totaliter nihil ſint niſi multitudo pecuniarū. ¶ Secundaȝ rationem ponit ibi[Et locuples nummis ⁊c̄.] que talis eſt: Inconueniens eſt dicere ꝙ ille qui eſt diues indigeat cibo uel pereat fame: ſed multotiens poteſt contingere ꝙ homo abundans in denarijs egeat cibo ⁊ moriatur fame: ſicut dicitur fabuloſe de quodam Mida nomine ꝙ ei propter hoc ꝙ habebat inſatiabile deſiderium pecunie omnia que ei exhiberentur fiebant aurea: ⁊ ſic peribat fame habens multitudinem auri: omnibus cibis ſibi appoſitis conuerſis in auruȝ. Ergo denarij nō ſunt uere diuitie. Deinde cum dicit.

¶ Quamobrem querunt diuitias alias ⁊ aliaȝ acquirendi rationem: ⁊ recte quideȝ: eſt enim alia acquirendi ratio ⁊ diuitie ſm naturam: ⁊ hec quidem reifamiliaris diſciplina: illa ꝟo pecuniaria pecuniarum effectiua: non ſimpliciter: ſed per ipſarum pecuniarum commutationem. Et videtur circa nummuȝ iſta uerſari: nam nummus primum eſt ⁊ ultimum in commutatione.

¶ Concludit determinationem ueritatis ⁊ dicit ꝙ illi qui recte ſapiunt propter predictas rationes dicunt aliud eſſe diuitias ⁊ pecuniam ſiue pecuniatiuaȝ. Sūt enim quedam diuitie ſm naturam: ſcilicet de rebus neceſſarijs ad vitam ſicut ſupra dictum eſt. ⁊ talis acquiſitio diuitiarum proprie pertinet ad iconomicaȝ. Sed illa pecuniatiua que eſt Nummularia multiplicat pecunias non omnibus modis: ſed ſolum per denariorum permutationem. Unde tota conſiſtit circa denarios: quia denarius eſt principium talis commutationis: dum denarius pro denario datur. Patet ergo ſm hoc ꝙ ditiores ſunt qui abundant in rebus neceſſarijs ad vitam uere loquendo q̄ȝ illi qui abundant in denarijs.

e T infinite ſunt huiuſmodi diuitie que ab hac ratione rei augende proficiſcuntur. Ut enim medicina ſanitatis in infinitum eſt ⁊ vnaqueqꝫ ars finis in infinitum: nam q̄ȝ maxime uolunt illum efficere. eorum ꝟo que ſunt ad finem non in infinitum. finis enim extremum omnibus. Sic ⁊ huius rationis augende rei non eſt finis terminus. finis autem tales diuitie ⁊ pecuniarum poſſeſſio: ſed rei familiaris non augende rei eſt finis:nō eni hoc rei familiaris eſt opꝰ.

¶ Poſtq̄ oñdit philoſophus quō pecuniatiua commutatio eſt introducta per legem:hic oſtendit quomodo ſit infinita talis acquiſitiua pecunie: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo aſſignat cauſam premiſſorum: ibi ⌊ Cauſa v̄o eſt huius ⁊c̄. ⌋ Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſituꝫ. Secundo ſoluit ex hoc quandam dubitationem: ibi ⌊ Quapropter in hac quidem ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo primo ꝙ diuitie que acquiruntur ab hac pecuniatiua ſcilicet Nummularia que tota eſt circa denarios eſt infinita: ⁊ hoc ꝓbat tali rōne: Deſideriū finis in vnaquaqꝫ arte eſt in infinitum. Deſiderium autem eius quod eſt ad finem non eſt in infinitum:ſed habet terminum ſm regulam ⁊ menſuram finis: Sicut ars medicinalis intēdit ad ſanandum in infinitum cum inducit ſanitatem quantumcunqꝫ poteſt:ſed medicinaꝫ non dat quantūcunqꝫ poteſt:ſed ſm menſuram que eſt utilis ad ſanandum: ⁊ ita eſt in alijs artibus. Et ratio huius eſt: qꝛ finis eſt ſm ſe appetibilis. Quod autem ſm ſe eſt tale ſi magis fuerit erit magis tale: ſicut ſi album diſgregat viſuꝫ magis albū magis diſgregat. Sed pecunie ſe hñt ad pecuniatiuaꝫ nummulariā ſicut finis. hec eni intendit acquirere pecunias. Ad iconomicaꝫ autem non ſe habet ſicut finis:ſed ſic̄ ordinatū ad finē:qui eſt gubernatio domꝰ. Ergo pecuniatia q̄rit pecunias abſqꝫ termīo:iconomica aūt cū aliq̄ termīo. Deīde cū dicit.

¶ Quapropter in hac quidem videtur neceſſarium:ut ſit finis omnium diuitiaruꝫ. Sed contra video fieri:oēs eniꝫ in īfinitū augent qui pecunijs ſtudēt.

¶ Soluit dubitationem quandam ex premiſſis: ⁊ circa hoc duo facit. Primo mouet eam. Secūdo ſoluit: ibi ⌊ Cauſa v̄o ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo p̄mo ꝙ propter predictaꝫ rationem videtur ꝙ neceſſarium ſit eſſe aliqueꝫ terminum diuitiarum in iconomica. Sed ſiquis conſideret in his que accidunt videtur eſſe contrarium. omnes enim iconomici augent denarios in infinitum uolentes habere denarios pro rebus que ſunt ad uſum vite. Deinde cum dicit.

¶ Cā v̄o huiꝰ eſt illaruꝫ ꝓpinqtas: uariat̄ eni uſus eiuſdē exiſtēs utriuſqꝫ acqſitiōis. eiuſdē eni eſt uſus acqſitio ſed nō ſm idē. At huiꝰ qdē aliꝰ finis:huiꝰ v̄o amplificatio. Itaqꝫ videt̄ qbuſdā hoc eē rei familiaris opꝰ: ⁊ ꝑſeuerāt exiſtimātes oportē aut ꝯſeruare aut augē pecuniā in īfinitum.

¶ Soluit premiſſam dubitationem ⁊ dicit: ꝙ cauſa predicte diuerſitatis videtur eſſe propinquitas utriuſqꝫ pecuniatiue: illiꝰ ſcilicet que deſeruit iconomice: que querit pecunias pro commutatione rerum neceſſariarū: ⁊ nummularie que querit denarios ꝓpter ſeipſos: utriuſqꝫ enim pecuniatiue eſt ideꝫ actus: ſcilicet acquiſitio pecuniarum: ſed non eodem modo: ſed in pecuniatiua iconomica hoc ordinatur ad alium finem ſcilicet ad gubernationem domus: in pecuniatiua autem ſcilicet nummularia ipſa augmētatio pecunie eſt finis: ⁊ ideo propter propinquitateꝫ nummularie ad iconomicā viꝫ qbuſdā iconomis ꝙ ſit eorū officiuꝫ illud qđ ꝑtinet ad Cāpſores: ut. ſ. inſiſtent ad ꝯſeruandū ⁊ multiplicandū denarios in infinituꝫ. Deinde cum dicit.

¶ Cauſa v̄o eſt huius diſpoſitionis ſtudium viuendi: ſed non bene viuendi. Cum ergo cupiditas in īfinitū extēdat̄: illa quoqꝫ que efficiūt īfinita cupiūt: ſed qui bñ viuere ſtudēt ad fruitionē corporis diuitias querūt. Añ cū hoc quoqꝫ in acqſitiōe ꝯſiſtere videat̄: ois eorū circa acqrendū eſt.

¶ Aſſignat cauſam eius quod dixerat ꝙ diſpenſatores domorum interdum perſeuerant ad augendum pecunias in infinitum. Et quia ex cauſa quam aſſignat ſequuntur quedam abuſiones: ideo hec pars diuiditur in tres ſm tres abuſiones quas ponit. Secunda pars incipit ibi ⌊ Et altera augendi ⁊c̄. ⌋ Tertia ibi ⌊ Et ſi per has acquirendi ſpecies ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo primo ꝙ cauſa huius diſpoſitionis: ꝙ ſcilicet diſpenſatores domoruꝫ querunt augere pecuniam in infinituꝫ eſt: quia homines ſtudent ad viuendum qualitercunqꝫ non autem ad viuendum bene: quod eſt viuere ſm virtutem. ſi enim intenderent viuere ſm virtutem eſſent contenti his que ſufficiunt ad ſuſtentationeꝫ nature. ſed quia pretermiſſo hoc ſtudio ſtudent ad viuendum vnuſquiſqꝫ ſm ſuam uoluntatem: ideo vnuſquiſqꝫ intendit acqrere ea per que poſſit ſuam uoluntatem implere. Et qꝛ concupiſcentia hominum tendit in infinitum: ideo in infinitum deſiderant ea per que poſſint ſatiſfacere ſue concupiſcentie. Quidam etiam ſunt qui habent ſtudium ut bene viuant: ſed ei quod eſt bene viuere addunt id quod pertinet ad delectationes corporales. Dicunt enim non eſſe bonam vitam niſi cum in talibus delectationibus homo viuat: ⁊ ideo querit ea per que poſſunt impleri delectationes corporales. Et quia hoc videtur hominibus poſſe euenire per multitudinem diuitiarum: ideo omnis cura eoruꝫ eſſe videtur ad acquirendum multas pecunias. Et eſt conſiderandum ꝙ aſſignat cauſam eorum que pertinent ad diſpenſatorem domus ex itētione humane vite: quia diſpenſator domus habet pro fine bonam vitam eorum que ſunt in domo. Sic igit̄ prima abuſio eſt: ꝙ homines propter hoc ꝙ non habent rectum ſtudiuꝫ bone vite intendūt ad acqrēdū pecunias in infinituꝫ. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Et altera augēdi ſpēs hinc ꝓceſſit: cū eni fruitio modū excedat illā exhibēt que hiꝰ exceſſuꝫ adimplē poſſit. Et ſi per has acqrēdi ſpēs nequeāt parare: per aliā cām efficere conant̄: vnaquaqꝫ freti potētia nō ſꝫ nāꝫ. Fortitudis eni nō eſt pecunias parare: ſꝫ fiduciaꝫ animi. neqꝫ rei militaris aut medicie: ſed huiꝰ qdē victoriaꝫ: illius v̄o ſanitatē. At illi cunctas ad pecuniā ꝯuertūt q̄ſi hic ſit finis: ad finē v̄o cuncta oporteat tēdere. De illa igit̄ acqrēdi ſp̄e que neceſſaria nō eſt: ⁊ que nā ea ſit: ⁊ ꝓpter quā cāꝫ illa idigemꝰ diximꝰ: ⁊ de illa que nec̄ia eſt: qm̄ altera ab illa ⁊ diſciplina rei familiaris ſm nām circa alimētū: nec īfinita ſicut illa: ſed finē hñs. Ex hoc pꝫ id de quo ab initio dubitabat̄: Utrū gubernatoris domus ⁊ ciuitatis ſit acqrere uel nō: ſed oporteat p̄us eē acqſitū: ſicut eni hoīes nō fac̄ Reſp. ſed factos a nā ſuſcipiēs utit̄: ſic ⁊ alimētū oꝫ nāꝫ ꝓbere terrā aut maria aut ali ud qddā:ſꝫ quēadmodū hec admiſtrāda ſint ad gubernationē ꝑtinet domus. neqꝫ eni textoris eſt lanas facē ſꝫ factiꝫ uti ⁊ diſcernē q̄liꝫ ſit bona ⁊ apta ⁊ mala ⁊ iepta.

¶ Ponit ſecundam abuſionem: quia enim diſpenſatores domorum ſtudent circa acquiſitionem pecuniarū propter hoc inducitur in curam domus altera ſpecies pecuniatiue: ſcilicet Nummularia preter eam que eſt propria iconomice: ſcilicet Acquiſitio rerum neceſſariarum ad vitā. Sed quia in exceſſu intendunt frui delectationibus corporalibus: ꝓpter hoc querūt ea que poſſunt facere huiuſmodi exceſſum: ſcilicet multitudinem diuitiarum. Et ſic eſt ſecunda abuſio ꝙ pecuniatiua non naturalis neqꝫ neceſſaria aſſumitur ad iconomicam. Tertio ponit tertiam abuſionem ibi ⌊ Et ſi per has acquirendi ⁊c. ⌋ Et dicit ꝙ quia homines nō poſſunt interdum per artem pecuniatiuam acquirere ſufficienter ea per que ſatiſfaciant' exceſſui delectationum corporaliū attentant acquirere pecunias per alias cauſas ⁊ abutuntur qualibet potentia ideſt virtute uel arte uel officio non ẜm ſuam naturam: ſicut fortitudo eſt quedam virtus: ⁊ eius opus proprium non eſt congregare pecunias: ſed facere hominem audaceꝫ ad aggrediendum ⁊ ſuſtinendum. Unde ſi aliquis fortitudine utatur ad congregandum diuitias utitur ea non ẜm naturam. Similiter etiam militaris ars eſt ꝓpter victoriam: ⁊ medicinalis propter ſanitatem: neutra tamen eſt propter pecuniaꝫ. Sed quidam ⁊ militarem artem ⁊ medicinalem conuertunt ad acquirendū pecuniam: ⁊ ita faciunt neceſſariam eſſe pecuniatiuaꝫ: ideſt acquiſitiuam pecunie: ordinantes huiuſmodi artes ad pecuniam ſicut ad finem ad quem oportet ordinari omnia alia. Et ideo dicitur in Eccleſiaſte: Pecunie obediunt omnia. Concludit ergo epilogando ex premiſſis qđ dictuꝫ eſt de non neceſſaria pecuniatiua: que ſcilicet acquirit pecuniam in infinituꝫ ſicut finem que ſit cuſa: ⁊ propter quam cauſam homines indigēt ipſa: ſcilicet propter concupiſcentiam in infinituꝫ. Dictum eſt etiam de neceſſitate pecuniatiue: que ſcilicet eſt altera a premiſſa: Acquirit enim pecunias uſqꝫ ad aliquem terminum propter alium finem ſcilicet propter habenda neceſſaria vite. Sed proprie iconomica eſt circa ea que ſunt ẜm naturaꝫ: ſicut illa que pertinēt ad cibum. Et hec non eſt infinita ſicut prima pecuniatiua: ſed habet aliquem terminuꝫ. Uel poteſt intelligi ꝙ ipſa pecuniatiua que eſt neceſſaria eſt altera a nō neceſſaria: ſed eſt iconomica ⁊ aliam nō imitatur. ⌊ Ex hoc patet id de quo ab initio ⁊c. ⌋ Mouerat ſuperiuꝫ queſtionem: Utrum pecuniatiua ſit pars uel ſubſeruiens iconomice: ⁊ diſtinxit pecuniatiuaꝫ ab alia poſſeſſiua: nunc ſoluit motam ſuperius queſtionem: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ pecuniatiua ſubſeruit iconomice. Secundo oſtendit quomodo pecuniatiua quedam eſt laudabilis ⁊ quedam vituperabilis: ibi ⌊ Cum v̄o ⁊ hec ſit duplex ⁊c. ⌋ Circa primum tria facit. Primo ſoluit ſuperius motam queſtionem. Secundo mouet aliam dubitationem: ibi ⌊ Nam dubitaret utiqꝫ aliquis ⁊c. ⌋ Tertio manifeſtat quiddam qđ dixerat: ibi ⌊ Maxime v̄o ⁊c. ⌋ Dicit ergo primo ꝙ iam ex premiſſis poteſt eſſe manifeſtuꝫ illud quod querebatur a principio. Utruꝫ pecuniatiua pertineat ad iconomicum ⁊ politicum aut non: ſed ſit omnino extranea: ⁊ ueritas eſt ꝙ non eſt eadem pecuniatiua iconomice ut ſupra dictum eſt: ſed tamē ei ſubſeruit: quia pecunias oportet exiſtere ad hoc ꝙ in domo ⁊ ciuitate oportet eſſe homines ⁊ ea que ſunt neceſſaria hominibus. Homines autem non facit politica: ſed accipit eos a natura generatos ⁊ ſic utitur ipſis. Similiter ergo politica uel iconomica nō facit cibum: ſed natura tradit ipſum uel ex terra ſicut fructus: uel ex mari ſicut piſces: aut ex aliqua alia re. Facere igitur uel acquirere huiuſmodi cibum non eſt proprium opus ⁊ immediatum politice uel iconomice: ſed ꝓprium opus eiuꝫ eſt diſpenſare iſta in domo ſicut oportet. Sicut vidēmus ꝙ textoris non eſt facere lanam: ſed uti ipſa ⁊ cognoſcere qualis lana ſit idonea ad ſuum opus: qualis etiam ſit praua ⁊ inepta. Sic igitur iconomice deſeruit ⁊ natura que generat homines ⁊ cibos: ⁊ iteruꝫ pecuniatiua que acquirit: ſicut etiam arti textorie deſeruit ⁊ natura que producit lanam ⁊ mercatiua que acquirit eam. Deinde cū dicit.

¶ Nā dubitaret utiqꝫ aliqs: cur ea diligētia que ad acqrēdū pertinet pars rei familiaris ſit: medicina v̄o nō ſit eiꝰ ꝑs. Atqui ſanā eē familiā eiꝰ: opꝫ quēadmodum ⁊ victū hēre aut aliđ qddā neceſſariorū. Sed cū ſit ut patriſfamilias ⁊ gubernatoris de ſalute ꝓuidere: ſit ēt ut nō: ſed medici. Ita ēt de pecunijs eſt: ut patriſfamiliaꝫ eſt etiā ut nō: ſed ut lucro iſeruientis.

¶ Mouet quandam queſtionem ⁊ eſt iſta queſtio: Cum illi qui ſunt in domo indigeant ſanitate ſicut indigent hiꝫ que ſunt neceſſaria ad vitam: ut cibo ⁊ ueſtitu: queritur an ars medicinalis ſit pars iconomice ſicut pecuniatiua: ⁊ reſpondet ꝙ ad diſpenſatorem domus ⁊ ad principem ciuitatis pertinet quodammodo conſiderare de ſanitate ſcilicet utendo conſilio medicorum ad ſanitatem ſubiectorum: alio autem modo non pertinet ad eos: ſed ad medicos cōſiderando ſcilicet ex quibus rebus ſanitas conſeruetur uel reſtituatur. Similiter etiam ad diſpenſatorem domuꝫ quodammodo pertinet conſiderare de pecunia ſcilicet utendo ea iaꝫ acqſita: ⁊ utēdo ēt miniſterio eoꝝ qui acqrunt: ſed ꝯſiderare ex q̄bus rebꝰ pecunia poſſit acquiri ⁊ quō hoc non ꝑtinet ad iconomicum ſed ad artem ſubſeruientem ſcilicet ad pecuniatiuam. Deinde cū dicit.

¶ Maxīe v̄o ut p̄us dictum eſt nā opꝫ hec exiſtere. nāe eni opus eſt alimētuꝫ p̄bere. Cuiqꝫ aūt ex quo gn̄atur alimētū eſt afferendum. Itaqꝫ ẜm naturā eſt parādi ſtudium oībus ex fructibꝰ ⁊ aīalibꝰ.

¶ Manifeſtat qđ ſupra dixerat. ſ. ꝙ nā tradat ea que ſūt nec̄ia ⁊ dicit ꝙ ſic dictū p̄us ea q̄bus utit̄ iconomica uel politica maxīe opꝫ p̄exiſtere a nā a qua ēt accipiunt ſbſeruiētes artes: ⁊ hoc ꝓbat per hoc ꝙ nāe opꝰ eſt dare cibū ei qđ gn̄at̄ ẜm nām. Videmꝰ eni ꝙ illud ex quo fit aliqđ: q̄ꝫtū ad id qđ eſt reſiduū gn̄atiōi eſt cibꝰ rei gn̄ate. ſic patet ꝙ aīal gn̄at̄ ex ſanguie mēſtruo: ⁊ id qđ eſt reſiduū ex hac mā nā ꝯuertit in lac ⁊ p̄parat cibū gn̄ato. Et iō qꝛ hō ꝯſtitutꝰ eſt ex rebꝰ que ſunt ẜm nām: alie res que ſunt ẜm nām ſunt ei cibꝰ. Et iō oībꝰ hoībꝰ eſt nālis pecuniatiua. i. acqſitiua ciboꝝ uel denarioꝝ ꝓ cibo ex rebꝰ nālibꝰ. ſ. ex fructibꝰ ⁊ aīalibꝰ. Qꝫ aūt aliqs acqrat pecuniā nō ex rebꝰ nālibꝰ: ſed ab ipſiꝫ denarijs: hoc nō eſt ẜm naturā. Deinde cū dicit.

¶ Cum v̄o ⁊ hec ſit duplex: ut diximus: ⁊ altera pecuniaria ⁊ altera diſciplina rei familiaris: ⁊ hec quidem neceſſaria ⁊ laudabilis: illa v̄o tranſlatiua ⁊ merito improbanda: quia non ẜm naturam: ſed ab hominibus acquirit: rationabiliſſime habetur odio nummularia: quoniaꝫ a nummo ipſo facit acquiſitionem ⁊ non quod inductus eſt. commutationis enim cauſa nummus inductus fuit. Fenus autem ſeipſum maius facit: vnde ⁊ nomen uenit: quoniam illa que pariũtur ſimilia ſunt gignẽtibus. In fenore autem nummus nũmum parit. Itaqꝫ maxime preter naturã eſt hic acquirẽdi modus.

Poſitis duabus pecuniatiuis oſtendit que earum ſit laudabilis ⁊ que vituperabilis: ⁊ dicit ꝙ due ſunt pecuniatiue: quarum vna uocatur Nummularia: que ſcilicet acquirit pecuniam ex pecunijs ⁊ propter ipſas pecunias. Alia autem pecuniatiua eſt iconomica: que ſcilicet acquirit pecunias ex rebus naturalibus: puta ex fructibus ⁊ animalibus ut dictum eſt. Iſta quidem ſecunda eſt neceſſaria ad vitam hominum: vnde ⁊ laudatur. Alia ꝟo ſcilicet Nummularia trãſfertur ab eo quod eſt neceſſarium nature ad id quod requirit concupiſcentia ut ſupra dictũ eſt: ⁊ ideo vituperatur. Nõ enim iſta pecuniatiua eſt ẜm naturam: quia neqꝫ ex rebus naturalibus eſt: neqꝫ ad ſupplendam neceſſitatem nature ordinatur: ſed ex denariorum adinuicem commutatione: inquantum ſcilicet homo denarios lucratur. Et cum iſta pecuniatiua que eſt Nummularia iuſte vituperetur: quedã alia acquiſitiua pecunie eſt que rationabiliſſime vituperatur ⁊ odio habetur que dicitur Fenus: per quod denarius ſeipſum adauget. Et ideo ſic uocatur: Uidemus enim ꝙ ea que pariuntur ẜm naturam ſunt ſimilia generantibus. Unde ſit quidam partus cum denarius ex denario creſcit. Et ideo etiam iſta acquiſitio pecuniarum eſt maxime preter naturam: quia ẜm naturaꝫ eſt ut denarij acquirantur ex rebus naturalibus: non autem ex denarijs. Sic ergo vna pecuniatiua eſt laudabilis ⁊ due vituperabiles: ut dictum eſt.

q Uoniam ꝟo illa que ad cognitionem pertinebãt determinauimus ſufficienter: illa que ad uſum pertinent diſcutienda ſunt: cuncta eniꝫ hec cõſiderationem habent liberalem: experientiam ꝟo neceſſariam.

Poſtq̄ philoſophus docuit cognoſcere pecuniatiue originem ⁊ eius proprietates ⁊ partes: hic conſequenter determinat ea que pertinent ad uſum ipſius: ⁊ primo dicit de quo eſt intentio. Secundo exequitur propoſitum: ibi[Sunt autem circa acquirendum partes utiles ⁊c̄.]Dicit ergo primo ꝙ quia ſufficienter determinauimus de pecuniatiua in eo quod pertinet ad cognoſcendum naturam ipſius: oportet breuiter ponere ea que pertinent ad uſum eius: qualiter ſcilicet ea utendum ſit: Omnia eniꝫ huiuſmodi que pertinẽt ad operationes humanas habent liberalem ideſt expeditaꝫ contemplationem: quia facile eſt ea conſiderare in vniuerſali: ſed tamen neceſſe eſt ꝙ habeatur experientia circa ipſa ad hoc ꝙ homo poſſit perfectum uſuꝫ eorum habere. Deinde cum dicit.

Sunt autem circa acquirendum partes utiles rerum ipſarũ: que acquirende ſunt peritiam habere: que optima ſint: ⁊ ubi ⁊ quomodo: ceu quales equi comparandi ſint: quales boues ⁊ pecudes. eodeꝫ modo in alijs animalibus. Oportet enim peritum eſſe que iſtorum potiſſima: ⁊ ubi ⁊ qualia. nam alia alibi potiora gignuntur. Deinde agriculture eiuſqꝫ ſpecierum: ut nudi ſoli ⁊ conſiti: ⁊ apium ⁊ aliorum animalium ex quibus ſit utilitas prouentura. Proprie igitur acquiſitionis iſte ſunt partes ⁊ prime.

Determinat ea que pertinent ad uſum pecuniatiue: ⁊ circa hoc duo facit. Primo diſtinguit partes ipſius. Secundo ponit quedam documenta utilia pecuniatiue: ibi[Cum ꝟo ſit a quibuſdam ⁊c̄.]Circa primum duo facit. Primo aſſignat partes pecuniatiue: que eſt neceſſaria ad vitam humanam. Secundo partes pecuniatiue non neceſſarie: ibi[Eius ꝟo que per tranſlationem ⁊c̄.]Dixit autem ſupra neceſſariam eſſe pecuniatiuam per quam homo acquirit pecuniaꝫ ex rebus quas natura miniſtrat ad neceſſitatem vite. Huiuſmodi autem ponit duas partes: quaruꝫ prima eſt ẜm quã homo ex emptione ⁊ uenditione talium rerum poteſt pecuniam acquirere: ⁊ circa hanc partem dicit ꝙ pecuniatiue ſunt iſte partes utiles: ideſt utilia quedam documenta ut homo ſit expertus circa bona huiuſmodi que ab hominibus poſſidentur que eorum ſint maximi precij: ⁊ ubi maximo precio uendãtur ⁊ quomodo: puta quo tempore: uel ẜm alias conditiones. Et exponit de quorum bonorum poſſeſſione dicat. Eſt enim quedam poſſeſſio equorum: ⁊ boum: ⁊ ouium: ⁊ aliorum animalium. Oportet autem eum qui ex his vult lucrari pecuniam eſſe expertum que eorum ſint maxime cara ⁊ in quibus locis: quia alia iſtorum in alijs regionibus abundant: ut ſcilicet emat in loco ubi abundãt ⁊ uendat in loco ubi ſunt cara. Secunda autem pars huiuſmodi poſſeſſiue eſt: ut homo acquirat copiam harum rerum uenalium: quod quidem eſt pro cultura terre: ſiue nude: hoc eſt abſqꝫ arboribus: ſicut ſunt campi in quibus ſeminatur triticum. Siue plantate: ſicut ſunt vinee ⁊ horti ⁊ oliueta. Per huiuſmodi enim culturam acquirit homo abundantiam tritici ⁊ vini ⁊ aliorum huiuſmodi. Et oportet etiaꝫ eſſe hominem expertum de cultura apium ⁊ aliorum animalium tam natatilium: ſcilicet piſcium: q̄ꝫ etiam uolatilium ſcilicet auium a quibuſcunqꝫ contingit acquirere auxilium ad vitam humanam: quia per eorũ abũdantiam poteſt fieri acquiſitio pecuniarum. Sic ergo patet ꝙ iſte ſunt prime ⁊ proprijſſime partes pecuniatiue. Et dicunt prime ⁊ proprijſſime: quia ſic acqritur pecunia ex rebus naturalibus ꝓpter quas inuenta eſt primo pecunia. Deinde cum dicit.

Eius ꝟo que per tranſlationem dicitur potiſſima pars eſt mercatura. Et huius partes tres: Nauigatio: Deuectio: Negociatio. Differunt autem hec inter ſe: cum alia ſecuriora ſint: alia fructuoſiora. Secunda pars eſt feneratio: tertia Mercenaria: ⁊ huius alia vilium artium: alia ſine arte ſolo corꝑe miſtrãte. Eſt ⁊ q̄rta acquirẽdi ſpẽs media inter hanc ⁊ primã Nabet enim partem eius que eſt ſm naturaꝫ: ⁊ partem eius que per tranſlationem dicitur. Et eſt in his omnibus que a terra ⁊ ab his que terre ſunt: non a fructibus ſed ab utilibus: ceu ſilua cedua ⁊ metallica. Hec rurſus multas cõplectitᷣ partes: naꝫ multe ſunt metallorum ſpecies.

¶ Diſtinguit partes pecuniatiue tranſlatiue. Dixit aũt ſupra pecuniatiuam tranſlatiuam eſſe per quaꝫ acquiritur pecunia non ex rebus neceſſarijs ad vitaꝫ: ſed ex quibuſdam alijs rebus. Et dicitᷣ tranſlatiua: quia pecuniatiua tranſlata eſt de rebus naturalibus ad huiuſmodi. Circa primum tria facit. Primo diſtinguit partes huiuſmodi pecuniatiue. Secundo excuſat ſe de diligentiori cõſideratione harum partium: ibi ⌊ De ſingulis horum ⁊c̄. ⌋ Tertio manifeſtat quedã que dixerat: ibi ⌊ Sint enim ille ⁊c̄. ⌋ Circa ꝑmũ ponit quatuor partes pecuniatiue: quaruꝫ ꝑma ⁊ maxima eſt mercatiua. Mercatores eniꝫ maxime pecunias acquirũt. Et hanc primam partẽ ſcd̃o diſtinguit in tres partes: quarum prima eſt Nauigatio: que ſcilicet mercationes exercet per mare. Alia autem dicitur Deuectio .i. oneraria: que ſcilicet exercet mercationes in terra per deportationem onerum in curribus uel iumentis. Tertia autem uocatur Negociatio: puta: cum aliquis non defert merces nec per mare nec per terram: ſed aſſiſtit mercatoribus per communicationem pecunie uel rerum. Et iſte partes differunt adinuicem: quia quedaꝫ eorum ſunt certiores: ſicut mercationes terre: quedaꝫ autem faciunt magis excreſcere lucrum: ſicut mercationes maris que tñ ſunt magis periculoſe. Secunda autem pars principalis huius tranſlatiue pecuniatiue eſt Feneratio: que ſcilicet per uſuras pecuniam acquirit. Tertia autem pars eſt mercenaria: ſicut eorum qui labores ſuos locant pro mercede pecuniarum. In hac eſt quedam differentia: quia quedaꝫ mercenaria fit per artes viles: ſicut eſt ars coquorum ⁊ huiuſmodi miniſteriorum. Quedam autem fit per labores non artificiales ⁊ qui ſunt utiles ſoli corpori ⁊ in quibus etiam ſolum corpus eſt utile: ſicut illi qui mercede conducuntur ad fodiendum in agro uel aliquid aliud huiuſmodi. Quarta autem pars eſt media inter tranſlatiuam ⁊ primam que eſt neceſſaria habens aliquid de utraqꝫ illa que ſcilicet acquirit lucrum per inciſionem lapiduꝫ uel metallorum de terra: habet enim hoc commune cũ prima pecuniatiua: quia eſt a terra ⁊ ab his que generantur ex terra: ſicut agricultura circa ea eſt que generantur ex terra. Cũ tranſlatiua autem conuenit in hoc ꝙ huiuſmodi metalla non faciunt aliquem fructũ pertinẽtem ad neceſſitatem vite: ſicut faciunt campi ⁊ animalia: ſunt tñ huiuſmodi utilia ad alia: puta: ad edificandas domos uel ad aliqua inſtrumemta conſtruenda. Et iſta quarta pars complectitur ſub ſe diuerſa genera ſm diuerſas ſpecies metallorum: que ſunt auruꝫ argẽtũ ferrũ ⁊ huiuſmodi. Deinde cũ dicit.

¶ De ſingulis horum in genere dictum eſt nunc: in ſpecie ꝟo de his dicere utile quidem foret ad opera conficienda: ſed graue nimis in his edocendis ꝑſiſtere.

¶ Excuſat ſe a perfecta horum determinatione: ⁊ dicit qđ dictuꝫ eſt nunc utiliter de iſtis partibus: eſſet auteꝫ utile ad operationes eorum qui uolunt pecuniã acquirere ꝙ diligentius determinaret particulariter de ſingulis. ſed tñ graue eſt diu morari circa talia tendentibus ad maiora. Deinde cũ dicit.

¶ Sunt enim ille artificioſiſſime in quibus minimum eſt fortune. Ille ſordidiſſime in quibꝰ maxime inquinatur corpus. Ille ſeruiliſſime in quibus corporis eſt opus plurimum. Ille ignobiliſſime in quibus minimum requiritur virtutis.

¶ Exponit quedam que dixerat de operationibus vilibus ⁊ inartificialibus: ⁊ dicit ꝙ ille operationes ſunt maxime artificiales in quibus minimum operatur fortuna. hoc enim a fortuna fieri dicimus quod fit preter preuiſionem rationis in qua ars conſiſtit. Unde operationes ille quorum euentus multum ſubiacent fortune parum ſunt artificiales: ſicut eoruꝫ qui piſcantur hamo ⁊ aliorum huiuſmodi: ⁊ ecõtrario operationes quarum effectus parum ſubiacent fortune ſunt maxime artificiales ſicut fabrorum ⁊ aliorum artificium. Ille autem operationes ſunt maxime abiecte ⁊ viles quibus corpora maxime maculãtur: ſicut ſunt coquorum ⁊ eorum qui purgant plateas ⁊ alioruꝫ huiuſmodi. Ille autem operationes ſunt maxime ſeruiles ubi maior pars uſus eſt ex parte corporis ⁊ parum ex parte rationis: ſicut eorum qui deferunt onera ⁊ curſoruꝫ ⁊ huiuſmodi. Ille autem ſunt ignobiliſſime inter omnes ad quas requiritur minimum de virtute uel animi uel corporis: ſicut in aliquibus predictarum apparet. Deinde cum dicit.

¶ Cum ꝟo ſit a quibuſdam de his ſcriptũ: ut a Chariete Pario ⁊ ab Appollodoro Lemnio de cultu agrorum tam nudoruꝫ q̃ꝫ conſitorum.

¶ Proponit documenta utilia ad partes premiſſas pecuniatiue. Et primo docet huiuſmodi documenta cõſiderare ex ſcripturis. Secundo ex exemplis: ibi ⌊ Et ſimiliter ab alijs ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo ꝑmo ꝙ quia quidaꝫ ſapientes de premiſſis ſcripſerunt: ſicut quidam Charietes nomie Parius origine ⁊ Appollodorus Lemnius ſcripſerunt de cultura terre tam nude q̃ꝫ plantate: uelut ⁊ apud latinos Palladius: ⁊ ab alijs ſcriptũ eſt de alijs premiſſarum partium. Quicunqꝫ habet curam plenius cognoſcere conſideret ex eorum libris. Deinde cum dicit.

¶ Et ſimiliter ab alijs de alijs: ea quidem conſideret cui cura eſt: precepta etiaꝫ quedam a frugi patribuſfamilias dicta colligere oportet. hec enim omnia utilia ſunt his qui augere patrimonium curant.

¶ Proponit documentum de exemplis conſiderandũ: ⁊ primo proponit quod intendit. Secũdo ſubiungit exempla: ibi ⌊ Quale illud eſt Thalis ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo primo ꝙ non ſolum oportet conſiderare libros eorum qui artes de predictis partibus conſtruxerunt: ſed etiam ſi que dicuntur exempla diſperſa in diuerſis narrationibus per que aliqui acquiſiuerunt magnam pecuniam: oportet hoꝝ ꝯſiderare: hec eni erũt utilia his qui ĩtendũt acquirere pecunias. Deinde cum dicit.

¶ Quale eſt illud Thalis Mileſij attributum ſibi ꝓpter ſapiẽtiã: cui cum obijceret Philoſophie ſtudiũ q̃ſi inutile ⁊ ĩfructuoſuꝫ ꝓſperiſſe illũ ferunt per aſtrologiaꝫ oliuarũ ubertatẽ futurã. Cumqꝫ coegiſſet paurillũ pecuniarũ hyeme adhuc vigẽte emptionē olei feciſſe in Mileto ⁊ in Chio pro paruo admodum precio: utpote nemine plus offerente: arraſqꝫ dediſſe: cum itaqꝫ poſtea tempus ueniſſet multis ſubito querentibus uendidiſſe oleum quanti ipſe uoluit: ac magnā vim pecuniarum inde ſuperlucratū oſtendiſſe amicis perfacile eſſe philoſophis ditari ſi uellēt: ſed hoc non eſſe illis cure. Thales igitur in hunc modū dicit᷑ ſciētiā ſuā oſtendiſſe.

¶ Subiungit duo exempla quorum 1^{m} incipit ibi [In Sicilia ⁊c̄.] Circa p̄muꝫ duo facit: p̄mo proponit exēpluꝫ. Secundo oſtendit ad quid eſt utile: ibi [Eſt aūt ⁊c̄.] Scienduꝫ eſt ergo circa p̄mum ꝙ Thales Mileſius fuit vnus de ſeptem ſapientibus qui p̄mus incepit ſtudere in Ph̄ia naturali: alijs ſex ſapientibus circa res humanas occupatis: cuius factum habet q̄daꝫ conſiderationem utilem ad acquirenduꝫ pecunias: q̄uis aſcribat᷑ non ad cupiditatem pecunie ſed ad ſapientiam: poteſt tñ ex eius facto ſumi quoddaꝫ vniuerſale documentuꝫ acquirendi pecunias. Cum enim exprobraret᷑ ſibi ab aliq̄bus ꝙ pauper eēt ⁊ ꝙ ſua Ph̄ia eſſet ſibi inutilis conſiderauit per aſtrologiā: cuiꝰ erat peritus: ꝙ in futuro anno futura eſſet ubertas oliuarum preter conſuetudinem. Nam in precedenti anno etiam fuerat oliuaruꝫ ubertas: utplurimum aūt oliue deficiunt poſt ubertatem. Cum igitur adhuc in hieme eſſet abundantia oliuarum dedit cultoribꝰ oliuarum in duabus ciuitatibus .ſ. Mileto ⁊ in Chio paucas pecunias pro arra fructus futuri anni: qui parum credebantur excreſcere. Quando ergo uenit tempus oliuarum multis ſimul ⁊ ſubito querentibus emere oliuas taxauit p̄cium ſicut uoluit ⁊ ſic colligens multas pecunias oſtendit ꝙ Philoſophis facile eſt ditari ſi uolūt: ſed non eſt ſtudiū eorū ad hoc. ⁊ per hunc modū Thales oſtendit ſuaꝫ ſapientiā. Deinde cū dicit

¶ Eſt auteꝫ vniuerſalis hic querendi modus ſiquis poſſit ſibi ſoli uenditioneꝫ comparare. Quapropter ciuitates quedaꝫ in hunc moduꝫ faciunt cuꝫ indigent pecuniis: uenditioneꝫ eniꝫ ſibi ſolis reſeruant.

¶ Oſtendit ad quid eſt utile pecuniatiue huiuſmodi exēplum: ⁊ dicit ꝙ hoc eſt ualde utile ad acquirendum pecunias ſiquis poſſit preparare ⁊ ſingularem uenditionē: ut ſcilicet ipſe uendat res aliquas in ciuitate. Deinde cum dicit.

¶ In Sicilia quidaꝫ ferri quicquid erat ex ferrarijs emit: poſtea ꝟo mercatoribus illuc accedentibus uendebat ſolus: non magnuꝫ exceſſuꝫ precij faciens: ſed tñ ita ut pro quinquaginta talētis centuꝫ conficeret. Hoc itaqꝫ ſentiens Dyoniſius pecunias quideꝫ illi non abſtulit: ſed amplius Siracuſis morari uetuit: ut redditus reperiens ſuis rationibus inutiles.

¶ Ponit 2^{m} exempluꝫ: ⁊ p̄mo narrat factum, Secundo oſtendit ꝙ redit in idem cum p̄mo. Dicit ergo primo ꝙ cum quidam in Sicilia haberet pecuniam apud ſe reconditam: emit ſimul omne ferrum de mineris in quibus fodiebatur. Unde cuꝫ ueniſſent mercatores ipſe ſolus uendebat: non tñ faciebat magnum exceſſum precij ut expeditius uenderet: tñ lucratus eſt de quinquaginta talentis centum. Dionyſius autem tyrannꝰ Siracuſanorum ſentiens hunc ualde ditatum mandauit ei ꝙ ulterius non habitaret in Siracuſis: permittens tñ ei portare ſuas ſecū pecunias. Quod enim aliqui ciues multum ditentur reputant ſibi tyranni eſſe inconueniēs: ut infra dicet᷑. Deinde cū dicit.

¶ Iſte vidit aliquid tale quale Thales viderat: uterqꝫ eniꝫ ſibi ſoli uenditioneꝫ parauit: hoc eſt utile videre etiā in Rep. Nā ciuitates pecunijs indigent ⁊ huiuſmodi apparatu quēadmoduꝫ domus: ſed magis. Quamobreꝫ in Rep. quidaꝫ huic ſoli parti intendunt.

¶ Oſtendit ꝙ illud in idem redit cum p̄mo: quia ⁊ iſti Siculo ⁊ Thali philoſopho idem viſum fuit: ut ſcilicet exerceret monopoliam: ⁊ etiā utile eſt ꝙ politici cōſiderent: qꝛ multis ciuitatibus neceſſe eſt acquirere pecunias ſicut ⁊ domibus: ⁊ adhuc magis quanto ciuitas pluribus indiget. Et ideo quidam qui ſtudent circa regimina ciuitatum ad hoc p̄ncipaliter videntur intendere ut multiplicent pecuniam in erario publico.

q Uoniā ꝟo tres erant partes rei domeſtice. Una dominica: de qua ſupra diximus. alia paterna. tertia cōiugalis: naꝫ ⁊ uxori preeſt ⁊ filijs tanq̄ꝫ liberis quidem ambobus: ſed non eodem modo: ſed uxori quideꝫ ciuiliter: filijs aūt regie. Maſculus eniꝫ q̄ꝫ femina principalioꝛ eſt: niſi alicubi ꝯtra naturā ꝯſiſtit: ⁊ antiquius ⁊ ꝑfectuꝫ iuniore ⁊ īperfecto.

¶ Poſtq̄ꝫ philoſophus determinauit de coniugatione domini ⁊ ſerui: addito etiam naturali tractatu de poſſeſſione: hic determinat de alijs duabus coniugationibus domeſticis: q̄s ſupra poſuerat: ſcilicet viri ad uxorem ⁊ patris ad filiuꝫ. Et diuiditur in partes duas. In p̄ma determinat quedam de huiuſmodi coniugationibus. In ſecunda excuſat ſe a diligentiori horum conſideratione: ibi [De viri autem ⁊ mulieris ⁊c̄] Circa p̄mum duo facit. Primo determinat de p̄dictis coniugationibus: comparans eos alijs p̄ncipatibus. Secundo mouet quandam queſtionem communem de omnibus: ibi [Dubitatur autē ⁊c̄.] Circa primū tria facit. Primo ponit cōparationeꝫ predictarū cōiugationuꝫ ad alios principatus. Secundo cōparationē predictā manifeſtat: ibi [In Ciuilibꝰ igitur officijs ⁊c̄.] Tertio oſtendit ꝙ ſollicitudo iconomie maxime circa huiuſmodi coniugationes uerſat᷑: ibi [Manifeſtuꝫ auteꝫ ⁊c̄.] Dicit ergo primo ꝙ cum prius dictū ſit ꝙ tres ſint partes iconomice .i. gubernatiue domus: ſm̄ tres coniugationes predictas. De vna earū iam dictū eſt .ſ. de deſpotica que pertinet ad dominū ⁊ ſeruuꝫ: vnde reſtat dicendum de ſecūda que eſt paterna pertinēs ad patrem ⁊ filium: ⁊ de tertia que eſt Nuptialis pertinens ad virum ⁊ uxorem: de quibꝰ tria dicit. Primo quidem ꝙ in utraqꝫ haruꝫ coniugationuꝫ eſt quedam p̄latio ſiue principatus. Uir enim principatur mulieri ⁊ pater filijs: non quidem ſicut ſeruis: ſed ſicut liberis: in quo differunt hi duo p̄ncipatus a principatu deſpotico. Scd̄ꝫ eſt ꝙ hi duo p̄ncipatꝰ nō ſūt vniuſmodi ſed vir p̄ncipat᷑ mulieri politico p̄ncipatu .i. ſicut aliq̄s q eligitur in rectorē ciuitatis preeſt:ſed pater preeſt filijs regali p̄ncipatu:⁊ hoc ideo:quia pater habet plenariā poteſtatem ſuper filios:ſicut ⁊ rex in regno:ſed vir nō habet plenariam poteſtatem ſuper uxoreꝫ quātum ad omnia ſed ſm̄ ꝙ exigit lex matrimonij:ſicut ⁊ rectoꝛ ciuitatis habet poteſtatem ſuper ciues ſm̄ ſtatuta. Tertio autem manifeſtat hos duos p̄ncipatus eſſe ſm̄ naturam:quia ſemper quod eſt p̄ncipalius in natura p̄ncipatur:ut ſupꝛa habitum eſt. Sed maſculus eſt naturaliter p̄ncipalioꝛ femina:niſi aliqd accidat pꝛeter naturam:ſicut in hominibꝰ effeminatis. Et ſimiliter pater eſt naturaliter p̄ncipalioꝛ filio:ſicut antiquius iuniore:⁊ perfectū imperfecto. Ergo nāliter maſculus p̄ncipatᷣ femine ⁊ pater filijs. Deinde cum dicit.

¶ In ciuilibus igitur officijs pleruncꝫ cōmutatur is qui pꝛeeſt ⁊ is qui ſubeſt: nam equales eſſe uolunt ſꝫ naturaꝫ nec quicq̄ꝫ differre:attn̄ cuꝫ hic quideꝫ pꝛeeſt: ille ꝟo ſubeſt requirit differentia figuris ⁊ ſermonibus ⁊ honoribus: ut Amaſis inquit de pedum lotore. Enimuero maſculus ad feminaꝫ ſemper ita ſe habet.

¶ Manifeſtat comparationes predictas:⁊ p̄mo nuptialis p̄ncipatus ad politicum. Scd̄o paterni ad regaleꝫ ibi[Filiorum autem imperium ⁊c̄.] Oſtendit ergo primo comparationem quantum ad differentiam:qꝛ in ciuilibus principatibus tranſmutantur perſone p̄ncipantes ⁊ ſubiecte: qui enim ſunt in officio p̄ncipatus vno anno ſubditi ſunt alio. Et hoc ideo:Quia talem p̄ncipatum competit eſſe inter eos qui ſunt equales ſm̄ naturā ⁊ in nullo differunt naturaliter:ſed tm̄ tempore quo vnus p̄ncipatur ⁊ alij ſubijciuntur. Induſtria ꝟo humana adinuenit quandam differentiam ⁊ quantum ad figuram que cōſiſtit in exterioribus inſignijs:⁊ quantum ad ſermones:Quia aliter nominātur q̄ꝫ pꝛius ⁊ aliter eos homines alloquuntur. Et ſimiliter quantum ad honores:quia ſcilicet ciues quaſdam reuerentias exhibent ei qui eſt in p̄ncipatu quaꝫ ante non exhibebant:ſicut Amaſis poeta dixit de lotore pedum:ille enim qui eſt lotoꝛ pedum:ſi circumponerētur ſibi huiuſmodi inſignia ⁊ alia duo dona ſibi exhiberētur non videretur a pꝛincipe ciuitatis differre. Sic ergo patet ꝙ politicus p̄ncipatus permutatur de perſona in perſonā:ſed hoc non ꝯtingit in p̄ncipatu maris ad feminam. Non enim qui eſt mas poſtea fit femina:aut econuerſo:ſed ſemper manet eodem modo. Deinde cum dicit.

¶ Filioruꝫ auteꝫ īperiuꝫ eſt Regiuꝫ:quod eniꝫ genuit:quodcꝫ per amicitiaꝫ pꝛeeſt ⁊ per etateꝫ ideſt ideꝫ ꝙ ſpecies quedaꝫ Regij Imperij. Ideo bene Homerꝰ de Ioue inquit: Hominuꝫ pater atcꝫ deorum: ſic appellans omnium Regem. Natura eniꝫ excellere Regeꝫ opoꝛtet:genere auteꝫ eſſe eundeꝫ:quod accidit ſeniori ad iuniorē:⁊ parenti ad natuꝫ.

¶ Comparat p̄ncipatum paternum ad regalem ſm̄ ſimilitudinem:⁊ dicit ꝙ pꝛincipatus patris eſt regalis. In hoc enim pꝛincipatu duo attenduntur:ſcilicet ꝙ pater qui generat pꝛincipatur ſm̄ amorem. Naturaliter enim amat filios. Et iterum pꝛincipatur ſm̄ ſenectutem:quaſi habens quandam naturalem pꝛerogatiuam etatis ſupꝛa filios:⁊ quantum ad hoc eſt ſpecies:ideſt ſimilitudo p̄ncipatꝰ Regalis. Et inde eſt ꝙ Homerus appellauit Iouem:ideſt ſummū deuꝫ:patrem virorum ⁊ deorum:ideſt Regem omnium ⁊ hominuꝫ ⁊ ſuperiorum ſubſtantiarum:quas deos uocabant. Opoꝛtet eniꝫ ꝙ Rex qui perpetuo p̄ncipatᷣ ⁊ plenariam habet in omnibus poteſtatem:differat a ſubditis ſm̄ naturam in quadam magnitudine bonitatis ⁊ tm̄ ꝙ ſit genere identitas ad minus ſm̄ ſpeciem humanā:melius autem erit ⁊ ſi etiam vnitate gentis:⁊ hec eſt comparatio ſenioris ad iuniorem ⁊ generantis ad genitum:ꝙ ſcilicet habet naturalem pꝛerogatiuam perfectionis. Ideo autem opoꝛtet Regem naturaliter differre ab alijs. Niſi enim eſſet naturali quadam bonitate melioꝛ non eſſet iuſtum ꝙ ſemper dominaretur plenaria poteſtate ſibi equalibus:ut infra in tertio dicetur. Sic igitur naturalis differentia ſeparat pꝛincipatum Regalem a Politico qui eſt ad equale ſm̄ naturam. Amoꝛ autem ſeparat p̄ncipatum Regalem a Tyrannico:qui non pꝛincipatur pꝛopter amorem quem habet ad ſubditos:ſed pꝛopter commodum pꝛopꝛiuꝫ. Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtuꝫ autē ꝙ plus ſtudij domeſtice diſcipline eſt circa hoies: q̄ꝫ circa poſſeſſiones inanimatoruꝫ:⁊ circa horuꝫ virtutes q̄ꝫ circa virtutes poſſeſſionis:quas diuitias appellamus: ⁊ circa liberos magis q̄ꝫ circa ſeruos.

¶ Concludit ꝙ pꝛincipalis intentio iconomici eſt circa iſtas duas coniugationes p̄ncipalioꝛ q̄ꝫ circa alia. Magis enim intendit circa homines q̄ꝫ circa poſſeſſionem inanimatorum: ſicut tritici ⁊ vini ⁊ aliorum huiuſmodi:⁊ magis debet intendere ad virtutem per quam homines bene viuunt q̄ꝫ ad virtutem poſſeſſionis per quam poſſeſſio bene pꝛocuratur ⁊ multiplicatur:quod ſignatur nomine diuitiaruꝫ. Et ſimiliter etiam magis ſtudet ad virtutem liberorum q̄ꝫ ſeruorum. Et huiuſmodi ratio poteſt aſſignari:quia pꝛincipalis intentio cuiuſlibet eſt de fine. Res autem inanimate querunᷣ ꝓpter hoies ſicut ꝓpter finē ⁊ ſerui pꝛopter liberos ut eis miſtrent. Deinde cū dicit.

¶ Dubitatur auteꝫ utrum pꝛeter miniſteria ⁊ coꝛporalia opera ſit aliqua virtꝰ ſerui excellentioꝛ:puta: modeſtia:foꝛtitudo ⁊ iuſtitia ⁊ alij huiuſmodi habitus:uel nō ſit alia pꝛeter coꝛporalia miniſteria. Ambiguitatem ſane id habet:nam ſiue ſit aliqua excellentiores erunt ſerui q̄ꝫ liberi:ſiue non eſt aliqua cum ſint homies rationis participes abſurdum videbitur.

¶ Quia fecerat mentionem de virtute liberorum ⁊ ſeruorum mouet de hoc queſtionem:⁊ circa hoc tria facit. P̄mo mouet queſtioneꝫ. Scd̄o ſoluit eam:ibi[Cōſtat igitur ⁊c̄.] Tertio ex ſolutione mouet iterum aliam queſtionem:ibi[Dubitabit ꝟo ⁊c̄.] Circa p̄muꝫ duo facit. Primo mouet queſtioneꝫ circa dominuꝫ ⁊ ſeruuꝫ. Scd̄o circa alios pꝛincipatus:ibi[Eadem eſt fere ⁊c̄ . Dicit ergo pꝛimo ꝙ de ſeruis poteſt eſſe quedam dubitatio : manifeſtum eſt enim ꝙ ſeruus debet habere quandam virtutem oꝛganicam ⁊ miniſtratiuā per quā. ſ. ſciat ⁊ poſſit exequi mandatū dn̄i ⁊ ei ſeruire:ſicut ſupꝛa dictum eſt:ꝙ ſunt quedā ſeruiles ſciētie. Sed dubitatio eſt utruꝫ pꝛeter huiuſmodi virtutes ſit aliqua alia dignioꝛ virtus conueniens ſeruo:ſicut ſūt virtutes morales:ut temperantia:foꝛtitudo : iuſtitia: ⁊ alia huiuſmodi:uel nulla virtus competat ſeruo niſi que pertinet ad coꝛporalia ſeruitia: ⁊ dicit ꝙ ex utraqꝫ parte videtur eſſe dubitatio.quia ſi competit ſeruis habere huiuſmodi virtutes ſicut ⁊ liberis:in nullo videbuntur differre a liberis. Immo excellentio videresbuntur qui ⁊ ſeruorum ⁊ liberorum virtutibus polleant. Ex alia parte inconueniens videtur ſi cuꝫ ſint homines rōne cōmunicantes non habeant virtutes qbꝰ homines viuunt ſm̄ rōnem. Deinde cum dicit.

❡ Eadeꝫ eſt fere queſtio de muliere ⁊ puero:utrū ⁊ hoꝝ ſint v̾tutes ⁊ opoꝛteat mulierem eſſe modeſtaꝫ ⁊ foꝛteꝫ ⁊ iuſtam : ⁊ an puer ſit intēperans ⁊ modeſtus uel nō Et vniuerſaliter id querenduꝫ eſt de natura īperantis ⁊ parentis:utrū eadē virtus an alia. Si eni opoꝛtet utroſqꝫ participes eſſe virtutis : cur tandeꝫ alter īperare debet:alter parere? non eni ſm̄ magis ⁊ minus poſſunt differre:naꝫ īperare ⁊ parere ſpecie differunt ⁊ non ſꝫ magis ⁊ minus: Sin ꝟo aliuꝫ opoꝛtet aliuꝫ non admirabile eſt : naꝫ ſi īperans non erit tēperatus ⁊ iuſtus quomodo bene īperabit? Sin is cui īperatur quomodo bene parebit? Intēperatꝰ enim ⁊ timidus nihil faciet ut opꝫ.

❡ Mouet eādem qōnem in alijs p̄ncipatibus ⁊ dicit ꝙ idem quod queriť de ſeruo pōt etiam queri de muliere ⁊ puero: Utrum ſcilicet opoꝛtet eſſe mulierem temperatam ⁊ foꝛtem ⁊ iuſtam: ⁊ ſimiliter pueruꝫ uel nō. Et hec etiaꝫ queſtio poteſt moueri naturaliter in omni p̄ncipatu:utrum ſcilicet ſit eadē v̾tus p̄ncipantis ⁊ ſubiecti uel non. ⁊ obijcit ad utranqꝫ parteꝫ: qꝛ ſi opoꝛtet ⁊ p̄ncipantem ⁊ ſubiectum participare bonitate v̾tutis: nā nulla rō erit ꝙ vnus debeat ſubijci ⁊ alius p̄ncipari ſemper:ideſt per totam vitam ſuam. Secus autem eſſet ſi ſucceſſiue ſubiacerenť ⁊ p̄nciparētur:ſicut accidit in Politico p̄ncipatu. Nec poteſt dici ꝙ v̾tus p̄ncipantis ⁊ ſubiecti differant ſm̄ magis ⁊ minus. Magis enim ⁊ minus non uariāt ſpeciem : ſed p̄ncipari ⁊ ſubijci differunt ſpecie. Unde nō videť ſufficere ad differentiam p̄ncipantis ⁊ ſubiecti ꝙ vnus habeat plus de virtute q̄ꝫ alius. Ex alia parte ſi dicatur ꝙ opoꝛtet vnum habere v̾tutem nō autem alium:ſequiť etiam inconueniens: Quia ille qui p̄ncipať non erit ſobꝛius ⁊ iuſtus nō poterit bene p̄ncipari. Si ꝟo ſubiectus non habeat has v̾tutes nō poterit bene ſubijci: quia ꝓpter intemperantiaꝫ uel timorem frequēter omittet facere ea que opꝫ ⁊ ſic nō bene ſubijcereť. Deinde cū dicit.

❡ Conſtat igitur opoꝛtere utroſqꝫ habere v̾tutem ſed in ipſa v̾tute eſſe differentiaꝫ: quemadmoduꝫ in his qui natura obediunt. Id aperte in animo īſpicitur : eſt eniꝫ in animo quod natura īperat ⁊ qȯ paret: quoruꝫ diuerſaꝫ cenſemus eſſe v̾tutem: ut rationē habentis ⁊ irrationalis. Patet eodeꝫ modo ſe habere in alijs. Itaqꝫ pleraqꝫ ſunt natura īperantia ⁊ parētia : alio eniꝫ modo liber p̄eſt ſeruo: ⁊ maſculus femine: ⁊ vir puero: ⁊ omnibus inſunt partes anime ſeđ differunt. Seruus eniꝫ omnino non habet deliberandi arbitriuꝫ: mulier ꝟo habet quidem ſed inualiduꝫ: puer autē habet ſed īperfectuꝫ. Eodeꝫ modo ſe habere neceſſe eſt circa morales v̾tutes putanduꝫ eſt oēs participes eſſe opoꝛtere: ſed non eodeꝫ modo: ſed quantū cuiqꝫ opus eſt. Ex quo fit ut is qui īperat perfectā virtuteꝫ habere debeat moraleꝫ: nā eius opus eſt ſimpliciter pꝛecipientis : ratio auteꝫ pꝛecipit atqꝫ pꝛeſidet: alioruꝫ ꝟo vnuſquiſqꝫ quantū ſibi cōpetit. Quare patet virtutē moralē eſſe omniū ſupꝛadictoruꝫ: nec eadem modeſtia mulieris ⁊ viri: neqꝫ foꝛtitudo: neqꝫ iuſtitia ut Socrates putabat: ſed illa quidē iubēs foꝛtitudo hec ꝟo obediēs. eodē modo ⁊ in alijs.

❡ Soluit ꝓpoſitam dubitationē: ⁊ p̄mo ꝓponit ſolutionem in generali. Scđo in ſpeciali: ibi[Palam aūt id magis ⁊c̄.]Cōcludit aūt p̄mo ex rōnibus inductis ad vnam partem ꝙ neceſſe eſt ꝙ tam p̄ncipans q̄ꝫ ſubiectus ꝑticipent v̾tute: aliter eniꝫ neqꝫ vnus bene p̄ncipararetur: neqꝫ alius bene ſubijcereť: Sed eſt quedam dr̄ia v̾tutis utriuſqꝫ. Et hoc manifeſtat per ea que ſubijciuntur alijs naturalr̄ ⁊ ponit exemplum in ꝑtibus anime cuius vna pars naturaliter ſubijcitur. ſ. pars irrationalis: ut iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis. Ponimus autem utriuſqꝫ partis eſſe aliquam virtutem ſed differentem nam v̾tus rōnalis partis eſt pꝛudentia: ſed virtus irrationalis partis eſt tēperantia ⁊ foꝛtitudo ⁊ alie hꝰ¹ virtutes. Vñ manifeſtum eſt ꝙ eodem mō ſe habet etiam in alijs que p̄ncipanť ⁊ ſubijciuntur ſm̄ naturam. Et quia natura diuerſificatur in diuerſis: ideo ſm̄ naturā ſunt diuerſa que p̄ncipantur ⁊ ſubijciuntur. Alio eniꝫ modo homo liber p̄ncipatur ſuo ſeruo: ⁊ maſculus femine: ⁊ vir puero: ut etiam ſupꝛa habitum eſt. Omnibus autē alijs inſunt partes anime que dicte ſunt. Unde ⁊ v̾tutes earum oībus pꝛemiſſis inſunt: ſed differenter. Et hoc p̄mo manifeſtat quātum ad partem rationalem ad quam pertinet conſiliari. Seruus enim inquantum eſt ſeruus non habet conſilium de ſuis actibus. Cuius ratio eſt : qꝛ cōſiliamur de his que ſunt in poteſtate noſtra. ſeruus autem non habet actus ſuos in poteſtate ſua ſed ſunt actus eius in poteſtate domini. Unde ſeruus non habet liberam poteſtatem conſiliandi: ſed femina cum ſit libera habet poteſtatem conſiliandi: ſed cōſilium eius eſt inualidum. Cuius ratio eſt quia pꝛopter molliciem nature ratio eius infirmiter inheret conſiliatis : ſed cito ab eis remouetur pꝛopter paſſiones aliquas: puta concupiſcentie uel ire uel amoris uel alicuius huiuſmodi. Pueri autem habent conſilium ſed imperfectum: Cuius ratio eſt: quia non habet perfectum uſum rationis ut poſſit ſingula diſcutere que ſunt in conſilijs attendēda. Et ſic diuerſimode ſe habent ad id quod eſt rationis. Similiter etiam conſiderandum eſt ⁊ circa morales virtutes. omnes enim participant ipſas: ſed non eodeꝫ modo: vnuſquiſqꝫ enim ea participat quantum eſt neceſſarium ad pꝛopꝛium opus. Unde ille qui pꝛincipatur ſiue ciuitati: ſiue ſeruis: ſiue mulieri: ſiue filijs: opꝫ ꝙ habeat perfectam virtutem moralem: qꝛ opus eius eſt ſimpliciter opus architectoris: ideſt p̄ncipalis artificis. Sicut eni p̄ncipalis artifex dirigit ⁊ imperat miniſtris artis qui manu operant̄:ita p̄nceps dirigit ſuos ſubiectos.Et ideo habet officium rōnis qđ ſe habet ſilr̄ ut p̄ncipalis artifex ad inferiores partes anime. Et ita oportet ꝙ ille qui p̄ncipat̄ habeat rōnem perfectam: Sed vnuſquiſqꝫ aliorum qui ſubijciuntur tantuȝ habet de ratione ⁊ de virtute quantum ille qui principatur immittit ipſis:ideſt tantum ꝙ oportet quod habeant ꝙ ſufficiant ſequi directionem principātis implendo mandata ipſius.Et ſic patet ꝙ oīum predictorum eſt aliqua moralis v̄tuſ.ſ.ut temperātia fortitudo ⁊ iuſtitia.Nō tn̄ eadem eſt viri ⁊ mulieris ⁊ aliorum ſubiectorum:ſicut putauit Socrates:Sed fortitudo viri eſt ad p̄ncipādum:ut ſcilicet ꝓpter nullū timorem p̄termittat ordinare q̄d faciénduȝ ſit.Sed in muliere ⁊ in quolibet ſubdito oportet ꝙ ſit fortitudo ſubminiſtratiua: ut.ſ. ꝓpter timorē nō p̄termittat facere ꝓprium miſterium. Sic etiaȝ differt fortitudo in duce exercitꝰ ⁊ in milite. Et ſicut dictum eſt de fortitudine ita dicēdum eſt de oībus alijs v̄tutibus que in p̄ncipāte q̄dem ſunt p̄ncipatiue:in ſubiectis autem miſtratiue. Et per hoc patet ꝙ nō differunt ſolum ſm̄ magis ⁊ minꝰ horum virtutes: ſed aliq̄liter ſm̄ rōnem. Deīde cum dicit.

¶ Patet autem id magis particulariter conſiderātibus:nam qui vniuerſaliter dicūt ꝙ bene ſe habere animum virtus eſt: ⁊ recte agere:aut aliquid tale:ſeipſos decipiunt.Multo eni melius dicunt qui enumerant ꝟtutes queādmoduȝ Gorgias: Ꝗꝫ qui ita diffiniunt.Quapropter oportet ſicut Poeta de muliere dixit:ita cenſere in omnibus.Mulieri decus affert taciturnitas:ſed nō item viro.Cum ꝟo puer ſit imperfectus patet ꝙ ⁊ huius virtus non ipſius ad ſeipſum eſt:ſed ad perfectum ⁊ ducem ſimiliter ⁊ ſerui ad dominū.Poſuimus autem ſeruuȝ eſſe utilem ad neceſſaria:itaqꝫ patet ipſuȝ virtute īdigere ꝑua ⁊ tanta ut neqꝫ propter intēperātiā:neqꝫ ꝓpter timiditateȝ in operibus deficiat.

¶ Manifeſtat qđ dixerat magis in ꝑticulari:⁊ dicit ꝙ hoc qđ dictū eſt magis erit manifeſtum his qui uolūt conſiderare magis in ꝑticulari:quia illi qui de actibus humanis uolunt dicere in vniuerſali tm̄ decipiunt ſeipſos:quia nō poſſunt plene peruenire ad ueritatem:ſicut ſi aliquis eſſet cōtētus ut ſciret ꝙ v̄tus eſt per quā anima bene ſe habet:aut per quam homo iuſte operat̄ uel aliq̄d aliud talium:⁊ nihil plus uellet ſcire de v̄tute deciperet ſeipſum imperfectam ⁊ iutilem habens ſcientiam de v̄tute. Multo enim melius dicunt illi qui enumerant v̄tutes in ſpeciali: ſicut Gorgias fecit:Ꝗꝫ illi qui dicunt ſolum in genere alicuius.Ratio eſt:qꝛ actus ſunt circa ſingularia:vnde ea que ad actus pertinent in ꝑticulari ſunt cōſideranda.Et iđ ſicut quidam poeta dixit de muliere q̄ddam particulariter ad eiꝰ virtutem pertinēs:ita etiam eſt exiſtimandū in omnibus. Ad mulieris eniȝ ornatum uel honeſtatem ꝑtinet ꝙ ſit tacita:hoc enim ex uerecundia ꝓuenit que mulieribus debetur.Sed hoc ad ornatum viri nō pertinet:ſed magis ꝙ ſicut decet loquat̄.Unde ⁊ Apl̄s monet ꝙ mulieres in eccleſijs taceant:⁊ ſiq̄d dicere uolunt domi viros ſuos īterrogent.Sed qꝛ puer eſt imperfectus virtꝰ eius non eſt ad ſeipſum:ideſt ut ſm̄ ſuū ſenſum regat̄: ſed ut diſponat̄ ſm̄ ꝙ eſt cōueniens ad finem debitum ⁊ ad obediēdum ductori.ſ.pedagogo.Unde in Eccleſiaſtico Sapiens dicit:Non des filio tuo ꝑtātem in iuuētute ⁊ ne deſpicias cogitatus illius.Silr̄ etiaȝ v̄tus ſerui eſt in ordine ad dn̄m.Dictuȝ eſt enim ſupra ꝙ ſeruus eſt utilis ad neceſſaria vite.vnde indiget q̄dem virtute ſed parua ⁊ tanta ut nō deficiat ab his que debet oꝑari ꝓpter itēperātiā ꝯcupiſcētie uel pp̄ timiditateȝ.

D Ubitabit ꝟo aliq̄s ſi uerum eſt qđ nunc diximus:utruȝ artifices oportet habere ꝟtutem:nā ſepe ꝓpter intemperantiaȝ deficiunt in operibꝰ.

¶ Soluta precedenti dubitatione hic mouet quandam aliam dubitationem que ex p̄miſſa ſolutione oritur: ⁊ circa hoc tria facit.Primo mouet dubitationē.Secūdo ſoluit eā ibi [Uel hoc longe differt ⁊c̄.] Tertio īducit quoddam correlarium ex ſolutione poſita: ibi [Patet ergo ⁊c̄.] Eſt ergo dubitatio de hoc quod ſupra dictum eſt ꝙ oportet ſeruuȝ habere quandam v̄tutem:ne ꝓpter itemperantiā aut timorē deficiat ab opibus:pari rōne videbit̄ ꝙ artifices ad hoc ꝙ ſint boni artifices oporteat hēre aliquā v̄tutem:cū multotiens contingat ꝙ ꝓpter itemperantiam uel alia vitia defectum faciant in ſuis operibus:utputa negligēter agētes dum alijs itendunt. Deinde cum dicit.

¶ Uel hoc longe differt.Naȝ ſeruus q̄deȝ adheret nobis cōmuniōe vite:ille autē remotior eſt:⁊ tātū ſibi cōpetit ꝟtutis quantuȝ ſeruitutis.Uilis enim artifex īdeterminataȝ quandaȝ habet ſeruitutem.Et ſeruus eſt ſm̄ naturam:ſed nemo ſutor aut alius opifex.

¶ Soluit ꝓpoſitam dubitationem ⁊ dicit ꝙ magna differentia eſt inter ſeruum ⁊ artificem ⁊ hoc ꝓbat per duas rationes:quarum p̄ma uſt:Quia ſeruus in aliquo eſt particeps vite:ideſt cōuerſationis humane inquātum eſt ſeruus.Dictū eſt enim ſupra ꝙ ſeruus eſt iſtrumentum in his que ꝑtinent ad actionem:ideſt ad ꝯuerſationem hominum. Et ideo cum virtutes morales perficiant hominem in cōuerſatione humana oportet ꝙ ſeruus ad hoc ꝙ ſit bonus participet aliquid de virtute morali.Sed artifex remotius ſe habet a conuerſatione humana.Non enim operatio artificis inquantum huiuſmodi eſt circa agibilia conuerſationis humane:ſed circa aliqua artificia que dicūtur factibilia. Unde aliquis dicitur bonus artifex: utputa: bonus faber non ex hoc ꝙ bonus ſit:ſed quia poteſt facere bonos cultellos:etiam ſi male utatur uel negligenter ſua arte.Sed tn̄ itātū immittit de virtute in ſua operatione inquantum exhibet de ſeruitute ad conuerſationeȝ humanam: ſicut videmus ꝙ aliqui artifices.i.mercēnarij:utputa coqui habent quādam determinatam ſeruitutem:dum deputant̄ ad quedam ſpecialia miniſteria ⁊ ſeruiunt:⁊ ſm̄ hoc indigent v̄tute morali ad hoc ꝙ ſint boni in miniſterio. Scđam rationem ponit ibi [Et ſeruus eſt ſm̄ naturam ⁊c̄.] Quia ſeruus eſt de his que ſunt a natura.Probatum eſt enim ſupra ꝙ aliqui ſunt naturaliter ſerui:Sed nullus eſt coriariꝰ uel ullius artis artifex a natura: ſed omnes artes ſunt ad inuente per rationem. Uirtus autem ad ea ſe habet que ſunt nobis a natura.Habemus enim naturalem quandam īclinationem ad virtutem:ut dictum eſt in ſcđo Eth̄.Unde patet ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ſit bonus ſeruus indiget virtute morali:non autem ad hoc ꝙ ſit bonus artifex. Deinde cum dicit.

Patet ergo ꝙ huius quidē virtutis cauſam eſſe oportet dominum ſeruo: nō eniʒ qui doctrinā habet in operib⁹ dominicaʒ. Quapropter non bene dicunt qui ſeruos ſpoliant ratiōe: dicentes precepto uti duntaxat: ammonendi ſunt eniʒ magis ſerui q̄ pueri. Et de his in hunc modum determinatum ſit.

Infert qꝺdam correlarium ex dictis. Dictum eſt eniʒ ꝙ ſeruus idiget virtute. Oportet autem ꝙ homo qui habet inclinationem ad virtutem conſequatur virtutem ſtudio alicuius gubernātis: ſicut ciues debent fieri virtuoſi per Legiſlatoreʒ: ut dicitur in ſecūdo ethi. Unde manifeſtum eſt ꝙ huiuſmodi virtutis quam ſeruus debet habere ad hoc ꝙ ſit bonus: dominus ei⁹ debet ei eſſe cauſa inſtruendo eum qualiter agere debeat: ⁊ puniendo ſi male facit: ⁊ remunerando ſi bene. Sed non eſt dicendum ꝙ ad dominuʒ pertineat ꝙ habeat dominalem quandam ſcientiam que doceat opera ſeruilia ipſum ſeruum: puta ꝙ doceat ipm coquinare uel aliqua huiuſmodi facere: ſed debet euʒ docere quomodo ſit temperatus ⁊ humilis ⁊ patiens ⁊ alia huiuſmodi. Unde non dicunt bene qui dicunt ꝙ non eſt ratione utendum ad ſeruos ſed ſolo precepto. Magis eniʒ debemus ſeruos monere ad virtutem q̄ filios pueros: quia nondum ſunt ita capaces monitionis. Et de his quidem ſic determinatum ſit. Deinde cum dicit.

De viri autem ⁊ mulieris filiorumqꝫ ⁊ patris virtute ⁊ conuerſatione ad inuiceʒ quid recte uel contra: ⁊ quomodo oportet hoc quidem facere ab illo autem abſtinere; in his que de Rep. neceſſe eſt ītueri.

Excuſat ſe a diligentiori determinatione de duabus alijs coniugationibus: ⁊ circa hoc tria facit. Primo ponit excuſationē. Secundo aſſignat rationem dictorum ibi[Nam cum omnis ⁊c̃.] Tertio cōtinuat predicta dicēdis ibi[Quare cum de ⁊c̃.] Dicit ergo primo ꝙ in his que dicenda ſunt de ciuitatibus neceſſarium eſt tractare de virtute mulieris ⁊ viri: ⁊ patris ⁊ filiorum: ⁊ collocutione uel conuerſatione eorum adinuicem: quid in hoc ſit bene ⁊ quomodo illud quod eſt bonum ſit procurandum ⁊ illud quod ſit malum ſit uitandum: ⁊ ita ad preſens anteq̄ de politicis dicamus determinari hic non poſſunt. Deinde cum dicit.

Nā cū omnis domus ſit ciuitatis pars illi autem domus: partis autē virtus ad totuʒ reſpicere debeat: neceſſariū eſt reſpicientes ad Remp. filios uxoreſqꝫ inſtituere. Siquidē refert ad rectā inſtitutionem Reip. pueros ⁊ mulieres eſſe bene inſtitutos. Enimuero referat neceſſariū eſt: naʒ mulieres media pars ſunt hominū liberorum: ex pueris autem ſumuntur qui Remp. gubernant.

Aſſignat duas rōnes q̄re p̄dicta oporteat determīari circa politias: q̄ruʒ p̄ma eſt. Quia diſpoſitionē partis oportet cōſiderare in comparatiōe ad totum: ſicut diſpoſitionem fundamenti in cōparatione ad domum. Sed dom⁹ eſt pars ciuitatis ad quam p̄mo pertinent iſte due ꝯiugationes. ſ. patris ⁊ filij: viri ⁊ uxoris. Uñ ſ̄m cōparationem ad politiam oportet cōſiderare qualiter ſint erudiendi pueri ⁊ uxores. Scd̄am rōnē ponit ibi:[Siqdem refert ⁊c̃.] Ea enim quorum diſpō facit differētiam circa bonitatem ciuitatis ſunt conſiderāda in politijs. Sed huiuſmodi ſunt iſtructiōes puerorum ⁊ mulierum quō uterqꝫ ſint boni: qꝛ mulieres ſunt media pars hominum liberorum qui ſunt in ciuitate. Ex pueris autem creſcunt viri quos oportet eſſe diſpēſatores ciuitatis. Ergo in politijs determinādū eſt de iſtructione filiorū ⁊ uxoruʒ. Deinde cū dicit.

Quare cuʒ de ſeruis determinatū ſit: de reliquis autē in alijs ſit dicēdum omiſſis propoſitis tanq̄ finē habētibus alio ſum pro principio illa diſcutiamus que tradita ſunt de optimo Ciuitatis ſtatu.

Continuat dicta dicēdis ⁊ dicit ꝙ qꝛ determinatū eſt de ſeruis: de reliquis autem dicendum eſt in alijs: id eſt ſequētibus que ad politias pertinent: debemus ad preſens dimittere iſtos ſermones ꝑtinentes ad diſpenſationem domus tanq̄ iam conſumationem habentes ⁊ faciemus aliud p̄ncipium conſiderando ea que dicta ſunt ab alijs de optima politia. Et ſic terminat̃ primus liber.

Finis p̄mi libri Politicorum Ariſtotelis.

Excellentiſſimi Theologie ꝓfeſſoris Magiſtri Ludouici Ualentie Procuratoris Ordinis Predicatorum: ad Reuerendiſſimū in Chriſto patrem ⁊ dominū dominū. F. Cardinalem Seneñ. Epitoma per concluſiones p̄mi libri Polit. Ariſtotelis.

Omnem ciuitatem alicuius boni gratia inſtitutam: cum omnis ſocietas ab aliquo conſtitura ſit: agēs v̄o quodcūqꝫ alicuius boni aut ueri aut extimati cā agat.

Ciuitas autem que omnes complectitur cōmunitates optima eſt atqꝫ optimi iō p̄cipuiqꝫ boni gratia eſt.

Primam ſocietatem maris eſſe ⁊ femine coniugationem: que ⁊ cōmunis rebus rōne carentibus eſt: ⁊ qua ſine humanū genus nō pōt eſſe.

Aliam deinde ſocietatem eſſe domini ⁊ ſerui que a natura eſt ꝓpter ſalutem: ut qui videlicet mente imbecilles ſunt a ſapientibus eis obſequendo regantur: ⁊ qui inualidi corpore animo v̄o robuſti ſapienter res diſpoſitas per ſubiectos exequantur.

Societas autem maris ⁊ femine ab ea que eſt ſerui ⁊ domini diſtat: ſiquidem femina generationi apta eſſe debet ac natura imbecillis: Seruus v̄o ad labores idoneus. Propterea reprehēdenda eſt barbara ꝯſuetudo que femina pro ſerua utit̃ ⁊ econtra.

Domus p̄ma cōſtituitur ex duabus ſocietatibus: maris. ſ. ⁊ femine: ſerui ⁊ domini: cum vna ad generationem fit: alia v̄o ad ſaluteʒ. Illa v̄o communicatio que patris ⁊ filij dicit̃ ex p̄ma oritur.

Societas ⁊ cōmunicatio domeſtica eſt in act⁹ quotidianos: ut ueſci. calefieri ⁊ alia huiuſmodi.

De Cōmunitate Uici.

Cōmunitas vici ex plībus domib⁹ conſtat nō in actus domeſticos ſꝫ ext̃neos: ut mercari ac pugnare deſtinata

Huiuſmodi ſocietas vici a natura ꝓficiſcit̃ cū ex ꝓpagatione filiorum que maxime naturalis eſt pluralitas vicinarum domorum procedat ex qua deinde multitudine vicus habetur.

De Cōmunitate Ciuitatis.

Ciuitas ex pluribus vicis conſtat ⁊ eſt perfecta communitas que omnia contineat que ad vitaʒ humanaʒ ſunt neceſſaria ⁊ qua ꝓuenit non ſoluꝫ viuere ſed etiã bene viuere: cum vitam hominum per leges ad virtutem ordinet.

¶ Societas ciuilis eſt naturalis: ex naturalibus eniꝫ cõmunitatibus: domeſtica. ſ. ⁊ coniuicanea propagatur ⁊ earum finis eſt cum optimuꝫ quoddam ſit in omni cõmunitatum genere: dignum autem eſt finem reruꝫ naturalium ⁊ ex naturalibus conſtitutum rebus eſſe qd naturale.

¶ Homo eſt animal naturaliter ciuile: ciuitas enim naturalis eſt que non niſi hoium congregatio eſt. Quid enim natura ſermonem homini ꝯceſſiſſet? Siquis v̊o ſolitarius eſt propter naturam aut neq̃ꝫ eſt aut potior q̃ꝫ homo.

¶ Ciuitas eſt prior q̃ꝫ domus ⁊ hoc natura ⁊ perfectione: pars nãqꝫ materialis eſt natura toto poſterior cum nõ niſi ⁊ totius formam ſuam habeat ⁊ ſpeciem ⁊ operationem: ſicut pes humanus ex forma humana. Eodẽqꝫ modo nec homo ſufficientem habet fruitionem niſi pars ſit ciuitatis ⁊ in ciuitate viuat.

¶ Hominibus ineſt naturalis impetuſ ad ciuilem ſocietatem ſicut ad virtutes: cum per ciuilem ordinem homo ad iuſtitiam reducatur ⁊ ad optimam vite frugeꝫ.

¶ Poſſeſſiua pars eſt iconomice: domus enim conſtare non poteſt abſqꝫ neceſſarijs ad vitam humanam que per poſſeſſiuam habentur.

¶ Res v̊o poſſeſſe iſtrumenta ſunt gubernatoris domuſ quaruꝫ quedam ſunt inanimata ſicut lectꝰ ueſtis. quedam aiata: ut ſeruus qui iſtrumentuꝫ eſt ſup inſtrumẽta ea mouẽs ad ꝑficiẽduꝫ imperium domini inanimatis nõ agnitum. Que etiam inſtrumentorum differentia in artibꝰ inuenit: ſed tantum diſtat ꝙ inſtrumenta artiũ factiua ſunt: artis enim finis eſt facere: arte nãqꝫ preter opationem aliquid conficitur: domus v̊o ⁊ gubernatoris eius inſtrumẽta actiua ſunt: nihil enim ex his preter uſuꝫ haberi poteſt. Unde ⁊ domeſtice diſcipline finis eſt actio.

¶ Seruus eſt poſſeſſio domini ⁊ res etiam domini ueluti ⁊ de ceteris poſſeſſionibꝰ ſolemus dicere que ad poſſeſſionem ea conferuntur habitudine qua pars ad totum: que non modo pars dicitur ſed ⁊ res totiuſ ſicut manus hominis.

¶ Patet ex dictis hanc eſſe aptam ſerui diffinitionem: Seruus eſt organom animatum actiuum ſepatum alterius homo exiſtens. Organum qdem genus eius exprimit. Animatuꝫ v̊o ab inanimatis organis ſeparat. Sed actiuum ab animatis organis artis. Separatuꝫ auteꝫ diuidit ab animatis actiuis ⁊ que ſunt partes ipſius animalis. Alterius exiſtens: a libero qui quandoqꝫ miniſter eſt in domo. Homo exiſtens: a iumẽtis diſiungit que ⁊ animata ⁊ actiua ⁊ ſepata ⁊ alteriꝰ ſunt.

¶ Seruitus eſt naturalis ⁊ expediens: in omni eniꝫ multitudine ex multis conſtituta naturale eſt quoddã imperare: quoddam parere: ⁊ illud etiaꝫ expedit ut patet maxime in animalibus in quibuſ anima p̄dominatur corpori: ⁊ ratio appetitui: niſi aliquid preter naturam accidat. Homo etiam ceteris animalibꝰ p̄eſt: ⁊ id ꝯducit ad ſaluteꝫ eorum: ⁊ quibꝰ hoc magis accidit ut mãſuetis meliora ſunt. Maſculus quoqꝫ naturaliter femine p̄ncipat: ⁊ id ei expediens eſt. in multitudine ergo hominũ ⁊ naturale eſt ⁊ conducens ut quidam dominetur ⁊ quidam ſeruiant.

¶ Hi debent eſſe naturaliter ſerui qui tantum diſtant a ceteris/ quos dignũ eſt dominari/ natura/ quãtum corpus ab anima: ⁊ beſtia ab homine. Hi ſunt qui imbecilles mente ⁊ robuſti corpore: quibꝰ certe expedit regi: ⁊ qui ad exequenda iuſſa apti ſunt. Unde ⁊ natura differẽtiam poſuit inter liberorum corpora ⁊ ſeruorũ ut illorum molle ſit contemplationi idoneum: horum v̊o ſolidũ exercitationi corporee cõmodum: niſi forte aduerſum nature aliqd contingat. Et ſi magna differentia in corporis elegantia coniecturã facit dignum hos pre illis ſubijci: iuſtius eſt differentiam animaruꝫ ex hoc promereri.

¶ Iumenta ⁊ ſerui nõ vno modo ſubſunt: qꝛ ſeruus conſilio p̄cepto obtemperat: iumentum v̊o paſſione adducitur: modicum tamen plus utilitatis ſeruus affert iumento.

¶ Seruitus quedam legalis eſt: qua bello capti ſerui efficiuntur victorum. Et hec quodãmodo iuſta eſt non ſimpliciter: partim qꝛ bellum contingit plerũqꝫ iniuſtum eſſe: partim quia contingit ſapientes ab inſipientibus ſuperari. quodam tamen modo iuſta eſt: ⁊ ad cõmoditatem humanã: inquantum ſic victi ſeruantur ut ſeruiant: accenduntur hoc premio homines ad fortiter pugnandum: tum quia coniectura ſit victorem virtute aliqua excellere.

¶ Inter ſeruos naturali ſeruitute ⁊ dominos amicitia eſſe poteſt: cõmunicant enim in his que utriſqꝫ conducunt. Sed iter ſeruos qui lege ac violentia ſubſunt eorũqꝫ dominos non poteſt eſſe amicitia cum non communicent in expedientibus cuilibet: ⁊ ſi enim eos ſeruari expediat: non tamen ſeruire.

¶ Dominatiua ⁊ a Politica ⁊ ab Iconomica differt. A politica quidem ꝙ illa ſit liberoruꝫ hec v̊o ſeruoꝝ. Ab Iconomica ꝙ illa ſit omniuꝫ qui in domo exiſtũt: hec ſeruorũ tm̃. Politica quoqꝫ ⁊ Iconomica diſtãt: ꝙ iconomica vnius principatus ſit ſi perſiſtere poſſit. Politica v̊o multorum.

¶ Dominatiua ſcientia minime eſt: Dominus enim nõ a ſcientia: ſed a naturali dominandi aptitudine dicit. Huic tamen quedam ſcientia utendi ſeruis adiungit que non multi precij ſit: cum facile ſit precipere: vnde ⁊ neglecta alteri cõmittit. Et ſcientia acquirendi eidẽ cõnexa eſt: ars. ſ. militaris ⁊ uenatiua: hac enim homines: illa iumenta ſeruire compellimus.

¶ Poſſeſſiua iconomica non eſt nec pars eius: cum iconomice ſit uti rebus poſſeſſis: poſſeſſiue acqrere. Subminiſtrat v̊o ei ſicut prebens inſtrumentum quo operatur: quẽadmodum frenofactoria equeſtri.

¶ Poſſeſſiua que cibum acquirit quedaꝫ paſtoralis eſt: quedam agricultiua: quedam furtiua: quedaꝫ uenatoria: quedam piſcatiua. Et naturalis eſt: acquirit enim cibuꝫ qui nobis a natura preparatur: Sic etiam in p̄ncipio genitis aut lac: aut qđ in ouo ſuperfluum eſt natura miniſtrat. Predatiua tamen naturalis eſt ſi ⁊ beſtias ⁊ barbaros quos a natura dignum eſt ſeruire ſeruos eſſe faciat.

¶ Differentia ciborum differentiam infert animalium ac etiam in humana conuerſatione. Bruta enim que ex carnibus aliorum ueſcunt ſolitudine gaudent: que herbis ac fructibus gregatim viuunt: ⁊ ſic in hominibus euenit ut qui abſqꝫ labore victum querunt paſtores ſint ⁊ alij alio modo ſe habeant.

¶ Poſſeſſiua que cibum acquirit finita eſt. Eſt enim inſtrumentum iconomice. inſtrumenta v̊o ⁊ multitudine ⁊ magnitudine finita ſunt.

¶ Que pecuniam acquirit naturali poſſeſſiue nõ eſt eadem: cum poſſeſſiua natura inſtituta ſit. Que v̊o pecuniam acquirit experimento ac induſtria cõparata.

¶ Duplici rerum uſu exiſtente proprio: cuius. ſ. gr̃a res effecta eſt: ut eſt calcei calceare. Altero neceſſitatis gratia ut eſt cõmutatio rei ut per eaꝫ his traditis qbꝰ abũdamus ea quibus egemus contra nobis tribuant: cõmutatio certe rei ad nature cõmoditatem inuenta eſt: qꝛ in his uerſatur que nature ſubueniunt. Hinc eſt ꝙ Nũmulatoria nõ eſt a natura que pecunias cõmutat quibus natura nõ ſuſtentatur.

¶ Sed cum interdum cōmutatio in diſtantibus multū locis ſit facienda ad que graue ſatis ⁊ difficile eſt aduehere res cōmutandas: hinc inuentio pecunie ꝓceſſit quam cōmode poſſumus deferre: illis itaq; ſua magnitudine ac pondere cōmenſuratis rebus p̄mitus res cōparabamus neceſſarias uerū poſtea imagine inſcripta ponderis certitudo preſtabatur: ſicut hodie fit ad leuādam ponderis moleſtiam ⁊ ſollicitudinem.

¶ Naturales opes uere diuitie ſunt extimande nō autez pecunie: quarum inuentio eſt pro cōmutandis ſolum ⁊ comparandis rebus naturalibus.

¶ Pecuniatiua quedaz iconomice deſeruit ⁊ naturalis eſt ac finita: quedam augendis ſolum pecunijs intendit ⁊ hec infinita eſt cuz finis eius ſit multiplicatio pecunie: finis autem appetitus finem nō habet: ſed propter utriuſq; pecuniatiue primitatem etiam iconomicus interminate huic pecuniarum excreſcentie intendit: qꝛ bene viuere nō contendit ſed omnes explere uoluptates quibus nullus prefigitur finis. Hinc Nūmulatoriam exercet ac omni arte officio ⁊ virtute ad querendas utitur pecunias.

¶ Pecuniatiua nō minus iconomice deſeruit que rerū naturalium diſpenſatiua eſt ⁊ pecuniarum quibus res naturales habentur q̄ȝ natura: qꝛ ſicut illa res naturales p̄ſtat: ita hec pecunias qb⁹ emūtur res naturales: ⁊ hec quidem laudatur: ſed campſoria reprehēdit̄ ut diximus: que pecunie augmentum finem facit. Sed multo magis feneratoria vituperat̄: que etiam ex denario denarium auget partūq; facit pecunie que ſuapte natura ſterilis eſt. Sunt igitur ex rebus querende pecunie uſq; in certum finem: ad remouendam ſcilicet nature neceſſitatem.

¶ Primum v̄o querendarum ex naturalibus rebus pecuniarum preceptum eſt ex uſu cognoſcere ubi res minori emantur precio ⁊ ubi cariori uendantur. Secundum eſt rerum uenalium copiam facere aut agrorum apumq; cultu ac ceterorum animantium aut piſcium auiumq; captura.

¶ Sed mercatoria etiam congregandis pecunijs cōducit que aut nauigio exercetur aut uectura aut cōmunicatione his qui mercantur: quarum que mari exercet̄ locupletior que terra certior.

¶ Confert ⁊ plurimum feneratoria: confert ⁊ mercēnaria: cuius quidem alia utilis eſt ⁊ abiecta: ut coquoꝝ: alia abſq; arte ſolo corpore deſeruiens: ut que fodiendis agris intendit. Sed que metalla lapides ex terra eruunt ⁊ incidunt: agriculture ſimilis eſt ⁊ mercatiue illi quidem quod ex terra acquirit: illi v̄o ꝙ que acquirit nature nihil preſtat iumenti.

¶ Operationum quedaz eſt habenda diſcretio: ꝙ quedam plurimū fortune habent que parum artis: ut piſcatio: quedam parum fortune: que ſcilicet plurimum artis: fabrilis operatio ⁊ cetera huiuſmodi: quedaz viles quibus corpora maculantur: ut tinctoꝝ coquoꝝ: quedam plurimum ſeruiles: ſicut deferentium onera: quedam ignobiles quibus nihil fere virtutis corporis animi ue explendis requiritur.

¶ Hec v̄o querendarum pecuniaruz precepta partim ex libris aliorum: partim exemplis poſſumus diſcere: ſicut ſingularem exercere uenditionem pecunijs querēdis conducere. Tum Thalis Mileſij exemplo ac eius quod in Sicilia geſtum eſt cognouimus.

¶ Principatur ⁊ vir uxori ⁊ pater filio: non uelut dn̄s ſeruo ſed tanq̄ȝ liberis: ſed tantum diſtant ꝙ principatus patris regali ſimilis eſt: plena enim ⁊ libera eſt patris in filium poteſtas uelut regis. Principatus v̄o viri ciuili par qui legibus coartatur matrimonij uelut iuriſdictio rectoris ciuitatis ⁊ legibus ciuitatis reſtringitur.

¶ Principatus tamen viri in uxorem differt a ciuili: ꝙ in ciuili quandoq; eoſdem contingit preeſſe quandoq; ſubeſſe: utpote qui ornamēto ſermonibus ac honoribus diſtinguantur. Sed vir ſemper uxori p̄ſidet.

¶ Principatus v̄o patris regali compar eſt ⁊ amore ⁊ natura: ſimilitudine ac exceſſu. Amore enim debet rex ſubiectos regere alioquin tyrannus eſt non rex ⁊ cum natura ac forti genere q̄d certe expediat ſubiectis ſit conformis: eos tamen ſm̄ naturam quadam probitatis ac virtutis magnitudine antecellit aliter ſi equalibus imperaret non eſſet dignum eum ſemper regnare ut in politico contingit principatu. Sic ⁊ pater cum naturali amore ⁊ charitate ac nature perfectiōe ⁊ annis firmior ſit. ille v̄o iunior filium gubernat.

¶ Studere debet paterfamilias liberis ſeruis ⁊ poſſeſſionibus: ſed potiori ſtudio liberis q̄ȝ ſeruis: ⁊ ſeruis q̄ȝ poſſeſſionibus.

¶ Virtutes patris ac filij: viri ac femine: domini ⁊ ſ̄ui: regis ciuium aliquo modo ratione differunt: ſicut virtutes que ſunt in ratione ⁊ que ſunt in iraſcibili ⁊ cōcupiſcibili eo ꝙ ratio his preſideat: nec enim tanta eē debet niſi ad idem. Seruus enim cum alterius ſit conſilium non habet quod de his ſit que ſunt in poteſtate noſtra. Mulier v̄o habet quidem ſed inualidum ⁊ inconſtans. Puer v̄o imperfectuz. Ciues quoq; ineq̄les regi ſunt. His ergo tantum debet eſſe virtutis ut conſtanter ac temperate p̄ncipatibus preeant: illis v̄o maxime ut bene preeſſe ſciant ac fortiter imperent.

¶ Quedam etiam virtutes ad mulieris ornamentuz ſpectant ⁊ non viri: ut uerecundia ⁊ taciturnitas. Seruo quoq; ⁊ filio ea debet eſſe humilitas ut ſuo ſenſu ac cōſilio regi permittat quod patrem nō deceret. Seruus quoq; ea virtute ut fortiter exequatur iuſſa domini: ut ſcilicet nec propter impetuz concupiſcentie aut formidinem recuſet facere.

¶ Artifex aut ad hoc ut bonus artifex ſit nulla indiget v̄tute cum humana inquātuz huiuſmodi cōuerſatione nō participet propter quam certe virtus neceſſaria eſt actionis enim gratia virtus eſt nō factionis: ars propterea nō a natura ſed a ratione eſt. virtus autez ad eas ſe habet inclinationes que a natura nobis inſunt ſed tamen v̄tute egebit artifex in eo quod ars eius in uſuz ⁊ miniſterium uenit. Sic eni quodāmodo ſeruus eſt.

¶ Cum v̄o ſeruus virtute egeat ſicut ⁊ ciues: a domino leges ei ponende erunt ⁊ addende pene ⁊ caſtigationes: ut ciuibus ſolet Rex ſtatuere ut virtutibus ſtudeant.

¶ De his autem ſocietatibus que partes Reſp. ſunt diligentius erit dicenduz cum de Rep. agetur.

Finis.

❡ Politicorū Ariſtotelis liber ſecundus.

q

Uoniā ꝓpoſuimus conſiderationē facere de ciuili ſocietate que ſit optima oīum potentibus viuere maxime ad uotū: oportet alias quoqꝫ conſiderare Reſp. quib⁹ utuntur ciuitates alique earū que bene legibus īſtitute videntur: ⁊ ſi alique ſint alie ab aliq̄bus ſcripte que bene ſe habere videantur: ut recta inſtitutio utilitaſqꝫ appareat.

❡ Poſtq̄ phus determinauit in p̄mo libro de his que pertinent ad domum que ſunt elementa quedam ciuitatis: hic incipit determinare de ipſa ciuitate ẜm modum quem in fine primi tetigit ⁊ etiam in fine decimi ethicoꝝ. Primo enim ponit ea que ab alijs dicta ſunt de politica cōmunicatione. Scd̄o incipit determinare de ea ẜm ꝓpriam ſententiā in tertio libro ibi[Qui de Rep. ꝯſiderat ⁊c̄.] Circa p̄mum duo facit. Primo dicit de quo eſt intētio. Scd̄o ꝓſequit̄ ſuam intētionē ibi[Incipiēdum eſt aūt ⁊c̄.] Circa p̄mum duo facit. primo ꝓponit ſuam intētionem. Scd̄o excuſat eā ibi[Nec putet̄ ⁊c̄.] Dicit ergo p̄ͦ ꝙ intētio noſtra p̄ncipalis eſt cōſiderare de cōmunicatione politica ut ſciamus quis modus politice ꝯuerſationis ſit optimus: quēadmodum oīa ea ẜm que poſſunt homines viuere maxime ad uotum: ad hoc ꝯſequēdum oportet cōſiderare politias: ideſt ordinationes ciuitatis quaſ alij tradiderunt: ſiue ſint ille quibus quedam ciuitatuꝫ utuntur que laudant̄ de hoc ꝙ bene reguntur legibus: ſiue etiā ſint ab aliquibus phis ⁊ ſapientibus tradite: que vident̄ bene ſe habere. Et hoc ideo oportet cōſiderare ut appareat quid ſit rectum ⁊ utile in ꝯuerſatione ⁊ regimine ciuitatis. Ex collatione enim multoꝝ magis pōt apparere quid ſit melius ⁊ utilius. ❡ Notādum eſt aūt ꝙ ad optimā politiam ꝑtinere dicit ut hoīes viuant q̄ maxime ad uotum: ideſt ẜm hominum uoluntatem: quia uoluntaſ hominis principaliter eſt de fine humane vite: ad quem ordinatur tota politica conuerſatio. Unde ẜm ꝙ homines diuerſimode exiſtimāt de fine vite humane: ẜm hoc diuerſimode homines exiſtimant de conuerſatione ciuitatis. Qui enim finem humane vite ponunt delectationes uel potētiam aut honores: exiſtimant illam ciuitatem eſſe optime diſpoſitam in qua homines poſſunt viuere delitioſe: uel acq̄rere multas pecunias: aut conſequi magnos honores uel multis dominari. Qui v̄o finem preſentis vite ponunt in bono qd̄ eſt premium virtutis exiſtimant illā ciuitatem eſſe optime diſpoſitam in qua homines maxime pacifice ⁊ ẜm virtutem viuūt. Unde ſimpliciter uerum eſt ꝙ optima diſpoſitio ciuitatis eſt ẜm quorūlibet opinioneꝫ prout in ciuitate pōt viuere homo ad uotum. ❡ Item notandum eſt ꝙ dicit ſe cōſideraturū de politijs cōmunitatum que bene dicuntur regi: ⁊ de ordinationibus ciuitatum a ſapientibus traditis: qui vident̄ bene ſe habere: quia ad inueniēdum ueritatem non multum prodeſt conſideratio eoꝝ que ſunt manifeſte falſa: ſed eoꝝ que ꝓbabilit̄ dn̄r. Deide cū dicit.

❡ Nec putetur eſſe ad oſtentationē ⁊ ſupfluitatē querere aliud preter illas: ſed qꝛ ille non bene habent ideo hunc laborē a nobis eſſe ſuſceptum.

❡ Excuſat ꝓpriaꝫ intentionem ⁊ dicit ꝙ nō oportet alicui videri ꝙ hoc ipſum quod eſt querere aliquid aliud in ordintionibus ciuitatum preter ea que ab alijs dicta ſunt procedat ex hoc ꝙ ipe intendat ſuam ſapiētiā oſtentare: ſed ideo interſerit hanc artem: qꝛ ea que ab alijs dicta ſunt in multis videntur nō bene ſe habere. Deinde cum dicit.

❡ Incipiendū eſt autē ab eo qd̄ eſt ẜm naturā huius cōſiderationis principiuꝫ: neceſſariū quidē eſt aut oīa eſſe coīa inter ciues: aut nulla: aut quedā.

❡ Proſequit̄ ſuaꝫ intentionē ꝓſequendo ea que ab alijs dicta ſunt de ordinatione ciuitatis: ⁊ p̄mo ponit diuerſas ordinationes ciuitatū traditas a diuerſis. Secundo oſtendit qui fuerunt ⁊ quales qui de huiuſmodi ſe intromiſerunt: ibi[Eorum autem qui de Rep. aliq̄d ⁊c̄.] Prima autem pars diuidit̄ in duas ẜm diuerſitatem quam in p̄miſſis tetigit. In p̄ma enī ponit ordinationes ciuitatis que ſunt ab aliquibus ſapientibus tradite. In ſecunda ponit eas que in quibuſdā ciuitatibus ordinate viuentibus obſeruantur ibi[De Lacedemoniorū autem Rep. ⁊c̄.] Prima diuidit̄ in tres. Primo ponit ordinationem ciuitas quaꝫ tradidit Socrates uel Plato diſcipulus eius qui in ſuis libris Socratem loquentem introducit. In ſecūda ponit ordinationem ciuitatis traditā a quodā qui Faleas dicebatur ibi[Quāobrem Faleas ⁊c̄.] In tertia ponit ordinationē Hyppodami: ibi[Hyppodamus autem ⁊c̄.] Circa p̄mum duo facit. Primo ꝑtractat quandam queſtionem de quadam ordinatione quam Plato dixit eē utiliſſimaꝫ ciuitati. Secundo ꝓſequit̄ de ordinatione ipſius quātuꝫ ad alia ibi[Ferme autē ⁊c̄.] Circa p̄mū duo facit. Primo mouet queſtionē. Secundo ꝓſequit̄ eaꝫ ibi[Continet porro ⁊c̄.] Circa primū tria facit. Primo mouet quandam queſtionem trimembrem Secundo excludit vnum membruꝫ ipſius ibi[Enimuero nulla eē ⁊c̄.] Tertio querit de alijs duobus: ibi[Sed utruꝫ melius ⁊c̄.] Dicit ergo primo ꝙ p̄ncipium huius conſiderationis faciēduꝫ eſt ab eo qd̄ p̄mo cōſiderandum occurrit ẜm naturam ciuitatis. Cum enim ciuitas ſit cōmunitas quedā neceſſe eſt primo conſiderare utrū omnes ciues debeant cōmunicare in omnib⁹: aut in nullo: aut in quibuſdaꝫ ⁊ in quibuſdam nō. Deinde cum dicit.

❡ Enim v̄o nulla eſſe coīa impoſſibile conſtat eſſe: cum ciuitas ſit cōmunio quedā. Ac primo neceſſe eſt locuꝫ eſſe cōem: naꝫ locus quidē paritas eſt vnius ciuitatis: ciues aūt ſocij vnius ciuitatis.

❡ Excludit vnum triuꝫ membroꝝ. Impoſſibile eſt eniꝫ dicere ꝙ ciueſ in nullo cōmunicent. qd̄ probat dupl̄r. Primo quidem: quia cōmunitaſ eſt quedā cōmunicatio. Unde contra rōnem ciuitatis eſſet ꝙ ciues in nullo cōmunicarent. Secundo qꝛ manifeſtum eſt omnes ciues neceſſe eſt cōmunicare: ſaltem in loco: ꝙ vnuſ eſt locus vnius ciuitatis. Conciues aūt dicunt̄ qui ſunt ſocij in vna ciuitate vnde oportet ꝙ communicent in loco. Deinde cum dicit.

❡ Sed utrū melius fuerit in bene inſtituēda Rep. quecūqꝫ recipere cōmunionem poſſunt ea oīa eſſe cōmunia: uel quedam cōmunia eſſe: quedā nō eſſe. Nā fieri pōt ut filij ⁊ uxores ⁊ res que poſſidentur cōmunes eſſent: quēadmodū in Platonis

Rep. Ibi enim Socrates inquit oportere cõmunes eſſe filios ⁊ mulieres ⁊ facultates. Id ꝟo utruꝫ preſtat ita fieri ut nunc ſit uel ſm legẽ illã in republica ſcriptã.

¶ Relinquit duo alia mẽbra ſub dubitatione. ſ. utrꝝ melius ſit ꝙ ciuitas que debet bene cõuerſari cõmunicet in quibuſcunqꝫ contingit aliquos cõmunicare uel in quibuſdam eoꝝ cõmunicet ⁊ in quibuſdã non. Quedam enim ſunt in qbus nullo modo cõtingit cõmunicare ſicut in omnibus ꝑſonalibus: puta in mẽbris corporis. Sed in filijs ⁊ uxoribus ⁊ poſſeſſionibus ꝯtingit ciues cõmunicare adinuicem ſicut tradiť in politica Platonis: ibi eñi dixit Socrates ꝙ oportet ad optimã ciuitatem ꝙ ſunt cõmunes poſſeſſiones oĩum ciuiuꝫ ⁊ cõmunes uxores: ita. ſ. ꝙ indifferẽter oẽs accedant ad oẽs ⁊ per ꝯñs ſequiť ꝙ filij ſint cõmunes propter incertitudinẽ filioꝝ: ⁊ hoc tangit in p̄ncipio Thimei. Querẽdum eſt ergo utrum melius ſit ſe habere cõuerſationem politicã ſicut nunc: aut ſm legem quam Socrates in ſua politica ſcripſit. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Continet porro ⁊ alias turbationes per multas iſta mulierũ cõmunio. ⁊ id ꝓpter quod cenſuit legẽ hanc eſſe ferendã non videtur conſequi ex rõnibus. preterea ad finẽ quem inquit oportere ciuitati exiſtere ut nunc quideꝫ dictũ eſt impoſſibile. quomodo auteꝫ tranſigere oporteat nihil determinatuꝫ eſt.

¶ Inquirit de predicta queſtione: ⁊ primo oſtẽdit incõuenientiam p̄dicte poſitionis de cõmunitate uxoruꝫ ⁊ poſſeſſionum. Sc̄do oſtendit eius inſufficientiam ibi ⌊ Cauſam ꝟo ſocrati ⁊c̄. ⌋ Circa p̄muꝫ tria facit. Primo improbat legem Socratis quãtum ad cõmunitatem uxoꝝ ⁊ filioꝝ. Sc̄do quãtum ad cõmunitatẽ poſſeſſionuꝫ: ibi ⌊ His cõſequẽs eſt ⁊c̄. ⌋ Tertio cõmuniter quãtuꝫ ad utranqꝫ: ibi ⌊ Et preterea duarum virtutum ⁊c̄. ⌋ Circa primuꝫ duo facit. Primo ꝓponit ea ſm que põt apparere poſitio Socratis de cõmunitate uxorum inconueniens. Secundo proſequitur illa: ibi ⌊ Quod vna videlicet ⁊c̄. ⌋ Circa primum ponit quatuor: quorum primum eſt ꝙ iſta ordinatio de cõmunitate mulierum habet multas alias difficultates preter ea inconuenientia que ſtatim tangentur. Secundum eſt ꝙ cauſa propter quam Socrates dixit hoc oportere lege ordinari non videtur eſſe rationabilis. Tertiuꝫ eſt ꝙ per iſtam legem non poſſet peruenire ad finem ⁊ utilitatem ciuitatis quã Socrates exiſtimabat. Quartum eſt ꝙ inſufficienter tradidit: cum enim cõmunia nou poſſint ſingulis applicari niſi ſm certum modum diſtribuendi: ipſe tamen faciens mulieres communes non docebat modum quomodo eſſent ſingulis diuidẽde ad uſum. Deinde cum dicit.

¶ Quod vna videlicet ſit ciuitas tota tanq̃ꝫ id ſit maxime optimum: ſuſcipit enim hanc ſuppoſitionẽ Socrates.

¶ Proſequiť tria eoꝝ que dixerat: nã quartuꝫ de inſufficientia eſt per ſe manifeſtum. Primo enim oſtendit cauſam huius ordinationis a Socrate aſſignataꝫ eſſe irrationabilem. Secundo oſtendit ꝙ per hanc legem ciuitas nõ poſſet conſequi finem quem Socrates intendebat: ibi ⌊ Enimuero nec ſi ⁊c̄. ⌋ Tertio oſtendit ꝙ hec lex habet multas difficultates: ibi ⌊ Et propter huiuſmodi ⁊c̄. ⌋ Circa primum duo facit. Primo ponit cauſam legis quaꝫ Socrates aſſignabat. Sc̄do improbat eam ibi ⌊ Atqui conſtat ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo pᵒ ꝙ Socrates ſupponebat hoc quaſi principiuꝫ ꝙ optimuꝫ eſſet ciuitati ꝙ eſſet vna quãtũcũqꝫ poſſet: ꝓpter hoc enim uolebat omnia eſſe cõmunia: etiam filios ⁊ uxores ut ciues eſſent maxime adinuicem vniti. Deinde cum dicit.

¶ Atqui conſtat ꝙ eo procedente ut vna fiat magis ciuitas nõ erit: Eſt eniꝫ ciuitas multitudo quedã ſm naturã: que dum ſit vna magis: domus erit ex ciuitate: ⁊ homo ex domo. Unã eniꝫ magis domuꝫ cẽſemus eſſe q̃ꝫ ciuitatẽ: ⁊ hominẽ vnuꝫ q̃ꝫ domuꝫ. quare etiã ſi poſſet quiſpiã hoc facere tñ non eſſet faciẽduꝫ: qꝛ perimit ciuitateꝫ. Nec ſoluꝫ ex multitudine hominuꝫ cõſtat ciuitas: uerũetiã ex eoꝝ multitudine qui ſpecie differunt. nõ ſit enim ciuitas ex ſimilibus: aliud enim federatio q̃ꝫ ciuitas: illa eniꝫ quãtitate ꝓdeſt ⁊ ſi eadem ſit ſpecie cuꝫ auxilij gratia fiat: ceu ſi pondus magis attrahat. Differret aũt ⁊ eo modo ciuitas a gente: quãdo per pagos diuiſa nõ ſit multitudo: ſed quẽadmodũ archades. Ex quibus aũt vnuꝫ fieri oportet ſpecie differũt. Quapropter par repenſuꝫ ciuitatẽ cõſeruat: ut in ethicis dictuꝫ eſt prius: quoniã inter liberos ⁊ equales neceſſariuꝫ hoc eſſe. Nã oẽs ſimul magiſtratũ gerere impoſſibile eſt: ſed aut per annuꝫ: aut per aliã prefinitionẽ ⁊ tẽpus: atqꝫ iſto modo ſit ut oẽs gerãt magiſtratuꝫ: ceu ſi mutarentur ſutores ⁊ fabri: nec ſemꝑ ijdẽ ſutores ac fabri eſſent. Cuꝫ ꝟo melius ſit ita ſe habere etiã circa ſocietatẽ ciuilẽ manifeſtũ eſt melius foret ſi ijdem ſemꝑ magiſtratuꝫ gererẽt modo id fieri poſſet: ſed in quibus hoc fieri nequit ꝓpterea ꝙ oẽs natura ſunt pares ſimul ⁊ iuſtũ eſt ſiue bonuꝫ ſiue prauuꝫ ſit gerere magiſtratuꝫ ut oẽs huius muneris participes fiant: ⁊ in eo imitari viciſſim equales cedẽdo inuicẽ alios alijs: nã alij regunt alij reguntur in parte tanq̃ꝫ ſi ipſi alij fiãt. Eodẽ mõ illoꝝ qui regunt alij alios gerunt magiſtratus. Patet igiť ex his ꝙ nõ recipitur ſic vnã eſſe ciuitatẽ ⁊ ꝙ maximũ fore cõmodum ciuitatibus dicebať: id interimit ciuitates. Atqui ſinguloꝝ bonum ſingula ꝯſeruat. Patet etiã alio modo ꝙ querere nimiũ vnire ciuitatẽ nõ eſt melius. domus enim magis ſufficiẽs eſt q̃ꝫ vnus: ciuitas auteꝫ

q̃ domus. ⁊ vult iã ea quideꝫ eſſe ciuitas cuꝫ habet ſufficiẽtiã multoꝝ ſocietas. Si igiť magis expetẽdũ eſt qđ magis ſufficiẽtiã habet: certe ⁊ minus vnuꝫ eo quod eſt magis expetibilius eſt.

¶ Improbat predictã cauſam tribus rationibus: circa quarum primam dicit manifeſtum eſſe ꝙ tantum poſſet procedere vnitas ciuitatis magis q̃ deberet ꝙ nõ remaneret ciuitas. dictum enim eſt ſupra ꝙ ciuitas eſt naturaliter quedam multitudo. multitudo autem opponitur vnitati. Unde ſi ciuitas fuerit magis vna q̃ deberet: iam non eſſet ciuitas: ſed ex ciuitate fieret domus: ⁊ iterum ſi hec domus vniretur plus q̃ deberet ex domo nõ remaneret niſi vnus homo. Nullus eniꝫ dubitat quin vna domus eſt magis vnum q̃ ciuitas ⁊ magis vnus homo eſt vnum q̃ domus. Unde ſi etiaꝫ aliquis poſſet facere ꝙ in tota ciuitate eſſet tanta vnitas ſicut in vna domo non deberet hoc facere: quia ſic deſtrueretur ciuitas. Sed quia poſſet aliquis dicere ꝙ Socrates non intelligebat de vnitate que excludit multitudinem perſonaruꝫ ſed de vnitate que excludit diſſimilitudineꝫ. Ideo ſubiungit ꝙ ciuitas non ſoluꝫ debet eſſe ex pluribus hominibus: ſed etiam oportet eſſe ex differentibus ſpecie. i. ex hominibus diuerſaruꝫ conditionum: Non eniꝫ fit ciuitas ex hominibus qui ſunt totaliter ſimiles ſecundum conditiones. Et hoc manifeſtat tripliciter. Primo quidem: quia aliud eſt ciuitas: ⁊ aliud eſt multitudo congregata ad ſimul pugnandum. Quia multitudo congregata ad ſimul pugnandum eſt utilis ex ſola quantitate numerali: etiam ſi omnes ſint eiuſdem conditionis: quia talis multitudo eſt adunata propter adiutorium: ſicut contingit in illis qui uolunt trahere aliquod pondus ꝙ maior multitudo hominum trahit maius pondus: ita etiam maior multitudo militum ſimiliũ magis auxiliatur ad victoriã. Scđo per hoc ꝙ ciuitas in hoc ꝙ ex diſſimilibꝰ conſtituitur differt ab illa gente in qua multitudo nõ diuiditur per habitationem diuerſarum ciuitatuꝫ aut vicorum: ſed vnuſquiſqꝫ ſeparatim habitat per ſeip̄m. Sicut accidit apud Archades. Eſt autem Archadia quedam prouincia in Grecia in qua vnuſquiſqꝫ per ſe habitat: ⁊ ſic ſunt quodãmodo omnes equales ⁊ ſimiles. Tertio oſtendit idem per hoc ꝙ ea ex quibus oportet vnum aliquid perfectum fieri differunt ſpecie. vnde omne totum perfectum in rebus naturalibus inuenitur eſſe conſtitutum ex partibus diuerſis ẜm ſpecieꝫ ut homo ex carnibus oſſibus ⁊ neruis. Totum v̊o qđ componitur ex partibus eiuſdeꝫ ſpeciei eſt imperfectũ in genere nature: ſicut aer ⁊ aqua ⁊ alia inanimata corpora. Unde manifeſtum eſt ꝙ cum ciuitas ſit quoddã totum perfectum oportet ꝙ conſiſtat ex partibus diſſimilibus ẜm ſpeciem. Et ideo dictum eſt in q̄nto Ethicorum ꝙ ciuitas conſeruatur per par repenſum: ideſt per hoc ꝙ alicui proportionaliter retribuitur equale ei quod fecit: quia hoc neceſſe eſt ꝙ ſit in liberis ⁊ equalibus. Si enim non retribueretur alicui ẜm ꝙ fecit eſſet quedam ſeruitus: ut ibidem dictum eſt. Hec auteꝫ retributio que par repenſum dicitur in his qui ſunt eq̃les ẜm quantitatem fit ẜm equalitatem quantitatis: ut quantum aliquis dedit tantum recipiat: quantum fecit tantum patiatur. In his autem qui non ſunt eq̃les ẜm quantitatem ſed ẜm proportionem: ſerueť etiã equalitas proportionis: utpote: quãto ille qui fecit iniuriam eſt minor in eadem proportione plus puniať. Maioris enim culpe eſt ꝙ aliquis percutiat digniorẽ perſonam q̃ inferiorem. Sic igitur patet ꝙ cum de ratione ciuitatis ſit ꝙ ciuitas ex diſſimilibus conſtituať non eſt uerum ꝙ Socrates putauit ꝙ oporteat ciuitatem eſſe maxime vnaꝫ: quia ſi tollatur diſſimilitudo ciuiuꝫ iam non erit ciuitas. Que quidem diſſimilitudo maxime videtur tolli factis cõmunibus poſſeſſionibꝰ ⁊ mulieribus ⁊ filijs. Secundam rationem ponit: ibi ⌊Nam omnes ſimul ⁊c̃.⌋ que etiam inducitur ad oñdendum ꝙ opꝫ eſſe aliquam differentiam inter ciues. Oportet enim ꝙ quidam eorum p̃ncipentur ⁊ quidã ſubijciantur. Non eniꝫ eſt poſſibile ꝙ omnes ſimul p̃ncipentur: ſed ſi hoc fiat oportet ꝙ hoc ſit viciſſim ita ꝙ vnuſquiſqꝫ in ſuo anno principetur aut quocũqꝫ alio tempore determinato: puta menſe uel die uel etiã ẜm quẽcunqꝫ alium ordinem: puta ꝙ ſorte principes eligantur ⁊ ẜm hunc modum viciſſitudinarij principatꝰ accidit ꝙ omnes diuerſis temporibus principentur: ſicut ſi in ciuitate aliqua non ſemper ijdem homines eſſent coriarij uel fabri ſed viciſſim ſequeretur ꝙ omnes ciues fierent coriarij ⁊ fabri. Subiungit autem ꝙ melius eſt ꝙ ita diſponatur ciuitas politica ſi poſſibile ſit ꝙ ijdem ſemper principentur. Hoc eniꝫ dicit eſſe poſſibile quando in aliqua ciuitate inueniuntur aliqui viri multum alijs excellentiores per quos optimũ erit ut ſemper ciuitas regatur: ſed quando hoc non eſt poſſibile eo ꝙ omnes ciues fere ſunt equales ẜm naturalem induſtriam ⁊ virtutem tunc iuſtuꝫ eſt ꝙ omnes participent principatu: ſiue principari ſit quoddaꝫ bonum ſiue malum. Et quia cõmunibus bonis ⁊ cõmunibus oneribus iuſtuꝫ eſt ut equaliter participent qui ſunt equales in ciuitate. Iuſtum igitur eſſet ſi eſſet poſſibile ꝙ omnes ſimul p̃nciparentur: ſꝫ quia hoc nõ eſt poſſibile ad huius iuſti executionem obſeruatur ꝙ illi qui ſunt equales in parte ſibi inuicẽ cedant tanq̃ a p̃ncipio ſint ſimiles: quia dum quidam eorum principantur ⁊ quidam ſubijciuntur quodãmodo facti ſunt diſſimiles ⁊ diuerſi per gradum dignitatis. Et ita etiam quedam diuerſitas eſt inter eos qui ſimul principanť dum diuerſi in ciuitate diuerſos principatus uel officia gerunt. Et ſic patet ꝙ ad ciuitatem requiritur p̃ncipantium ⁊ ſubiectorum diuerſitas uel ſimpliciter uľ ẜm aliquod tempus. Sic igitur manifeſtum eſt ex predictis ꝙ ciuitas non eſt ſit nata eſſe vna ſicut quidam dicunt: ut omnes ſint ſimiles. Et illud quod diciť eſſe maximum bonum in ciuitatibus ſcilicet maxima vnitas deſtruit ciuitatem. Unde non poteſt eſſe bonuꝫ ciuitatis: quia vnaqueqꝫ res ſaluatur per id quod eſt ſibi bonum. Tertiam rationem ponit ibi ⌊Patet etiaꝫ alio modo ⁊c̃.⌋ Et procedit iſta ratio alio modo a premiſſis: nam prima ratio ſumebatur ex partibus diſſimilibus ex quibus neceſſe eſt conſtitui ciuitatem. hec v̊o ratio ſumitur ex fine ciuitatis qui eſt ſufficientia vite. Et hoc eſt qđ dicit ꝙ per alium moduꝫ poteſt manifeſtari ꝙ nõ eſt melius ꝙ homo querat ualde vnire ciuitatem. Per hoc enim tollitur ſufficientia vite. Manifeſtum eſt enim ꝙ vna domus uel familia tota magis eſt ſufficiens ad vitam q̃ vnus homo: ⁊ ciuitas eſt magis ſufficiens q̃ domus. Tunc enim iam debet eſſe ciuitas cum cõmunitas multitudinis eſt per ſe ſufficiens ad vitam. Si igitur id quod eſt minus vnum eſt magis per ſe ſufficiẽs ut domus homine ⁊ ciuitas domo: manifeſte ſequitur ꝙ eligibilius eſt in ciuitate ꝙ ſit minus vna quantum ad diſtinctionem ciuiuꝫ q̃ ꝙ ſit magis vna. Tanto enim erit ſibi ſufficientior quanto plures diuerſitates hominum in ea inueniunť. Unde patet falſuꝫ eſſe qđ Socrates dixit optimum eſſe in ciuitate ꝙ ſit maxime vna.

e **Nimuero nec ſi optimum ſit vnã q̃ maxime eſſe ciuitateꝫ: tamen id demonſtrari videtur ex ſermone** ſi oẽs dicant ſuum ꝛ non ſuum. Hoc aũt Socrates putat ſignum eſſe ciuitatis perfecte vnite. At enim uerbum omnes duplex eſt: ſi igitur tanq̃ ſinguli forſan eſſet magis quod efficere vult Socrates: ſinguli enim eundem filium ſuum dicerent ꝛ mulierem eandem: ꝛ de facultatibus ꝛ de quibuſuis alijs eodem modo. Nunc aũt non ita dicũt qui cõmunibus utuntur mulieribus ꝛ filijs: ſed omnes quidem: at nõ ut ſinguli ipſorum. eodemq; modo de facultatibus omnes quidem ſed non ut ſinguli eorum. Quod igitur aberratio quedam ſit in uerbo omnes manifeſtum eſt: nam ꝛ utraq; ꝛ imparia ꝛ paria dicit propter duplicitatem: ꝛ in ſermonibus poſituꝫ litigioſos facit ſillogiſmos. quare hoc ipſum omnes dicere vno quidem ore bonum eſt ſed nequaq̃ poſſibile: alio autem modo nihil conſentaneum. Habet preterea quod dicitur nocumentum aliud. Quod enim multorum cõmune eſt in eo minime adhibetur diligentia: nam de proprijs maxime curant homines: de cõmunibus autem minus q̃ quantum ſingulis competit. tanq̃ enim alio curante ab alijs negliguntur: quẽadmodum in ſeruilibus miniſterijs famulantes: multi interduꝫ deterius inſeruiunt q̃ pauci. Fiunt autem vnicuiq; ciuiuꝫ mille filij ꝛ non ut ſingulorũ ſed cuiuſuis quiuis ſimiliter eſt filius: quare omnes ſimiliter negligent. Preterea iſto modo ſinguli ſuum dicent bene agentem aut male quotuſcunq; cõtinget numero: puta meus eſt aut illius: hoc modo dicens de ſingulis ex mille vł ex quot ciuitas ſit ꝛ hoc dubitans: nam incertum cui contigerit genuiſſe filiuꝫ ꝛ ſaluum eſſe genitum. Atqui utruꝫ preſtat ſic dicere ſuum ita uocantes vnũquẽq; duorum milium ꝛ decem milium uel magis ut nunc in ciuitatibus ſuuꝫ uocant: hic quidem filium ſuum ille fratruelem eundeꝫ ille nepotem aut per aliam quandam cõiunctionem: ꝛ ex conſanguinitate uel affinitate ſui primum uel ſuorum: ꝛ preterea alterum ſodalem: alterum contribulem. preſtat enim eſſe proprium nepotem q̃ illo modo filium. Quinimmo nec vitari quideꝫ poteſt quin agnoſcantur a quibuſdaꝫ fratres ꝛ filij: ꝛ patres ꝛ matres. Nã per ſimilitudines natorum ad parentes neceſſarium eſt ut fidem recipiant ſimul quod tradunt ſcriptores quibuſdaꝫ populis ſuperioris Lybie euenire. Habere enim mulieres cõmunes: filios tamen partiri inter ſe ſm ſimilitudines natoruꝫ. Sunt enim mulieres quedam ꝛ animalia: ceu equi ꝛ boues: quorum ea natura eſt ut ſimillimos genitoribus edant fetus ut equa illa apud Farſaliam Juſta nuncupata.

¶ Poſtq̃ reprobauit cauſam quam Socrates aſſignabat legis ferende de cõmunitate mulierum ꝛ filiorum oſtendens non eſſe optimum in ciuitate ꝙ ſit maxime vna: hic incipit oſtendere ꝙ ciuitas non conſequitur maximam vnitatem per legem premiſſam ꝛ ponit ad hoc quatuor rationes: circa quarum primam dicit ꝙ dato ꝙ hoc eſſet optimũ ciuitatis ut eſſet maxime vna non tamen per hoc videtur oſtendi ꝙ ciuitas ſit maxime vna: per hoc ꝙ omnes ſimul dicant: hoc eſt meum ꝛ hoc nõ eſt meum. Si enim omnia ſint cõmunia nullus poſſet dicere hoc eſt meum niſi de quo ꝛ alius diceret hoc eſt meuꝫ: ꝛ hoc putabat Socrates eſſe ſignũ huius quod eſt ciuitatem eſſe perfecte vnam. Uidebat ꝙ ex hoc oriuntur diſſidia in ciuitate ꝙ vnus curat proprium bonum ꝛ alius bonum ſuum: ꝛ ſic ſtudia hominum ad diuerſa ferunt: quia non eſt idem de quo vnuſquiſq; dicet hoc eſt meum. Sed ſi omnes dicerent de vna ꝛ eadem re hoc eſt meum: omnium ſtudia ferrentur in vnum: ꝛ ſic ſicut putabat Socrates ciuitas eẽt maxime vna: ſed hec non eſt cauſa: quia cum tu dicis omnes dicerent hoc eſt meum: hec propoſitio eſt duplex: eo ꝙ li omnes poſſit teneri diſtributiue uel collectiue. Si diſtributiue eſſet ſenſus: ꝙ vnuſquiſq; per ſe ipſum poſſet dicere de tali re: hoc eſt meum: ꝛ tunc forte eſſet uerum quod Socrates dixit: quia vnuſquiſq; vnum ꝛ eundem diligeret tanq̃ filium proprium: ꝛ ſimiliter mulierem tanq̃ ſuam propriam. Et ita eſt etiam de ſubſtantia: ideſt de poſſeſſione. Sed illi qui utũtur cõmunibus uxoribus ꝛ pueris non dicent omnes in iſto ſenſu: hoc eſt meum: ſed omnes quidem dicent collectiue tanq̃ poſſidentes vnam rem cõmunem: ita tamen ꝙ nullus per ſeipſuꝫ dicet: hoc eſt meum: ꝛ idẽ eſt etiam ſi poſſeſſio ſit cõmunis: nullius enim ſm ſeipſum erit propria. Sic igitur patet ꝙ quidam ſophiſticus ſillogiſmus eſt ſecundum quem procedebat Socrates dicens: ꝙ dicere omnes hoc eſt meum eſt ſignũ perfecte vnitatis: quia iſte dictiones omnes ꝛ uterq; propter ſuam duplicitatem etiaꝫ in orationibus. i. diſputationibus faciunt ſillogiſmos litigioſos. i. ſophiſticos: puta ſi aliquis dicat propoſitis tribus ex vna parte ꝛ tribus ex alia utraq; iſtorum ſunt paria: hoc enim eſt uerũ ſi collectiue accipiatur: quia ſimul iuncta ſunt paria. Si vͦo diſtributiue accipiatur ſunt iparia. Unde dicenduꝫ eſt ꝙ in vno ſenſu dicere omnes de eodeꝫ ꝙ ſit ſuũ eſſet bonũ. ſ. ſm ꝙ li omnes tenetur diſtributiue: ſed nõ eſt poſſibile: implicat enim contradictionem. ex hoc eniꝫ ipſo ꝙ eſt propriuꝫ huius nõ eſt alterius. Si auteꝫ nõ accipiatur ſic ſed collectiue nõ erit cõſentaneuꝫ. i. congruuꝫ ciuitati. ¶ Scdaꝫ rationeꝫ ponit ibi[Habet preterea ꝛc̃.] Poſtq̃ oſtẽdit ꝙ dictũ Socratis nõ eſt ſoluꝫ nõ utile ciuitati ſed etiam infert maximuꝫ nocumentuꝫ. Uidemus enim ꝙ de eo quod cōmune multorum ualde paruꝫ curatur: quia omnes maxime curant de proprijs. Sed de cōmunib⁹ minus etiam curant homines ꝗ quantuꝫ pertinet ad vnumquemqꝫ: ita ꝙ ab omnibus ſimul minus curatur ꝗ curaretur ſi eſſet vnius ſolius. Dum eniꝫ vnus credit ꝙ alius faciat omnes negligunt ſicut accidit in ſeruitijs miniſtrorum ꝙ multi ſeruientes quandoqꝫ peius ſeruiunt: dum vnus expectat ꝙ alius faciat. Secundum autem legem Socratis ſequit̃ ꝙ vnuſquiſqꝫ ciuis haberet mille filios uel plures ⁊ ſic minus curabit de ſingulis ꝗ ſi haberet vnum ſolum. Et ſi addamus ꝙ iſti mille filij nō ſunt proprij vniuſcuiuſqꝫ ciuium: ſed incertus eſt filius incerti patris multo minus curabūt: Unde ſequitur ꝙ omnes ciues ſimiliter negligent curam puerorum: ⁊ hoc erit maximuꝫ damnuꝫ in ciuitate. ¶ Tertiā rationeꝫ ponit ibi [Preterea in iſto modo ⁊c.] dicens: ꝙ iſto modo: ideſt ſm poſitionem Socratis vnuſquiſqꝫ ciuium dicet de vnoquoqꝫ ciuium bene operante uel male quomodocūqꝫ contingat eos eſſe dicet inquam: hic eſt meus: aliquod ſm naturam exiſtens: puta: hic meus filius uel illius. Et hoc modo dicet de vnoquoqꝫ mille uel quot contingat eſſe in ciuitate: ⁊ hoc dicet non quaſi pro certo ſciat hunc eſſe ſuum filiuꝫ uel illius: ſed cum dubitatione: quia ſi mulieres ſint communes multis accedentibus ad vnam: non poteſt eſſe manifeſtum ex quo patre contingat eē genitum filium: quia multi ſunt qui non generant: ⁊ etiam incertum eſt cuius filium contingat eſſe ſeruatū in vita multis morientibus. Eſt ergo conſiderandum utrum melior ſit ꝙ per modum iſtuꝫ aliquis appellet aliquem ſuuꝫ filium uel nepotem quemlibet de numero duorum milium uel decem miliuꝫ: aut magis ꝙ aliquis appellet aliquem iuuenem ſuum proprium ſicut modo in ciuitatibus faciunt. Uidemus enim ꝙ vnuꝫ ⁊ eundem iuuenem quidam ciuium uocant filium ſuum quidam nepotem uel ſm quandam aliam propinquitatem: ſiue conſideretur propinquitas propter conſanguinitatem ſiue propter aliquam familiaritatem: ſiue quia aliquis a principio habuit curam ipſius: puta: quia fuit tutor eius uel inſtructor aut etiam eoruꝫ que ad ipſum pertinent: ⁊ cum vnum dicat filium uel nepotem: aliuꝫ dicet eſſe fratruelem uel contribulem. Dicunt̃ autē fratrueles qui ſunt ex duobus frib⁹ nati. Cōtribules autem qui ſunt ex vna tribu: puta ex vna ſocietate in ciuitate. Sic igitur patet ꝙ non ſolum ſm legem Socratis: multi ciues dicent de vno ⁊ eodem hic eſt meus: ſed etiaꝫ ſm conſuetudinem que nunc in ciuitatib⁹ obſeruat̃. Sed hoc videt̃ eſſe ꝑeminētia ſm legem Socratis ꝙ multi dicent hunc eſſe ſuum filium Ex alia vͦo parte eſt preeminentia ex hoc ꝙ diuerſi dicent vnum ⁊ eundem eſſe ſuum non tanꝗ cōmunem ſed tanꝗ proprium uel nepotem uel filium uel fratreꝫ uel aliquid huiuſmodi. Multo autem melius ⁊ efficacius eſt ad amicitiam ⁊ curam impendendam ꝙ aliquis eſtimet eſſe aliquem proprium nepotem ꝗ cum eſtimet eum filium cōmunem per modum quo Socrates ponit. Quia ſicut dictum eſt propria magis homines amant ⁊ procurant ꝗ cōmunia. Unde patet ꝙ lex Socratis magis affert ciuitati detrimentum ꝗ utilitatem. ¶ Quartam rationem ponit ibi [Quinimo nec vitari ⁊c.] Et dicit ꝙ quāuis Socrates putaret per cōmunitatem filiorum ⁊ mulierum hoc euitare: ut nullus dicat eſſe ſuum proprium filium uel fratrem: ſed cōmuniter hoc opinentur: tamen nō poteſt hoc effugere quin aliqui ſuſpicentur de aliquibus ꝙ ſint fratres eorum uel filij uel patres uel matres ⁊ hoc propter ſimilitudinem que frequēter inuenitur inter filios ⁊ patres uel matres. Unde quidam eorum qui deſcribunt perioduꝫ terre: ⁊ quomodo circularitas mundi eſt habitata: narrant ꝙ in ſuperiori Lybia quidam habent cōmunes uxores: ſed diuidūt filios ſm ſimilitudines: ita ꝙ vnuſquiſqꝫ viroruꝫ accipit ſibi pro filio illuꝫ qui ſibi ſimilatur. Et hoc etiam videmus contingere in feminis aliorum animalium: ſicut eque ⁊ uacce que naturaliter habent ꝙ faciant filios ſimiles patribus. Sicut dicitur de quadam equa que in terra Farſalie ob hoc uocabatur Iuſta: quia filios reddebat ſimiles patribus. Unde manifeſtum eſt ꝙ Socrates per legem quam dicit eſſe ferendam de cōmunitate uxorum ⁊ filiorum non poteſt hoc conſequi ut non ſint priuati affectus inter homines.

e Preterea huiuſmodi moleſtias non facile erit vitari ab his qui eaꝫ ſtatuunt cōmunitatem: puta plagas ⁊ neces: partim uoluntarias: partim inuoluntarias: ⁊ rixas ⁊ iurgia que nephas eſt cōmittere aduerſus parentes ⁊ ꝓpinquos magis ꝗ aduerſus extraneos: ſed frequēti⁹ illa euenire neceſſe eſt ubi ignorant ꝗ ubi ſciunt: ⁊ ea ſi contingant a ſcientibus expiari debito modo poſſunt: ab ignorantibus vͦo non poſſunt. Illud etiā abſurdum ꝙ filios cōmunes fecerunt coire ſolum amantes uetuerunt: amare vͦo non uetuerunt: nec alios uſus quos eē patri ad filios ⁊ fratri ad fratreꝫ omniuꝫ deformiſſimuꝫ eſt: cuꝫ ⁊ amare ſoluꝫ abſurdum: etiam non aliam ob cauſam coitionem illoruꝫ uetuiſſe: niſi quia nimia uoluptas inde ſit prouētura: ſed quia pater ſit aut filius aut fratres ob eaꝫ rem nihil putare referre. Uidet̃ auteꝫ magis prodeſſe ut agricolis cōmunes ſint mulieres ⁊ filij ꝗ cuſtodibus: minus enim erit amicitia ſi cōmunes ſint nati ⁊ mulieres. Enimuero cum tales ſint quibus imperatur oportet quo ipſi pareant imperio nec res nouas in ciuitate moliantur. Penitus auteꝫ contra eueniat neceſſarium eſt ex huiuſmodi lege ꝗ quoruꝫ cauſa optimas leges eſſe optet: ⁊ cuius grā Socrates cēſet ita inſtituenduꝫ ⁊ de natis ⁊ de mulieribus. Amicitiam enim putamus maximuꝫ eſſe bonuꝫ ciuitatibus: naꝫ ſic minime ſeditionibus agitabuntur: ⁊ vnaꝫ eſſe ciuitatē laudat maxime Socrates: quod ⁊ videtur ⁊ ipſe inquit eſſe amicitie opus: ut in amatorijs ſermonibus ſcimus dicentem Ariſtophanem. Propter eximiaꝫ amantiuꝫ cupiditatem applicari ſimul ⁊ ex duobus fieri vnuꝫ. Hic ergo neceſſarium eſt ambos corruptos eſſe uel vnuꝫ. At in ciuitatibus neceſſe eſt amicitiā infirmā fluxāqꝫ fieri ꝓp hiꝰ coitatē ⁊ minime dicere ſuuꝫ: aut filiū patrē: aut patrē filiū. Ut enim paruꝫ mellis multa in aqua diffuſuꝫ īſenſibileꝫ facit mixtionē. Sic accidit coitatē iſtaꝫ nequaq̄ꝫ neceſſariā in tali rep. a noibꝰ extimātibꝰ uel patrē ut filij uel filiū ut prīs uel fratres īuicē. Duo ſūt que faciūt hoīes curā hīe: ⁊ amare ꝓpriū. ſ. ⁊ affectio: quoruꝫ neutꝝ ſit neċe eſt in hiꝰ rep. Inſup trāſlatio illa natoꝝ ex agricolis ⁊ artificibꝰ in cuſtodes: ⁊ ex his in illos magnā ꝯtinet difficultatē: quēadmodū tādē fiet ⁊ cog̊ſcāt neċe eſt dātes ⁊ trāſferētes qbꝰ quos dedant. Preterea ⁊ ſupiꝰ dicta magis in his neċium eſt euenire: puta rixas ⁊ plagas ⁊ amores ⁊ cedes: nā nō āpliꝰ appellāt cuſtodes frēs ⁊ filios ⁊ prēs ⁊ mrēs q alijs ciuibꝰ dedunt: ⁊ rurſus q ex cuſtodibꝰ alijs ciuibꝰ ut tale caueāt aliqd ꝑpetrare ꝓp cōſanguinitatē. De coitate igit natoꝝ ⁊ mulierū determiatū ſit in hunc modū.

¶ Poſtq̄ꝫ philoſophus oſtendit ꝙ cauſa quaꝫ Socrates aſſignabat ſue legis nō erat rōnabilis: ſcilicet ꝙ optimum eſſet ciuitati eſſe maxime vnam: ⁊ iterum ꝙ maxima vnitas nō prouenit ex cōmunitate mulierum ⁊ filiorū: hic tertio vult oſtendere multas difficultates ⁊ inconuenientia que conſequentur ex tali lege: ⁊ proponit ſex rationes: circa quarum primā dicit: ꝙ illis qui conſtituunt hanc cōmunitatem mulierum ⁊ filiorum nō eſt facile ꝙ deuitent has difficultates ⁊ inconuenientia que dicentur. Primo enim non poteſt eſſe ꝙ in ciuitate non contingant vulnerationes ⁊ homicidia. Quandoqꝫ quidē inuoluntaria: puta: cum caſu fiunt. Quandoqꝫ autem uoluntaria: puta: cum fiunt ex odio uel ira. Et iteruꝫ rixe ⁊ maledictiones ſiue obprobria: que omnia multo magis incōueniens eſt ꝙ fiant parētibus uel aliquibus ꝓpinquis ſm̄ cognationem q̄ꝫ extraneis ⁊ remotis. Quanto enim naturaliter aliquis magis inclinatur ad amorem alterius tanto magis incōueniens eſt ꝙ ei inferat nocumentum. Et huiuſmodi nocumenta uel iniurie multo magis fient ad illos de quibus neſciet pro certo ꝙ ſint filij eoꝝ qbꝰ īferunt tales iniurias q̄ꝫ apud illos de quibꝰ pro certo ſcitur. Poteſt etiam cum hoc reputari ꝙ ſit facta aliqua diſſolutio propinquitatis que tollitur uł propter longinquam generationem uel quando etiam conſanguine abdicantur propter aliquam offenſaꝫ. Sed illi qui neſciunt propinquitatem nullam poſſunt putare ſolutionem: ⁊ ſic expiare debito modo non poſſunt: propinquitatis eſſe factam. Unde patet ꝙ huiuſmodi mala que in ciuitatibus proueniunt erunt magis incōuenientia ſi ponatur cōmunitas mulierum ⁊ filioruꝫ: quia ſcilicet continget ꝙ frequenter fiant ad propinquos.

¶ Secundam rationem ponit: ibi ⌊ Illud etiaꝫ abſurdum ⁊c̄. ⌋ ⁊ ſumitur hec ratio ex incōuenientibus que ſequētur ex concupiſcentia libidinum ſicut prima ſumebatur ex incōuenientibus que ſequentur ex ira uel odio. Conſiderandum eſt ergo ꝙ apud omnes reputatum fuit inconueniens ⁊ inhoneſtum ꝙ filij coirent cum matribus aut patres cum filiabus: ⁊ hoc oportebat accidere ſi ponerentur cōmunes filij: quia contingeret ꝙ filius cognoſceret matrem ſuaꝫ ſicut ⁊ aliquā aliam mulierem. ⁊ ſimiliter cōtingeret ꝙ pater cognoſceret carnaliter filiam ſuam ſicut ⁊ aliquam aliā. Socrates ergo ꝑſentiens hoc incōueniēs uoluit ipm̄ vitare tali ſtatuto ut per ꝑncipes ciuitatis impediretur coitus filij cum matre cum oportebat eſſe certum ad minus apud principes ciuitatis qui filium ſuſciperēt nutrienduꝫ. ⁊ ſimiliter ut impediretur per eoſdem ꝑncipes coitus patris ad filiam quando aliqua coniectura poſſet haberi ꝙ hec eſſet filia illius. ſed hoc ſtatutū Socratis philoſophus impugnat dupliciter. Primo quidem quia hoc ſtatutum videtur eſſe inſufficiens. Prohibebat enim filio ſolum coitum matris: non autem prohibebat ei amorem libidinoſum: quia nō indicabat ei ꝙ hec eſſet mater eius: neqꝫ etiam prohibebat ei alios uſus libidioſos: puta amplexus ⁊ oſcula que indecentiſſimum eſt eſſe inter propinquos: quia etiaꝫ amorem libidinoſum inter eos eſſe eſt inconueniens. Secundo improbat iſtud ſtatutum ꝓpter cauſam quā aſſignat. Dicebat enim ꝙ interdicendus erat coitus matris filio propter nullam aliam cauſam niſi ad vitādum delectationem ualde uehementem que ex amore naturali matris ⁊ filij proueniret qui ſuperadderetur libidinoſo amori. Uehementia autem delectationis in coitu ideo vitari uolebat ne homines nimis allicerentur ad intemperantiam. Dicit ergo Ariſtoteles ꝙ incōueniens eſt dicere ꝙ propter iſtam ſolam cauſam debeat aliquis abſtinere a coitu matris ⁊ nō ex hoc ſolo ꝙ mater eius eſt. Et eadem ratio eſt de alijs ꝓpinquis. ex ipſa enim ſanguinis propinquitate debent ſibi cognati quandam reuerentiam honeſtatis que tollitur per laſciuiam coitus. ¶ Tertiam ratinem ponit ibi ⌊ Uidetur autem magis prodeſſe ⁊c̄. ⌋ Et dicit ꝙ iſta lex Socratis de cōmunitate uxorum ⁊ filioruꝫ magis eſt utilis agricolis ⁊ alijs infime conditionis hominibus q̄ꝫ cuſtodibus ciuitatis: ideſt principibus ciuitatis ⁊ alijs magnis viris qui agunt curā de rebꝰ cōmunibus ciuitatis: qꝛ filij agricolaruꝫ exaltabunt ⁊ filij magnoꝝ deijcientur ſi oēs redigant in cōmune. Et ex hoc ſequit ꝙ minus erit amicitia inter magnos ⁊ plebeios. conſeruatur enim amicitia inter eos inquātum agricole ⁊ alij huiuſmodi ſunt ꝑncipibus ſubiecti: quia ut dicit in 9° ethicoruꝫ. Illud qd̄ eſt proportionabile vnicuiqꝫ ſaluat amicitiam. Subiectio auteꝫ conſeruatur in hoc ꝙ inferiores ꝑncipibus obediāt ⁊ non inſoleſcant: qd̄ quidem accidet ſi equipant maioribus in filijs ⁊ mulieribus. Unde patet ꝙ hec lex ſocratis impedit amicitiam ciuitatis que debet eſſe iter principes ⁊ ſubiectos. ¶ Quartam rōnem ponit: ibi ⌊ Penitus autem ⁊c̄. ⌋ Et dicit ꝙ ex tali lege omnino accidit contrarium eorum ad que intēdunt illi qui ponūt rectas leges: ⁊ iterū cōtrariū ei ꝓpter qd̄ ſocrates putauit ꝙ debeat ordiari lex de pueris ⁊ uxoribꝰ. Omnes enim cōmuniter putamus ꝙ amicitia ſit maximum bonuꝫ in ciuitatibus: quia ſi ſit amicitia inter ciues minime facient ſeditiones: ⁊ ad hoc intendunt omnes legiſlatores ut ciuitas ſit ſine ſeditionibꝰ. Unde omnes qui ponunt rectas leges ad hoc tendunt ut ſit amicitia inter omnes ciues. Socrates etiam dixit ꝙ optimum in ciuitate erat ꝙ eſſet vna. Unitas autē hominum adinuicem eſt effectus amicitie: ⁊ ſicut cōmuniter videtur omnibus ⁊ etiam ſicut Socrates dixit. Unde etiam Ariſtophanes dixit in ſermonibus quos de amore fecit ⁊ ſeinuicem amantes deſiderant ꝙ eſſent facti vnum per naturaꝫ. ⁊ quia hoc nō poteſt eſſe deſiderant ꝙ fiant vnum quantuꝫ poſſibile eſt. In hoc igitur caſu in quo Ariſtophanes loquitur ſequeretur ꝙ uel ambo ſe amantes corrumperent dum ex eis aliquid vnum fieret uel alter eoꝝ corrumperet: quaſi in alterum conuerſus. Sed in ciuitate propter talem communionem mulierum ⁊ filiorum ſequetur ꝙ amicitia diminuatur ⁊ minimum habebit de pondere ad amoreꝫ ꝙ uel pater dicat de aliquo iſte eſt meus filius cum ſimul dicat hoc de multis alijs in ciuitate exiſtentibus: aut filius dicat de patre hic eſt meus pater: cum etiam ipſe hoc de multis alijs dicat. Uidemus eniꝫ ꝙ ſi aliquis aliquod modicuꝫ dulce immittat in multaꝫ aquam fit inſenſibilis mixtio: ſicut cum paruꝫ de melle imponitur in multa aqua nihil ſentitur de dulcedine mellis. Unde familiaritas que ex iſtis noibus ꝓuenit in ciuitate ꝙ vnus dicit: hic eſt meus pater uel filius aut frater parū curabiꝛ ſi quilibet antiqor de quolibet iuniore dicat eū eſſe filiū: ⁊ ecōuerſo qlibet iunior dicat quēlibet antiqorē eſſe ſuū patrē: ⁊ oēs coetanei dicant ſe eſſe fratres. Et huius ratio eſt: quia duo ſunt que maxime faciūt hoies ſollicite curare de alijs ⁊ maxime diligere eos: quoꝝ vnū eſt ꝙ ſit ꝓprium ⁊ ſingularē eoꝝ. Unde hoies magis curāt de rebꝰ ꝓprijs q̄ꝫ de coibus ſicut ſupra habitum eſt. Aliud eſt ſpālis amor quem qs habet ad aliquē: qui qdem amor magis fit ad eū quem aliqs ſingulariter diligit q̄ꝫ ad euꝫ quē ſimul cū multis alijs diligit: ſicut videmus ꝙ etiā parentes magis diligunt filios vnigenitos q̄ꝫ ſi multos habeāt: quaſi amor diminuatur per coicationem ad multos. Sic igiꝛ patet ꝙ ſi ſit talis ordinatio ciuitatis qualem Socrates legē ordinauit diminuereꝛ amicitia ciuium adinuicē: qđ eſt ꝯtra intentionē legiſlatoꝝ. ¶ Quintam rōneꝫ ponit ibi [Inſup trāſlatio ⁊c̄.] Et dicit ꝙ ſm ordinationē Socratis oportebat ꝙ fieret trāſmutatio filioꝝ: ut illi. ſ. qui eſſent nati a qbuſdā matribus alijs dareꝛ ad nutriēdū ita ꝙ nullus cognoſceret propriū filiuꝫ: quō aūt hoc fieri poſſet ut. ſ. trāſferreꝛ filij agricultoꝝ ⁊ artificū ad nobiles qui cuſtodiūt ciuitatem: aut ecōuerſo nō de facili apparet. talis enim trāſlatio magnā turbationē ciuibus afferret: ⁊ ex alia parte nō poſſet oino tolli opinio de ꝓprijs filijs. qꝛ illi qui darent ⁊ tranſferrēt pueros oporteret ꝙ ſcirent a qbꝰ acciperent ⁊ qbus darent. Unde lex Socratis non cōſequeretur intentum ⁊ cum hoc induceret magnā turbationeꝫ. ¶ Sextā rōnem ponit ibi [Preterea ⁊c̄.] Et dicit ꝙ ꝓpter huiuſmodi tranſlationem puerorum maxime in talibus acciderēt ea que ſuperiꝰ dicta ſunt ſ. vulneratiōeſ. libidinoſi amores ⁊ homicidia inter ꝓpinquos. Uidemus ꝙ nunc pueri qui dantur ad cuſtodiam ⁊ nutritionem aliorum nō tanta affectione nominant ſuos propinquos ſicut ſi apud eos nutriantur ⁊ per conſequens non multuꝫ uerentur in ſuos ꝓpinquos aliquod p̄dictorum cōmittere: multo igitur magis ſi non cognoſcerent ſuos eſſe ꝓpinquos nihil talium uererentur facere. Ultmo aūt epilogando concludit ex hoc modo determinatum eſt de coione filiorum ⁊ uxorum quam Socrates inducere uolebat.

b Is conſequens eſt de rebus que poſſidentur cōſiderare quō ſit cōſtituendū illis qui in optima Rep. uerſari debeāt: utruꝫ cōes eē uel nō cōes: hoc ſeorſum ſcrutandum eſt: nec ſimul cū his que de natis ⁊ mulieribus conſtituuntur. Dico autem circa res: utrū ⁊ ſi ſint nati mulieresqꝫ ſeparatim queādmodū nūc ſint omnibus preſtet tamē res eſſe cōmunes ⁊ uſus: puta fundos proprios eſſe: fructus ꝟo in cōmune cōferre: qđ apud quaſdam ſit gentes: uel ꝯtra ſolum qdem cōmune eſſe ⁊ cōmuniter coli: fructus auteꝫ partiri in proprios uſus: qđ etiā facere dicuntur quidam barbarorum uel fundos ⁊ fructus eſſe communes.

¶ Poſtq̄ꝫ philoſophus improbuit legem Socratis quātum ad cōmunitateꝫ mulierū ⁊ pueroꝝ: hic improbat eaꝫ quātū ad cōmunitatē poſſeſſionū: ⁊ circa hoc duo facit. Primo ꝓponit. Scđo ondit ꝓpoſitum: ibi [Si ergo alij ⁊c̄.] Circa p̄mum tria facit. Primo ꝯtinuat ſe ad p̄cedentia dicēs: ꝙ ꝯſequēs ad premiſſa eſt ꝯſiderare de poſſeſſione: utruꝫ oporteat ordinare ꝙ illi qui debent ꝯuerſari ſm optimam ꝯuerſationem ciuilē habeant poſſeſſiones uel non cōes cōes. Scđo ibi [Hoc ſeorſum ⁊c̄.] Ondit ꝙ iſta queſtio ſeorſum eſt cōſideranda a p̄miſſa que erat de cōmunitate uxoruꝫ: ⁊ dicit ꝙ ꝯſiderādū eſt ſeorſum etiā ſi nihil eſſet ſtatutū de cōmunitate filioꝝ ⁊ uxorū utruꝫ. ſ. dato ꝙ filij ⁊ uxores nō ſint cōmunes: ſed ſeorſum qlibet hēat ꝓpriā uxorē ⁊ filios ſm modū qui nūc obſeruaꝛ melius ſit ꝙ poſſeſſiones ⁊ uſus eaꝝ ſint cōes oibꝰ ciuibꝰ q̄ꝫ ꝙ vnuſqſqꝫ habeat propriam poſſeſſionē ſicut nunc eſt. Tertio ibi [Dico autem circa ⁊c̄.] Diſtinguit modos quibus poſſibile eſt ciues cōmunicare in bonis poſſeſſis. Et ponit tres modos: quorum primus eſt. Ꝙ vnuſquiſqꝫ habeat ſeorſum proprium campum. Sed omnes fructus camporum deferantur ad commune ⁊ diſtribuātur in omnes qđ obſuabatur apud quaſdā nationes. Secundus modus eſt ꝙ econuerſo terra ſit communis ⁊ communiter colatur. Sed fructus agrorum diuidantur inter ciues ad proprium uſum cuiuſlibet. Et hic modus apud quoſdam barbaros obſeruabatur. Tertius modus eſt ut ⁊ campi ⁊ fructus ſint communes: qđ Socrates lege ſtatuenduꝫ eſſe dicebat. Deinde cum dicit.

¶ Si ergo alij forēt agricole: alius eēt modus ⁊ facilior: ſed cū ipſi ſibi laborēt iperādo magnas ea res affert difficultates. nā ſi in fruēdo ⁊ laborādo nō ſint pares neceſſe eſt: incuſationes exiſtāt ꝯtra fruētes qdē ⁊ ꝯſumētes multa: parꝝ ꝟo laborantes his qui minus conſumunt ⁊ multum laborant. Omnino auteꝫ cōuictus ois ⁊ cōmunitas hoium difficilis eſt: ⁊ maxime in his rebus probant eorum qui vna peregrinantur ſocietates: quoruꝫ pleriqꝫ fere diſſident inter ſe de paruis vilibuſqꝫ offenſi. Nos quoqꝫ miniſtris illis plurimuꝫ iraſcimur quibꝰ maxime utimur ad circularē famulatū. Cōmunes igiꝛ habere res has ⁊ hiꝰ continet difficultates.

¶ Oſtendit quid ſit uerum circa propoſitam queſtionē. ⁊ primo improbat legem Socratis de communitate poſſeſſionum: oſtendens que mala ex ea ſequerentur. Secundo oſtendit que bona per eam tollerentur: ibi [Eo autem modo ⁊c̄.] Circa p̄mū ponit tres rōnes: quaꝝ p̄ma eſt: qꝛ ſi poſſeſſiōes eſſent cōes oium ciuiuꝫ oporteret alterū duoꝝ eſſe. ſ. ꝙ uel agri colereꝛ per aliquos extraneos uel per aliquos ex ciuibꝰ. Et ſiquideꝫ per alios colerentur haberet aliqueꝫ difficultatem: qꝛ difficile eſſet aduocare tot extraneos agricolas: tamen hic modus eſſet facilior q̄ꝫ ſi aliqui ex ciuibus laborarent: hoc enim exhiberet multas difficultates. Non eni eſſet poſſibile ꝙ omnes ciues colerent agros: oporteret enim maiores maioribus negocijs intendere: minores autem agriculture: ⁊ tamen oporteret ꝙ maiores qui minus laborarent circa agriculturam plus acciperent de fructibus: ⁊ ſic non equaliter ſm proportionem correſponderet perceptio fructuum operibus ſiue laboribus agriculture. ⁊ propter hoc ex neceſſitate orirentur accuſationes ⁊ litigia: dum minores qui plus laborant murmurarent de maioribus ꝙ parum laborantes multum acciperent: ipſi autem equo minus acciperent plus laborantes. Et ſic patet ꝙ ex hac lege non ſequeretur vnitas ciuitatis ut Socrates uolebat: ſed potius diſcidium. ¶ Secundam rationem ponit ibi [Omnino autem conuictus ⁊c.] Et dicit ꝙ ualde difficile eſt ſm ꝙ multi homines ſimul ducãt vitam: ⁊ ꝙ communicent in quibuſdam humanis bonis ⁊ precipue in diuitijs. Uidemus enim ꝙ illi qui in aliquibus diuitijs cõmunicant multas habent diſſentiones adinuicem: ut patet in his qui ſimul peregrinantur: frequenter enim adinuicem diſſentiunt ex his que expendunt in cibis ⁊ potibus computum faciendo: ⁊ aliquando pro modico ſeinuicem propulſant ⁊ offendunt uerbo uel facto. Unde patet ꝙ ſi omnes ciues haberent communes omnes poſſeſſiones plurima litigia inter eos exiſterẽt. ¶ Tertiam rationem ponit ibi [Nos quoqȝ miniſtris ⁊c.] Et dicit ꝙ homines maxime offenduntur ſuis famulis quibus multum indigent ad aliqua ſimilia miſteria: ⁊ hoc propter communitatem conuerſationis vite. qui enim non frequẽter ſimul conuerſantur non frequenter habent turbationes adinuicem. Ex quo patet ꝙ communicatio inter homines exiſtens eſt frequẽter cauſa diſcordie. Ultimo autem concludit ꝙ premiſſe difficultates ⁊ alie ſimiles ſequerentur ex communitate poſſeſſionum in ciuitate. Deinde cum dicit.

¶ Eo autem modo quo nunc fit ſi inſuper moribus ⁊ moderatione legum rectaruȝ honeſteť non paruȝ preſtabit: habebit enĩ utriuſqȝ cõmoda: dico autẽ utriuſqȝ videlicet eius ꝙ cõmunes ſint res: ⁊ eius qđ proprie. Oportet eniȝ omnino ut res ſint proprie: ſed quodammodo communes. Cure eniȝ diuiſe incuſationes non pariẽt: imo proficient: utpote: ad propriuȝ vnoquoqȝ ſedulo incumbente. At vero per virtutem erunt: ut eſt in prouerbio amicoruȝ cõmunia. eſt autem etiam nunc quibuſdã in ciuitatibus in hunc modum ſubſcriptũ ne putetur ĩpoſſibile: ⁊ precipue in his que bene gubernanť: aliq̃ eſſe poſſunt. Propria enim ſua quiſqȝ poſſidens partim utilia facit amicis. partim utitur communibus: ut in lacedemone ſeruis utuntur viciſſim tanq̃ forent vniuſcuiuſqȝ: ⁊ preterea eq̃s ⁊ canibus ⁊ uehiculis. Patet igitur eſſe melius ut proprie ſint res: ſed uſu facere illas communes. Quemadmodũ autem hoc fiat legiſlatoris erit prouiſio. Eſt ſane inenarrabile quãtum interſit ad uoluptatem conſiderare aliquid eſſe proprium ſui. Non eniȝ fruſtra quiſqȝ ad ſeipſum amicitiam habet: eſt vero id naturale. Sed cuȝ amatio ſui reprehenditur: nõ illud reprehenditur quia ſe amat: ſed quia magis q̃ȝ oportet ſe amat quemadmodũ ⁊ amatio pecuniarum: nã amant omnes (ut ita dixerim) talia. Atqui ⁊ largiri ⁊ opẽ ferre amicis ⁊ hoſpitibꝰ ⁊ familiaribꝰ dulciſſimuȝ eſt qđ fit ſi proprie ſint facultates. Hec auteȝ non contingunt illis qui nimis vnam afficiunt ciuitatem.

¶ Oſtendit que bona per predictam legem tollerentur ⁊ ponit tres rationes: circa quarum primam dicit ꝙ ſi ita ordinetur in ciuitatibus ſicut ſe habet ꝙ ſcilicet poſſeſſiones ſint ciuibus diuiſe ⁊ hoc ordineť pulchris conſuetudinibus ⁊ iuſtis legibus habebit magnaȝ differentiã in exceſſu bonitatis ⁊ utilitatis reſpectu eius qđ ſocrates dicebat. Utrobiqȝ eniȝ inuenitur aliquid boni: ſcilicet ⁊ in hoc ꝙ ponũtur poſſeſſiones proprie ⁊ in hoc ꝙ ponuntur communes. Sed ſi poſſeſſiones ſunt proprie ⁊ ordinentur per rectas leges ⁊ conſuetudines qđ ciues ſibi inuicem communicent de ſuis bonis: habebit talis modus viuendi bonũ qđ eſt ex utroqȝ ſcilicet ⁊ ex communitate poſſeſſionum ⁊ diſtinctione earum: oportet enim poſſeſſiones ſimpliciter quidem eſſe proprias quantum ad proprietatem dominij. Sed ſm aliquem modum communes. Ex hoc eniȝ ꝙ ſunt proprie poſſeſſiones ſequitur ꝙ procurationes poſſeſſionum ſunt diuiſe dum vnuſquiſqȝ curat de poſſeſſione ſua. Et ex hoc ſequuntur duo bona quoruȝ vnũ eſt: ꝙ dum vnuſquiſqȝ intromittit ſe de ſuo proprio ⁊ non de eo qđ eſt alterius non fiunt litigia inter homines que ſolent fieri quando multi habent vnã rem ꝓcurare dum vni videtur ſic: ⁊ alij aliter facienduȝ. Aliud bonum eſt ꝙ vnuſquiſqȝ magis augebit poſſeſſionem ſuam inſiſtens ei ſollicitius tanq̃ proprie: ⁊ hoc modo erunt poſſeſſiones diuiſe. ſed propter virtutem ciuium qui erunt in inuiceȝ liberales ⁊ benefici erunt cõmunes ſm uſum. Sicut dicitur in prouerbio ꝙ ea que ſunt amicorum ſunt communia. Et ne cui videatur impoſſibile ſubiũgit ꝙ in quibuſdam ciuitatibus bene diſpoſitis eſt hoc ſtatutum ꝙ quedam ſint ipſo facto communia quantum ad uſum. Quedam autem fiant communia per uoluntatem ab ipſis dominis dum ſcilicet vnuſquiſqȝ habens propriam poſſeſſioneȝ quedam de bonis ſuis facit prouenire in utilitatem filiorum ſuorum amicorũ ⁊ quibuſdam de bonis ſuis utũtur amici ſui per ſeipſos tanq̃ rebus cõmunibus. Sicut erat in ciuitate Lacedemonia in qua vnus poterat uti ſeruo alterius ad ſuum miniſterium ac ſi eſſet proprius ſeruus. Similiter poterant uti equis ⁊ canibus ⁊ uehiculis aliorũ tanq̃ ſuis ſi indigerent ire ad agros in eadem tamen regione. Unde manifeſtum eſt ꝙ multo melius eſt ꝙ ſint proprie poſſeſſiones ſm dominiũ. Sed ꝙ fiant communes aliquo modo quãtuȝ ad uſuȝ. Quomodo autem uſus rerum propriarum poſſit fieri communis hoc pertinet ad prouidentiam boni legiſlatoris. ¶ Secundam rationem ponit ibi [Eſt ſane inenarrabile ⁊c.] Et dicit ꝙ non poteſt de facili enarrari quantum ſit delectabile reputare aliquid eſſe ſibi ꝓprium. Uenit eni hec delectatio ex hoc ꝙ homo amat ſeipȝ ꝓpter hoc eni vult ſibi bona. Nec ħ eſt uanuȝ ꝙ aliq̃s habet amicitiã ad ſeipm ſed nãle eſt. Quandoqȝ tamen iuſte vituperať aliquis ex hoc ꝙ eſt amator ſui ipſius. Sed qñ hoc in vituperiũ diciť nõ eſt hoc ſimpľr amare ſeipſum ſed magis q̃ꝫ opoꝛtet ſicut ⁊ amatores pecuniarum vituperantur quas tamen omnes aliquo modo amant: quia amatores pecuniarum vituperantur inquãtum amant eas magis q̃ꝫ opoꝛtet: habẽt autem delectationem que eſt de rebus pꝛopꝛijs habendis aufert lex Socratis. ¶ Tertiam rationem ponit ibi [Atqui ⁊ largiri ⁊c̃.] Et dicit ꝙ ualde delectabile eſt ꝙ homo donat uel auxilium ferat uel amicis uel extraneis uel quibuſcũqꝫ alijs: qđ quideꝫ fit per hoc ꝙ homo habet pꝛopꝛiam poſſeſſionem: vnde etiam hoc bonum tollit lex Socratis auferens pꝛopꝛietatem poſſeſſionum. Ultimo autem concludit ꝙ iſta inconuenientia accidunt his qui uolunt nimis vnire ciuitatem introducendo communitatem poſſeſſionum ⁊ uxoꝛuꝫ ⁊ filiorum. Deinde cum dicit.

¶ Et preterea duaruꝫ virtutuꝫ opera manifeſte tollunt temperãtie erga mulieres alienas a quibus laudabile eſt ſe abſtinere: ⁊ liberalitatis circa res poſſeſſas. neqꝫ enim diſcerni poterit liberalis: neqꝫ liberalem operationem faciet ullam. Naꝫ in uſu earum rerum que ipſi poſſidemus liberalitatis eſt opus. Illiuſmodi itaqꝫ legis poſitio facieꝫ habet apparẽtem: quaꝫ auditoꝛ libenter recipit putans fore mirabilem quandaꝫ amicitiam omnibus erga omnes pꝛeſertim cuꝫ quis incõmoda accuſat Rerump. nunc pꝛouenientia ex eo quia non ſint cõmunes omnium facultates ceu litigia ex contractibus falſoꝛuꝫ teſtium accuſationes: diuitum adulationes: quorum nihil fit pꝛopter pꝛobitatem ſed pꝛopter impꝛobitatem: cum etiam eos in cõmuni habentes multo magis inter ſe litigare videamus q̃ꝫ eos que ſeparatim poſſident. Inſuper equũ erat referre non ſoluꝫ quantis malis pꝛiuabuntur ſi cõmunitatem rerum habebunt: ſed etiam quantis bonis. videtur autem omnino impoſſibilis eſſe illa vita.

¶ Obijcit ſimul contra utrãqꝫ poſitionem: ſcilicet de cõmunitate uxorum ⁊ poſſeſſionum: ⁊ inducit etiam ad hoc tres rationes: quarum pꝛima eſt: ꝙ illi qui uolunt ſic nimis vnire ciuitatem manifeſte interimunt opera duarum virtutum: ſcilicet temperantie inquãtum eſt circa mulieres. Opus enim temperantie eſt abſtinere a muliere aliena: qđ non habebit locum ſi omnes mulieres ſint cõmunes. Similiter introducens cõmunitatem poſſeſſionum aufert actum liberalitatis. Non enim poterit eſſe manifeſtum de aliquo an ſit liberalis: nec aliquis poterit actum liberalitatis exercere ex quo non habet pꝛopꝛias poſſeſſiones in quaruꝫ uſu cõſiſtit opus liberalitatis. Pꝛouidus homo pꝛopꝛia expendit ⁊ dat. Quod autem aliquis det cõmunia non eſt multum liberalitatis. ¶ Secundam rationem ponit ibi [Illiuſmodi itaqꝫ ⁊c̃.] Et dicit ꝙ lex Socratis pꝛedicta videtur bona in ſuperficie. Et videtur ꝙ ſit amabilis ab hominibus ⁊ hoc pꝛopter duo. Pꝛimo pꝛopter bonum qđ aliquis ſuſpicatur futurum ex tali lege. Quando eniꝫ aliquis audit ꝙ inter ciues ſint omnia cõmunia ſuſcipitur hoc cum gaudio reputans amicitiam admirabilem futuram per hoc omnium ad omnes. Secundo pꝛopter mala que putat tolli per hanc legem. Accuſat enim aliquis mala que nunc fiunt in ciuitatibus ſicut diſceptationes hominuꝫ adinuicem circa contractus ⁊ iudicia de teſtimonijs falſis: ⁊ hoc ꝙ pauperes adulantur diuitibꝰ tanq̃ꝫ omnia iſta fiant pꝛopter hoc ꝙ paſſiones non ſunt communes. Sed ſi aliquis recte conſideret nihil hoꝛum fit pꝛopter hoc ꝙ poſſeſſiones non ſunt communes ſed pꝛopter maliciam hominum. Uidemus enim ꝙ illi qui poſſident aliqua in communi multo magis diſſident adinuiceꝫ q̃ꝫ illi qui habent ſeparatas poſſeſſiones. Sed quia pauci ſunt illi qui habent poſſeſſiones communes reſpectu illoꝛum qui habent diuiſas pꝛopter hoc pauciora litigia ueniunt ex communitate poſſeſſionuꝫ. Tamen ſi omnes haberent cõmunes multo plura litigia eẽnt. ¶ Tertiaꝫ rationẽ ponit ibi [Inſup equuꝫ erat ⁊c̃.] Et dicit ꝙ homo non ſolũ debet conſiderare quot malis pꝛiuentur illi qui habent communes poſſeſſiones ⁊ uxoꝛes: ſed etiam quot bonis pꝛiuentur. Debet eni legiſlatoꝛ ſuſtinere aliqua mala ne p̄uentur maioꝛa bona: tot autem bona pꝛiuantur per hanc legem Socratis ꝙ videtur eſſe impoſſibilis talis conuerſatio vite: ut patet per inconuenientia ſupꝛa poſita.

c Auſam ꝟo Socrati huius erroris putandum eſt fuiſſe ſuppoſitionem non rectam. Opoꝛtet enim quodammodo vnam eſſe ciuitatem ⁊ domum ſed non penitus. Eſt enim quo ſi ꝓcedat non erit ciuitas. eſt etiam quo erit quidem pꝛope ut non ſit ciuitas. deterioꝛ ciuitas: uelut ſiquis concentum faciat vniuocum ⁊ uerſum pedem vnũ. Sed opoꝛtet cũ ſit multitudo (ut pꝛius diximus) per diſciplinam communeꝫ ⁊ vnam efficere: ⁊ qui diſciplinam ſit adhibiturus uolens per illam ſtudioſam facere ciuitatem. Abſurdum eſt ſi per talia quedam inſtituendam putet: ac non per mores ⁊ per philoſophiam ⁊ per leges ueluti ſeruorum iumentorumqꝫ in Lacedemone ⁊ comeſſationum in Creta legiſlatoꝛ communionem induxit.

¶ Poſtq̃ꝫ philoſophus impugnauit legẽ Socratis oſtẽdens eam eſſe inconuenientem: hic impugnat eaꝫ oſtẽdens eſſe inſufficientem: ⁊ circa hoc duo facit. Pꝛimo oſtendit ꝙ non habuit ſufficiens motiuum. Secundo oſtendit ꝙ id quod ponebatur inſufficiens erat: ibi [Modus ꝟo ⁊c̃.] Circa pꝛimum duo facit. Pꝛimo oſtendit motiuum eſſe inſufficiens pꝛopter falſam ſuppoſitionem. Secundo pꝛopter defectum experientie: que requiritur in legibus condendis ibi [Neqꝫ illud ſane ⁊c̃.] Dicit ergo pꝛimo ꝙ cauſa quare Socrates deuiauit a ueritate circa legem de communitate poſſeſſionum filiorum ⁊ uxorum opoꝛtet putare fuiſſe quia ſupponebat quandam ſuppoſitionem non rectam: ſcilicet ꝙ ſummum bonum ciuitatum eſſet ꝙ ipſa eſſet maxime vna. Hec autem ſuppoſitio ideo non eſt recta quia ad ciuitatem ⁊ domum ſicut ſupꝛa dictum eſt requirit aliqua vnitas ſed nõ oĩmoda. Unde intãtũ põt ꝓcedere vnitas ciuitatis qđ iã nõ erit ciuitas: puta ſi omnes ſint vnius artis ⁊ ꝙ habitantes in vna domo. Intantum autem poteſt procedere vnitas quod erit in propinquo ad hoc ꝙ non ſit ciuitas. Unde ſequitur ꝙ ſit peior quia vnumquodque tanto deterius eſt quanto magis appropinquat ad ſuum non eſſe: ſicut ſi tollatur aliqua diſtinctio officioꝝ que ſunt neceſſaria ad bene eſſe ciuitatis. ⁊ ponit exẽplũ ſi aliqͥs faciat ꝯcẽtũ vniuocũ. i. oẽs cantãtes in vna uoce: iaꝫ nõ erit ſimphonia ⁊ ꝯſonãtia uocũ cui ſimilat̃ ciuitas ex diuerſis ꝯſiſtẽs. Similiter ſiqͥs faceret uerſuꝫ pedẽ vnũ: ideſt carmen vno pede tantum numero conſtare: quia tunc carmen non eſſet qō ex multis numero pedibus conficitur. Et ita poteſt intantum procedere vnitas ꝙ tollatur ciuitas: ſed ſicut ſupra dictum eſt oportet in ciuitate eſſe quidem diuerſorum multitudinem. Sed ꝙ ciuitas fiat vna ⁊ communis propter quandam diſciplinam legum recte poſitarum. Sed ſi aliquis qui erat inducturus diſciplinam ad vniendum ciuitatem putet per hanc legem de communitate filiorum ⁊ uxorum fieri ciuitatem bonam inconueniens eſt: ſi eſtimet ꝙ per tales communitates poſſit rectificare ciuitatem ⁊ non magis per bonas conſuetudines ⁊ leges ⁊ per ſapientiam circa talia: ſicut dictum eſt ſupra. ꝙ Lacedemones poſſeſſiones proprias faciebant cõmunes quãtum ad uſum: ⁊ in Creta etiam fecit Legiſlator eſſe aliqua communia: ut fierent quedaꝫ conuiuia publica ciuibus ſm aliqua tempora ad hoc iſtituta: ut inter eos maior familiaritas eſſet. Deinde cum dicit.

¶ Neqꝫ illud ſane ignorãdũ eſt quia oportet ad longum tempus ac diuturnas conſuetudines inſpicere an recte ſe habeant. Ferme enim omnia inuenta ſunt quideꝫ: ſed alia non inducta: alia ab expertis repudiata. Maxime auteꝫ id apparet ſiquis per opera inſpiciat Remp. ſic inſtitutam. Non aliter enim poterit feciſſe ciuitatem niſi ſeparet illa atque diſtinguat: partim in comeſſationes: partim in genera: partim in tribus. Itaqꝫ nihil aliud contingit lege prouiſum eſſe niſi ut cuſtodes agros non colant: quod nunc Lacedemonij facere ceptant.

¶ Oſtendit inſufficientiam motiui propter defectuꝫ experientie ⁊ dicit ꝙ ad hoc ꝙ leges bene ponãtur oportet hoc nõ ignorare: quia debet aliquis multo tempore conſiderare ⁊ multis annis ut manifeſtum ſit per experientiam ſi tales leges uel ſtatuta bene ſe habeant. Eſtimandum eſt enim ꝙ in longitudine precedentiuꝫ temporum fere omnia inuenta ſunt circa conuerſationem humanam que excogitari poſſunt: ſed quedaꝫ eorum non ſunt inducta: ideſt non eſt uſqꝫ ad hoc in eis proceſſum ꝙ lege ſtatuerentur: quia ſtatim eorum incõuenientia apparebat. Quedam ꝟo ſunt quidem ſtatuta ſed receſſerunt ab uſu dum cognouerunt homines ꝙ non erant utilia. Et hoc maxime manifeſtum ſit ſiquis per experientiam ordinis inſpiciat talem ordinem ciuitatis inſtitutum qualem Socrates dixit. Impoſſibile enim eſt ꝙ fiat ciuitas niſi per aliquam operationem ⁊ ſegregationem: puta: ꝙ de bonis communibus fiat diſtributio per diuerſa conuiuia: uel per diuerſa genera: aut per diuerſas tribus: ideſt ſocietates ciuitatis aut regionis. Quia igit̃ neceſſe eſt omnino ꝙ fiat diſtributio bonorum communium quantuꝫ ad rem nihil aliud affertur per ſtatutum talis legis de communitate poſſeſſionum: niſi ꝙ municipes: ideſt qui continue morantur in ciuitate non habeant curaꝫ de agris colendis: quaſi nõ habentes agros proprios: ſed etiam ſi non ſint agri communes hocipſuꝫ fieri poteſt: ſicut Lacedemonij facere conantur: ut ſcilicet per alios agri colant̃ quãuis ſint ꝓprij. Deinde cũ dic̃.

¶ Modus ꝟo totius Reip. quis futurus ſit in communione de gentibus neqꝫ Socrates ipſe inquit: neqꝫ dictu facile eſt. At qui multitudo ciuitatis diuerſorum ciuiuꝫ eſt multitudo: de quibus nihil determinatum eſt an ⁊ agricolis communes eſſe facultates oporteat uel proprias ſingulorum. Preterea utruꝫ mulieres ⁊ pueros proprios uel communes. Si enim eodeꝫ modo communia ſunt omnia omnium: quid differrent iſti ab illis cuſtodibus: uel quid plus ſuſtinentibus eorum imperiuꝫ: uel quam ob cauſam imperium ſuſtinebunt niſi forte pretexunt aliquid tale quale Cretenſes qui cetera omnia ſeruis permittentes Gymnaſia ſolum illis uetuerunt ⁊ armorum poſſeſſionem. Quod ſi ut in alijs ciuitatibus ita apud illos talia erunt: quis modus erit cõmunitatis. Neceſſe eſt enim duas ciuitates in vna eſſe ciuitate: ⁊ eas inter ſe contrarias: facit enim alios quidem cuſtodes quaſi in preſidio conſtitutos: alios agricolas ⁊ artifices ⁊ ceteros ciues. Litigia ꝟo ⁊ iudicia ⁊ ꝙ alia mala ciuitatibus prouenire inquit omnia prouenient etiam iſtis: quanq̃ꝫ dicat Socrates fore ut non multum legibus indigeant propter diſciplinam: ueluti circa res urbanas ⁊ circa forum ⁊ alijs huiuſmodi legibus: tribuens ſolum diſciplinam cuſtodibus. Inſuper dominos facit ſuaruꝫ rerũ agricolas ac tollere permittit: at multo magis putandum eſt fore illos graues ⁊ inſolẽtes q̃ꝫ illas que apud quoſdã ſunt Hilocias uel Peneſtias uel Paechias.

¶ Oſtendit inconuenientiam legis Platonice quãtuꝫ ad id qō ponebat: ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit inſufficientiam predicte legis quãtuꝫ ad ea de quibus eſt. Secundo quãtũ ad quedã cõmunia: ibi[Enĩ uero ſiue neceſſaria ⁊c̃.] Circa primuꝫ inducit tres rationes: quarũ prima oſtendit inſufficientiam predicte legis quantum ad hoc ꝙ non poterat ſm eam ſufficiẽter diſtingui multitudo ciuitatis: ⁊ dicit ꝙ non ſolum lex Socratis facere videbatur ꝙ municipes agros nõ colerent tanqꝫ non proprios exiſtentes: ſed neqꝫ etiaꝫ Socrates dixit quis modus eſſet totius conuerſationis politice inſtituende ſm ſuam legem communicantibus: ideſt habentibus omnia communia: neqꝫ etiam poſſibile eſt a quouis alio dicere hac lege ſeruata. Neceſſe eni eſt ꝙ multitudo ciuitatis ſit multitudo hoiuꝫ diuerſorum ſm diuerſos ſtatus. De quorum diuerſitate qualiter eſſe poſſit nihil eſt determinatum a Socrate. Neceſſe enim eſt dicere ꝙ agricolis ſint poſſeſſiones communes ſimul cum alijs ciuibus ⁊ filij ⁊ uxores: aut ꝙ habeant ſeorſum proprias ⁊ poſſeſſiones ⁊ uxores preter alios ciues. Hoc autem ſecundo modo contingit aſſignare diuerſitatem eorum ab alijs ciuibus: tuȝ propter differentiam eorum in poſſeſſionibꝰ. tum etiam propter parentum originem. Sed ſi eodeȝ modo ſint communia omnia predicta omnibus alijs nulla differentia inuenietur ſm quam poſſint diuerſificari agricole a cuſtodibus: neqȝ etiam poterit aſſignari quid plus conſequantur illi qui portant pondus principatus in regendo ciuitatem: ⁊ ſic inutiliter laborabunt. Nunc autem habent hoc emolumentum ꝙ attribuuntur eis plures poſſeſſiones: ⁊ filij eorum nobilitantur. Similiter etiam non poterit aſſignari qui paſſi fuerunt principatuȝ: ideſt propter quaȝ eorum conditionem precedentem ad principatum aſſumantur. Nunc enim conſueuerunt ad principatus aſſumi qui ſunt nobiliores origine uel excellentiores diuites. Excellentia autem ſm virtutem non ſemper eſt ita manifeſta qđ ſm eam ſolam ſufficienter poſſint inueniri homines qui aſſumãtur ad principatus. Poſſet autem aliquis dicere ꝙ illi qui ſeruarent legem Socratis ſuſciperent tale aliquid obſeruandum quale obſeruant Cretenſes qui agriculturaȝ ⁊ alia huiuſmodi artificia dimittunt exercenda per ſeruos: quibus ſolum interdicunt Gymnaſia: ideſt exercitia corporalia ⁊ uſum armorum: ut ſm hoc non oporteat diſtinguere inter agricolas ⁊ alios cuſtodes. Quia exercentes agriculturam ⁊ artifices ſm hoc non erant ciues ſed ſerui. Sed ſi in ciuitate quam Socrates intendit inſtituere erũt huiuſmodi ordinata ſicut in alijs ciuitatibus: ut ſcilicet quidam ciuium ſint agricole ⁊ artifices: non videbitur eſſe vna cõmunitas: quia in vna ciuitate neceſſarium erat eſſe quaſi duas ciuitates ſibi contrarias. Ex vna enim parte erunt cuſtodes qui cuſtodiunt ciuitatem nihil aliud operantes: ⁊ ex alia parte erunt agricole ⁊ artifices: operantes: quos oportet eſſe contrarios ad inuicem ex hoc ipſo qđ laborantibꝰ alij non laborant ⁊ tamen plura de fructibus recipiũt ſicut etiam ſupra dictuȝ eſt. Si vͦ poſſeſſiones nõ ſunt cõmunes: non erit ex hoc litigium: quia quilibet procurabit ꝙ colantur agri ſui uel per alium uel per ſeipſum: ⁊ dum minores ſeruient maioribus ab eis aliqđ lucrum recipientes erit vna communicatio inter eos.

¶ Secundã rationẽ ponit ibi⌊ Litigia vͦ ⁊ iudicia ⁊ qđ alia mala ⁊c̃. ⌋ Et dicit ꝙ in ciuitate habente omnia cõmunia: ſicut Socrates dixit: inuenietur mutue accuſationes: ⁊ diſceptatiões: ⁊ omnia alia mala que Socrates dicit nunc eſſe in ciuitatibus. Diſceptabũt enim ciues adinuiceȝ de hoc ꝙ non equaliter laborãt nec equaliter fructum recipiunt: ⁊ de multis etiã alijs quãuis Socrates putauerit ꝙ iſta mala in ciuitate in qua eſſent omnia cõmunia non eſſent. Et propter hoc dicebat ꝙ propter huiuſmodi diſciplinam non indigeret ciuitas multis legibus: ſed ſolum quibuſdam paucis: ſcilicet circa habitationem municipij: ⁊ circa forũ iudiciorum: uel etiam circa forum rerum uenalium ⁊ circa alia huiuſmodi: ſine quoruȝ ordinatione ciuitas eſſe non poteſt: ita tamen ꝙ huiuſmodi diſciplinam legum attribuebat ſolum cuſtodibus ciuitatis: non autem agricolis qui extra ciuitatem ⁊ municipium morabantur. Et ſic patet ꝙ lex Socratis erat inſufficiẽs: quia non poterat a ciuitate extirpare mala que tollere conabatur.

¶ Tertiã rationẽ ponit ibi⌊ Inſuper dominos ⁊c̃. ⌋ Et dicit ꝙ Socrates cõmittebat ſm ſuaȝ legem totam diſpoſitionem poſſeſſionũ agricolis quibus dicebat eſſe cõmittendum ꝙ fructus agrorum offerrent ciuibus circa alia uacantibꝰ: ⁊ ex hoc putabat ꝙ agricole propter hanc poteſtatem efficerentur obſequioſi ⁊ humiliter ſeruientes alijs ciuibus: ſed totum contrarium accideret. multo enim magis eſt ueriſimile ꝙ ex quo haberent omnia in ſua poteſtate ꝙ eſſent graues alijs ciuibus ⁊ adinuenirẽt aſtutias ad defraudandum eos q̃ȝ ꝙ humiliter eis ſeruirent. Et ſic patet ꝙ lex Socratis de cõmunitate mulierum ⁊ poſſeſſionum inſufficiens erat: quia non poterat implere qđ conabatur. Deinde cum dicit.

¶ Enimuero ſiue neceſſaria ſunt hec ſimiliter ſiue non: nihil nunc quidem determinatuȝ eſt: neqȝ de conſequentibus que ſit eoꝝ admiſtratio ⁊ diſciplina ⁊ leges quedam: eſt aũt neqȝ facile reperire: neqȝ parum referens quales hos eſſe oportet ad conſeruandã cuſtoduȝ cõmunionem.

¶ Oſtendit inſufficientiã legis Socratis quãtũ ad alia conſequentia: ⁊ primo in generali. Secundo in ſpeciali ibi⌊ Atqui ſi mulieres faciet cõmunes ⁊c̃. ⌋ Dicit ergo primo ꝙ ſiue iſta que Socrates poſuit de cõmunitate mulierum ⁊ poſſeſſionuȝ ſit neceſſaria ciuitatis ſiue non tamẽ de conſequentibus nihil determinauit ſcilicet qualis debeat eſſe ordinatio politice conuerſationis ⁊ qualis diſciplina ⁊ quales leges proprie eorũ qui ſic habent omnia cõmunia. Non enim de facili eſt inuenire aliquas tales: neq; parum refert quales hos eſſe oportet qui hanc cõmunionem cuſtodum conſeruare debent. Unde quibuſdam ſpecialibus legibus ⁊ ſpeciali diſciplina eſſent imbuendi. Deinde cũ dic̃.

¶ Atqui ſi mulieres faciet cõmunes: facultates vͦ proprias: quis curaȝ habebit rei domeſtice: ut agriculture viri: Si ſint cõmunes facultates ⁊ agricolarũ mulieres. Abſurduȝ etiã ex beſtijs facere ſilitudinẽ: ꝙ ꝯueniat eadẽ exercere mulieres que viri ad q̊s rei domeſtice cura neq̃ȝ ꝑtinet.

¶ Oſtendit inſufficientiam in ſpeciali: ⁊ primo quãtuȝ ad mulieres. Secundo quãtum ad principes: ibi⌊ Periculoſa eſt inſuper ⁊c̃. ⌋ Tertio quãtum ad cõmuneȝ ciuitatis felicitatem: ibi⌊ Preterea cuſtodibus felicitatem ⁊c̃. ⌋ Quãtum ad mulieres autem duo tangit. Primo ꝙ non poteſt ſufficienter ordinari de mulieribus ſi ſint cõmunes cuſtodibus ⁊ agricolis: etiã ſi poſſeſſiones ſint proprie ⁊ diſtincte utriſq;. Conſtat enim ꝙ ſi ſint communes: oportet ꝙ agricole diſpenſent ea que ſunt in agris non poterunt ſimul uti mulieribus in ciuitate exiſtentibus ⁊ agros colere. Sed ſi facultates ſint proprie mulieres cõmunes non poterunt mulieres intendere rei domeſtice ſicut viri poterunt intẽdere agriculture. Si econtra facultates ſint cõmunes ⁊ uxores proprie agricolarum ſimul enim poterunt ⁊ agros colere ⁊ uxoribus ſecum habitantibus operam dare. Secundo circa mulieres dicit ꝙ Socrates dicebat ꝙ mulieres debebant eadem tractare cuȝ viris: ut ſcilicet colerent agros ⁊ pugnarent ⁊ alia huiuſmodi facerent ſicut viri: ⁊ accipiebat ſimilitudineȝ a beſtijs in quibus femine ſimilia operãtur maſculis. Sed Ariſtoteles iſtud dicit eſſe inconueniens nec eſſe ſimile: qꝛ beſtie nihil participant de vita iconomica: in qua quidem vita mulieres habent quedam propria opera quibus oportet eas intendere ⁊ abſtinere ſemper ab operibus ciuilibus. Deinde cum dicit.

¶ Periculoſa eſt iſuꝑ Magiſtratuū cōſtitutio quaʒ ſic facit Socrates ut ſemꝑ ſint ijdē. at h̄ ſeditiōis eſt cā: ēt apud illos qui nullā poſſidēt dignitateʒ: quid ergo apud bellicoſos ⁊ animoſos viros? Quod aūt ſibi neceſſariū ſit eoſdē ſemper magiſtratus facere patet. Non eniʒ alioruʒ modo ⁊ modo alioruʒ miſcetur animis diuinuʒ illud auruʒ: ſed ſemper eiſdeʒ. Inquit auteʒ quibuſdaʒ ſtatiʒ a genitura aurū miſceri: quibuſdam argentuʒ: es ꝟo ⁊ ferruʒ illis qui artifices futuri ſunt aut agricole.

¶ Oſtendit inſufficientiam quantum ad principes ⁊ dicit ꝙ non eſt ſecurum ciuitati ꝙ hoc modo inſtituant p̄ncipes ciuitatis ſicut Socrates inſtituebat. Ordinauit enim ꝙ ſemper manerent ijdem principes: quod quidem ſemper fuit cauſa ſeditionis: etiam apud homines non magni ualoris: ⁊ multo magis apud homines animoſos ⁊ bellicoſos qui non poſſunt de facili pati ꝙ ipſi ſemper ſubijciantur ⁊ alij principentur. Et ſubiungit cauſam quare Socrates inſtituebat ꝙ ſemper eſſent ijdem principes. Dicebat enim ꝙ ſicut in quibuſdam mineris terrarum inuenitur auruʒ: in quibuſdam argentuʒ: in quibuſdam ꝟo ferruʒ aut es: Ita in animabus quorundam hominum qui abundant in ſapientia ⁊ virtute eſt aurū quos iuſtuʒ eſt principari. In quibuſdam ꝟo argentum qui ſunt ſecūdi gradus. In quibuſdam ꝟo qui non ſunt perfecti ad ſapiam ⁊ virtutem inuenitur quaſi es aut ferrū: ⁊ tales ſm̄ ip̄m debent fieri agricole ⁊ artifices. Manifeſtum eſt autē ꝙ iſtud non commutatur: ita ꝙ quandoqʒ iſtis hominibus ſit inditum aurum ⁊ quandoqʒ alijs: ſed ſemper eiſdeʒ. Unde ſequitur ꝙ ijdem principentur. Deinde cum dicit.

¶ Preterea cuſtodibus felicitatē auferēs totaʒ inquit ciuitateʒ facere beataʒ oportet Legiſlatoreʒ. At impoſſibile eſt totam eſſe beataʒ niſi aut plurimi aut oēs partes aut quedaʒ habeant felicitateʒ. Non eniʒ eorūdem eſt felicitas quoruʒ ⁊ pars: nam pars recipit toti exiſtere ⁊ ſi nulli partium ad felicitateʒ impoſſibile. Quod ſi cuſtodes non erunt felices: qui tandeʒ alij? non eniʒ artifices quidē: neqʒ vulgus. Illa igitur Reſp. de qua Socrates locutꝰ eſt has ꝯtinet difficultates ⁊ alias his nō miores.

¶ Oſtendit inſufficientiam quantum ad cōem ciuitatis felicitatem. Dicebat enim Socrates ꝙ Legiſlator debet ad hoc attendere ꝙ faciat totaʒ ciuitatem felicem ⁊ quantuʒ ad opera virtutis ⁊ quantum ad exteriora bona: cuʒ tamen Socrates per ſuam legem auferret a ſingulis ciuibus felicitatem: qꝛ uolebat ꝙ non haberent aliquid propriuʒ nec in poſſeſſionibus nec in mulieribus nec in filijs: que quidem pertinent ad felicitatem tanq̄ʒ organice deſeruientia: ut dicit̄ in p̄mo ethicoꝝ. Hoc aūt eſt impoſſibile ꝙ tota ciuitas ſit felix: niſi uel omnes uel plures partes ciuitatis felicitatem habeant. Non enim eſt felicitas ciuitatis ſicut numerus par ⁊ alia ſimilia. Partes enim numeri paris quandoqʒ ſunt impares: ſicut partes ſenarij ſunt duo trinarij.

Et preterea ſi cuſtodes ciuitatis non ſunt felices quis alij erunt felices ad hoc ꝙ in eis felicitas ciuitatis ſeruari poſſit: Nō enim poteſt dici ꝙ agricole ⁊ mercēnarij ſint felices qui ſunt infimi in ciuitate. Non enim felicitas que eſt optimum ciuitatis poteſt ſaluari in infima eius parte. Ultimo autem epilogando concludit quia cōuerſatio politica ciuitatis de qua Socrates dixit habet predictas dubitatiōes ⁊ quaſdam alias nō minores predictis.

f Erme autem ſil̄r circa leges quoqʒ ſe habet poſtea ſcriptas. Quapꝑ ⁊ de illa reip. ꝑte cogitare parū meliꝰ erit. Etenim in Rep. de paucis admodū determinauit Socrates: ut de mulierū ⁊ natoruʒ cōmunitate ⁊ de rebus poſſeſſis ac de inſtitutione Reip.

¶ Poſtq̄ʒ philoſophus improbauit poſitionem ſocratiſ de cōmunitate mulierum ⁊ puerorum ⁊ poſitionū q̄d ponebat quaſi principale in ſua politica: hic inquirit de alijs conſequentibus: legibus ⁊ primo narrat eas. Secundo diſputat contra eas: ibi[Superfluum ergo ⁊c.] Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secundo proſequitur intentum: ibi[Diuiſit enim ⁊c.] Dicit ergo primo ꝙ ſicut habet multas dubitationes lex de cōmunitate mulierum etiam poſſeſſionum: ita etiaʒ ⁊ alie eius conſequentes leges: ⁊ ideo melius eſt ꝙ de tota eius politica aliqua pauca hic dicantur quia de paucis in ſua politia determinauit Socrates: ſcilicet de cōmunitate uxorum ⁊ filiorū ⁊ poſſeſſionis quō debeāt ſe hr̄e: ⁊ ſuꝑ hoc determinauit ordinē politice ꝯuerſationis. Deinde cum dicit.

¶ Diuiſit eniʒ in duas partes multitudinē habitantiū: in agricolas ⁊ propulſatores belli. Tertiā ex his fecit eos qui conſultāt ac deliberant ⁊ in quibus ſumma Reip. conſiſtit auctoritas. Agricole ꝟo ⁊ artifices: utrum nullius magiſtratus an alicuius participes ſint: ⁊ utruʒ arma poſſidere debeant ⁊ vna pugnare nihil determinauit: ſed mulieres cenſet vna pugnare debere ac diſciplinā hr̄e tādē quā cuſtodes. Cetera ꝟo extraneis peregit ſermonibꝰ.

¶ Recitat ea que Socrates dixit de ordine politie: naʒ de cōmunitate ſatis ſupra dictum eſt: ⁊ primo quātuʒ ad partes ciuitatis. Secundo quātum ad diſciplinam ciuium: ibi[Et de diſciplina cuſtoduʒ ⁊c.] Circa primuʒ quatuor dicit: quorum primum eſt ꝙ Socrates totam multitudinem habitantium ciuitatem diuidebat in duas partes: Quarum vna erat agricolarum ⁊ artificum: alia ꝟo erat virorum bellatorum: addebat autem ⁊ tertiam partem: ſcilicet conſiliuʒ ⁊ principes ciuitatis. Secundo dicit ꝙ Socrates dicere de agricolis ⁊ artificibus utrum debeant aliquem principatum habere ⁊ utrum etiam debeant aliquo modo pugnare uel non omiſit. Tertio dicit ꝙ Socrates exiſtimauit ꝙ oportebat mulieres bellare ⁊ alia ſimilia facē viris. Quarto dicit ꝙ alias quidem partes ſue politice impleuit multis ſermonibus extraneis qui non pertinebant ad materiam politice interponens multa de naturalibus ⁊ de alijs ſcientijs. Deinde cum dicit.

¶ Et de diſciplina cuſtodum qualem eſſe illam oporteret. Legum autem maxia quidē pars leges exiſtunt. Pauca ꝟo de Rep. dixit q̄ꝫ dū pergit coioneꝫ facere paulatim circumagit in aliaꝫ Rēp. Preter cōmunitatem enim mulierum ⁊ rerum poſſeſſarum cetera eadem utriſqꝫ attribuit: nam ⁊ diſciplinam eandem ⁊ abſtinentes viuere ab opibus neceſſarijs: ⁊ de comeſſationibus eodeꝫ mō. Preter q̄ꝫ qō hic exiſtimat mulierū quoqꝫ comeſſationes eſſe debere ⁊ hanc mille hn̄tium arma: illam ꝟo quatuor milium.

¶ Narrat qd Socrates dixit de diſciplina ciuitatis: ⁊ circa hoc tria facit. Primo dicit in cōi ꝙ Socrates dixit de diſciplina ciuitatis ꝙ opꝫ aliquā diſciplinā hr̄e. Scd̄o ibi[Legū aūt ⁊c̄.] Ponit ea in qb⁹ ꝯueniebat cū alijs politijs: ⁊ dicit ꝙ magna pars legum quā Socrates ponebat ſunt leges que mō in ciuitatib⁹ obſeruant̄. Cū enim ipſe dixerit de politia .i. ꝯuerſatione ciuitatis ⁊ induxerint quādam maiorem coītatem in ciuitate q̄ꝫ ſit ꝯſuetuꝫ: paulatim īſtituēdo leges deueniebat ad alterā politiā que nūc obſeruat̄: qꝛ preter coionem mulierum ⁊ poſſeſſionis que erat ꝓpria ſue politie oīa alia tradidit que poſſint eſſe coīa ambabus politijs .ſ. ⁊ illi que obſeruat hāc coītatem: ⁊ illi que nō obſeruat. Eandē eni diſciplinaꝫ dixit eſſe utrorūqꝫ: puta ꝙ hōies viuerent de neceſſarijs operib⁹ cū quadā moderātia ⁊ abſtinētia: ⁊ ꝙ facerēt quedā ꝯuiuia in ciuitate ad maiorē ciuium familiaritatem: que etiaꝫ apud alias ciuitates obſeruabant̄: quāuis oportuiſſet ꝙ inſtituerent multo differentē diſciplinam ut ſupra dictū eſt. Tertio cū dicit[Preterq̄ꝫ ꝙ ⁊c̄.] Narrat quedaꝫ ꝓpria que Socrates ponebat: quorum vnuꝫ erat ꝙ fierent etiam conuiuia mulierum ⁊ non ſolum viroruꝫ. Aliud autem erat ꝙ determinabat numerum bellatorum .ſ. ꝙ in ciuitate eſſent ad minus mille arma portātes ⁊ ad plus quatuor milia. Deinde cum dicit.

¶ Sup̄fluum ergo quiddam ⁊ cōptum ⁊ nouū ⁊ dubitatiuum oēs Socratis habēt ſermones: ſ3 cuncta recte forſan difficile.

¶ Obijcit cōtra p̄dicta alia que Socrates inducebat. ⁊ primo obijcit cōtra diſciplinam legum. Secūdo cōtra ordineꝫ partiū ciuitatis: ibi[Tota ꝟo ꝯſtitutio ⁊c̄.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intēdit. Secūdo manifeſtat propoſitum: ibi[Nam etiam multitudo ⁊c̄.] Dicit ergo p̄mo ꝙ ſmones Socratis habent aliqd ſuperfluum inquātum replet ſuam politiam extraneis ſermonibus: ⁊ comptum inquantum erant inſufficientes rationes ⁊ ſine exp̄ientia prolate: ⁊ nouum inq̄ꝫtum erat ꝯtra cōem ꝯſuetudinem: ⁊ erat q̄ōnibus plenū per multas difficultates ꝯūtes: ⁊ ꝙ in oib⁹ bū diceret difficile eſt aſſerere. Deinde cū dicit.

¶ Nam etiam multitudo illa de qua nunc dicebatur latere non opꝫ cum tanta ſit: qꝛ Babylonia aut alia q̄dam īfinita regione īdigebit: ex qua ocioſorū qnqꝫ milia cum mulieruꝫ ac miniſtrantiū multiplici turba ālantur. ſuppoſitiones q̄dem ſunt pro arbitrio faciēde non tamē impoſſibiles. Dicitur aūt debere Legiſlatorem ad duo reſpicere in ferēda lege: ad regionē ⁊ hoīes. addendum eſt ⁊ ad vicina loca ſi opꝫ ciuiliter viuere ciuitatem. Non ſolum eni neceſſarium eſt ipſam talibus uti ad bellum armis que utilia ſint in ſua regione: uerū etiā que in aliena. Qō ſiq̄s huiuſmodi nō recipit vitam neqꝫ priuatim: neqꝫ publice nihilominus tamē oportet terribilem eſſe hoſtibus non uenientibus ſolum in regionem: uerumetiam abeuntibus.

¶ Manifeſtat qō dixerat ⁊ primo improbat dicta Socratis quātum ad menſuram quam ciuitati imponebat. Secundo quātum ad diſtinctionē: ibi[Sunt qui dicant ⁊c̄.] Circa primum duo facit. Primo improbat dictum eius quātum ad numerum bellatorū. Secundo quātum ad quātitatem poſſeſſionis quā taxabat: ibi[De modo ⁊c̄.] Dicit ergo p̄mo ꝙ ſiquis cōſideret predictam multitudinem bellatorum quā Socrates inſtituebat in ciuitate manifeſte apparet ꝙ ciuitas talis indigebit maxima latitudine camporuꝫ ſicut eſt circa Babyloniaꝫ ut nutriantur exinde quinqꝫ milia bellatorum qui nihil aliud operentur: ⁊ preter eos multo maior alia turba ⁊ mulierum ⁊ famulorum: ⁊ ſm̄ hoc oportet ꝙ ille qui talem ciuitatem inſtituit habeat multitudinem camporum ad uotuꝫ: quod tamen non eſt impoſſibile. Sed tamen hoc conſideranduꝫ ꝙ ille qui debet legem in ciuitate ſtatuere non debet ſtatuere legem ſm̄ illud quod cogitat quod ſit poſſibile ſed reſpiciendo ad ea que ei exiſtunt: ⁊ precipue q̄dem ad duo .ſcilicet ad regionem ut non conſtituat maiorem ciuitatem q̄ꝫ regio illa paſcere poſſit. Et iteruꝫ ad homines: ut conueniant leges hominibus ſm̄ eorum conditiones. Tertio autem eſt apponendum ut ponat leges reſpiciēdo ad loca vicina: ⁊ hoc quideꝫ primo eſt neceſſarium ſi ciuitas debet habere vitam non ſolitariam ſed politicam: ideſt cōmunem cum multis alijs ciuitatibus cum quibus ſocietatem habeat: nō ſolum in pace ſed etiam in bello: quia talem ciuitatem non ſolum neceſſarium eſt uti talibus armis ad bellum ⁊ in tanto numero ſm̄ ꝙ utile eſt ad propriam regionem: ſed etiam in exterioribus locis in quibus conuerſantur uel hoſtes uel amici. Secundo autem ſiquis non approbet vitam bellicoſam neqꝫ ut propriam alicuius hominis neqꝫ ut communem totius ciuitatis: nihilominuſ tamen quātum ad hoc oportet ciues eſſe armatos ⁊ bellicoſos ut ſint terribiles inimicis non ſolum cum uenerint in regionem: ſed etiam quando diſcedunt. Deinde cum dicit.

¶ De modo quoqꝫ rerū poſſidendarum videndū eſt ne forſan melius ſit aliter diffinire ⁊ clarius. Tātas inq̄t poſſidere opꝫ ut modeſte viuatur perinde: ac ſi dicat ut bene viuatur. uerū hoc eſt minus generale. Et eſt tēperate viuere erūnoſe tamen: at meli⁹ eſt dicere modeſte ⁊ liberaliter. ſeparatiꝫ eniꝫ utrunqꝫ: alterū eniꝫ luxurie accōmodabitur: alteruꝫ difficultati: cuꝫ ſole huiuſmodi virtutes habitus ſint circa uſuꝫ facultatuꝫ noſtraruꝫ: puta: patrimonio manſuete uel fortiter uti nō dicimur: at modeſte ⁊ liberaľr dicimur. q̄re neceſſariū eſt circa illud iſtas uerſari virtutes.

¶ Improbat poſitionem Socratis quātum ad menſuram poſſeſſionuꝫ quā in ciuitate ſtatuebat: ⁊ circa hoc duo facit. Primo improbat menſurationem poſſeſſionum a Socrate poſitā ꞩm ſe. Secundo quātuꝫ ad hoc ꝙ pretermiſit menſuram generationis: ibi[Abſurduꝫ quoqꝫ ⁊c̄.] Circa p̄mū ponit duas rōnes. Dicit ergo p̄mo ꝙ opꝫ cōſiderare ne forte alio modo poſſit planius determinari quantitas poſſeſſionum quas ciuitas debet coīter habere q̃ꝫ Socrates determinauerat. Dicit enim Socrates ꝙ tāta debet eſſe poſſeſſio ciuitatis ut ex ea poſſint ciues viuere temperate: ſed planius diceretur ſiquis diceret ꝙ tanta debet eſſe poſſeſſio ciuitatis: ut ex ea viuatur bene: hec enim determinatio eſt magis utilis eo ꝙ plura in ſe comprehendit bene viuere q̃ꝫ temperate viuere. ¶ Secundam rationem ponit ibi[Et eſt temperate viuere erumnoſe ⁊c̄.] Et dicit ꝙ contingit aliquem temperate viuere qui tamen miſere viuit: ideſt cum magna penuria. Et ſic patet ꝙ predicta determinatio Socratis non ſufficit ſed melior determinatio eſt ut dicatur ꝙ tanta debet eſſe poſſeſſio ut viuatur temperate ⁊ liberaliter. Si enim alterum eorum ſeparatim dicatur ſequetur inconueniens. Ex vna enim parte ſi dicatur ꝙ debeant viuere liberaliter ſequetur ꝙ homo in ſuperfluis delitijs viuat. Ex alia ꝟo parte ſi dicatur ꝙ debet viuere temperate ſequetur ꝙ poſſit homo viuere cum penuria ⁊ labore. Et ideo ad excludendum utrūqꝫ inconueniens oportet dicere temperate ⁊ liberaliter: ⁊ hec determinatio ſufficit: qꝛ ſole he due virtutes faciunt hominem bene ſe hꝛe circa uſuꝫ ſubſtantie: ideſt poſſeſſionis. Et hoc patet in alijs virtutibus. Non eniꝫ poteſt dici ꝙ aliquis utatur ſua poſſeſſione manſuete aut fortiter. Manſuetudo enim eſt circa iras: ⁊ fortitudo circa timores ⁊ audacias: ⁊ ſic in nullo reſpiciunt uſum poſſeſſionum: ſed temperantia que eſt circa concupiſcentias ciborum ⁊ uenereorum propter quas multi conſumunt ſuam ſubſtantiam: ⁊ liberalitas que eſt circa donationes ⁊ acceptiones manifeſte reſpiciunt uſum poſſeſſionis. Unde poteſt dici ꝙ aliquis utatur ſua poſſeſſione temperate ⁊ liberaliter. Unde cum per utrūqꝫ iſtorum tollatur omne inconueniens circa uſum poſſeſſionum neceſſariuꝫ eſt circa ipſas eſſe ſtudioſos: ſcilicet temperantie ⁊ liberalitatis. Deinde cum dicit.

¶ Abſurduꝫ quoqꝫ eſt cuꝫ facultates adequauerit: de ciuium multitudine nihil determinare: ſꝫ indiffinitam relinquere multitudinem filiorum. Quaſi ſufficiēter adequataꝫ ꝓpter ſterilitates ubicūqꝫ ꝯtingat: qđ videtur nunc quoqꝫ euenire in ciuitatibus. Sed opus eſt ut aliam certitudinem tunc habeat q̃ꝫ nunc. Nam nunc quideꝫ nemo dubitat ex eo: quia in ſingulos diuiſe ſunt facultates in quātacūqꝫ multitudine. Tunc ꝟo cum ſint indiuiſe neceſſariū diſpares nihil habere ſiue pauciores ſint multitudine ſiue plures. Magis autē putaret quis oportere determinatū eſſe modum procreandorum filioruꝫ q̃ꝫ facultatum: ut non plures q̃ꝫ determinatum ſit procreari oporteat. Et numerus diffiniēdus eſt reſpectu habito ad fortunas: ſi cōtingat decedere aliquos: ⁊ ad defectum ꝓcreandi ceterorum. Pretermittere auteꝫ id ut in pleriſqꝫ ciuitatibus neceſſe eſt egeſtatis ſit cauſa ciuibus: Egeſtas ꝟo ſeditiones ⁊ delicta parit.

¶ Improbat poſitionē Socratis ex hoc ꝙ determinās quātitatem poſſeſſionum non determinabat quātitatē generationis: ⁊ circa hoc ſex facit. ¶ Primo quidē proponit eſſe incōueniēs id quod Socrates dicebat: ⁊ dicit ꝙ inconueniens eſt ꝙ aliquis uelit poſſeſſiōes ciuitatis adequare: ideſt ad certam quātitateꝫ reducere: ⁊ cum hoc non inſtituat aliquid ad determinandū multitudinem ciuium: ſed permittat generationem ciuiuꝫ in infinitū fieri ſicut Socrates faciebat. ¶ Secūdo ibi[Quaſi ſufficiēter ⁊c̄.] Ponit rōnem que mouebat Socratem; Contingit enim in ciuitate multas mulieres eſſe ſteriles ⁊ ita lꝫ alijs mulieribus generantibus multos filios tamen ſemper ꝯſeruabitur eadem multitudo ciuitatis: ſicut nunc videmus in ciuitatibꝰ euenire. Et propter hoc Socrati nō videbatur neceſſarium ꝙ circa generationem filiorum aliquid taxaretur. ¶ Tertio quidē ibi[Sed opus eſt ⁊c̄.] Oſtēdit Ariſtoteles hanc rationem eſſe inſufficientem: qꝛ nūc in ciuitatibus propter hoc ꝙ poſſeſſiones ſunt diuiſe vnoquoqꝫ habente propriam poſſeſſionem nulla dubitatio poteſt prouenire ad quātācūqꝫ multitudinē proueniat generatio filiorum: qꝛ vnuſquiſqꝫ filijs ſuis ſtudet aliquo modo prouidere. Sed tunc cum poſſeſſiones non eſſent diuiſe inter ciues ꞩm ordinationeꝫ Socratis ſequatur ꝙ illi qui eſſent ignobiliores nihil perciperent de fructibus poſſeſſionuꝫ ſi multiplicarētur. Dūmodo illi qui eſſent potentes multiplicarent̄: duꝫ ſ. potentes ciuitatis primo ſibi ⁊ ſuis neceſſaria ſumerēt ſi eoꝝ multitudo excreſceret. ¶ Quarto ibi[Magis autem putaret ⁊c̄.] Proponit ꝙ oportet determinare multitudinem circa generationem filiorum: ⁊ dicit ꝙ aliquis poteſt exiſtimare ꝙ magis oportet determinari generationem filiorum q̃ꝫ etiam multitudineꝫ ſubſtantie: ita. ſ. ꝙ non generentur plures ciues ab aliquo nūo determinato cui ſufficiāt ciuitatis poſſeſſiones. ¶ Quinto ibi[Et nūs diffiniēdus ⁊c̄.] Oñdit qd debeat obſeruari in tali determiatiōe ⁊ dic̄ ꝙ oportet determinare multitudinem filioꝝ gn̄andoꝝ reſpiciēdo ad caſus fortuitos: puta ad mortes eoꝝ qui naſcunt̄ ⁊ ad ſterilitatem mulierū que nō ꝯcipiunt: ut. ſ. tātum ꝑmittat̄ ex alia ꝑte ſuperexcreſcere gn̄atorū numerus ut hᵒⁱ defectus fortuiti ſuppleant̄. ¶ Sexto ibi[Pretermittere aūt id ⁊c̄.] Oſtēdit ꝙ opꝫ determinari multitudinē gn̄atorum ⁊ dicit ꝙ hoc ideo neceſſariū eſt: qꝛ ſi ꝑmittat̄ ꝙ in īfinitū hoīes generēt abſqꝫ aliquo determinato nūo ſicut coīter fit in ciuitatibꝰ ex neceſſitate ſeq̄tur ꝙ ex hoc ꝓueniat cauſa paup̄tatis ciuibus. Multi eni filij paup̄es erūt habētes id ſolū qđ eorum pater diues habebat. ex paup̄tate aūt ciuiū ſeq̄tur ꝙ ſint ſeditioſi ⁊ maligni: qꝛ dū nō hn̄t nec̄cia vite ſtudēt ea acq̄rere fraudibꝰ ⁊ rapinis. Deide cū dic̄.

¶ Itaqꝫ Phidon Corinthius vnus ex uetuſtis legūlatoribus familias cenſuit equales permanere debere: ⁊ ciuiuꝫ multitudinem quamuis ſortitiones habebant p̄us omnes iniquas ꞩm magnitudinem: At in his legibus cōtrarium eſt. Uerum de his quēadmodum ſtatuendum putemus poſtea erit dicēdum. Omiſſuꝫ eſt etiā in illis legibus quēadmodum differāt preſides a ſubiectis. Jngt eniꝫ oportē quēadmodū ex alio lane filuꝫ ducit ꝙ̃ lini: ſic ⁊ eos qui preſunt ſe hēre debere ad eos qui ſubſūt. Cuꝫ ꝟo totā ſubſtātiā augeri dixerit uſqꝫ ad quincuplū: quare hoc utiqꝫ non erit in regione uſqꝫ ad aliqd. Uidēdū eſt etiam ne edificioꝝ diuiſio nō ꝓſit ad rem familiarem. Duas eniꝫ cuiqꝫ domos attribuit: at difficile eſt duas habitare domos.

❡ Improbat diſciplinam legum Socratis quantuꝫ ad diſtinctioneꝫ quam in ciuitate faciebat: ⁊ circa hoc q̄tuor facit. Primo oſtendit quomodo circa diſtinctionē diſcordabat ab alijs legiſlatoribus. Et dicit ꝙ qdā legiſlator Corithius Phidon nõie duo dixit eē obſeruanda in ciuitate: quorum vnum eſt ut domus antiquorum ciuium ꝑmanerent equales adinuicem in diuitijs ⁊ dignitate: ſi etiam a pͥncipio inequales ſortes habuiſſent. Quomodo autem reduci poſſint ad equalitatem infra dicetur. Aliud eſt ut multitudo ciuium ſemper equalis remaneat. ſed in legibus Socratis cōtrariuꝫ inuenit̄: qꝛ neqꝫ ordinat quō equalitas multitudinis ciuiū ꝯſeruet̄: neqꝫ etiaꝫ ſtatuit ꝙ ſint equales diuitie ciuiū: ſed ꝑmittit ꝙ quidā hēant maiores diuitias alijs ut poſt dicet̄. Sed de hoc qd melius ſit utruꝫ ſ. ꝙ oēs ciues hēant diuitias equales uel nō poſtea determinabit̄. Scđo ibi ⌊ Omiſſum eſt ⁊c̄. ⌋ Improbat legem Socratis quātum ad diſtinctionem pͥncipum. Et dicit ꝙ per leges Socratis nō fuit determinatum quō deberēt diſtingui pͥncipes a ſubditis cum tñ ipſe diceret ꝙ oporteret aliquā diſtinctionem eē inter eos ut ſicut ex alia mā ſit filuꝫ lane ꝙ̃ filum lini: ita ex alia ꝯditione oporteret aliquos aſſumi in pͥncipatum ⁊ remanere aliquos in ſubiectione. Nō enim poterat eos diſtinguere per originem gn̄is ex quo ponebat pueros ⁊ uxores cōes. Tertio ibi ⌊ Cum ꝟo ⁊c̄. ⌋ Improbat poſſeſſionē Socratis quātuꝫ ad diſtinctionem poſſeſſionum. Et dicit ꝙ Socrates ꝑmittebat ꝙ in rebꝰ mobilibus diuitie vnius multiplicarent̄ ſupra diuitias alterius in quincupluꝫ: ⁊ pari rōne poterat ꝑmittere idē in poſſeſſiōe terre ut nō faceret oēs agros cōes. Quarto ibi ⌊ Uidēduꝫ eſt etiā ⁊c̄. ⌋ Improbat diſtinctioneꝫ Socratis quātuꝫ ad domos. Et dicit ꝙ oportet conſiderare ne forte diſtinctio domoꝝ quam introducebat Socrates ſit utilis iconomice. Dicebat eniꝫ ꝙ quilibet ciuis debebat hēre duo domicilia forte ꝓpter ſeparationem filiorū. Sed hoc eſt difficile ꝙ aliquis hēat tantā familiā ꝙ poſſit inhabitare duas domos ⁊ etiā dānoſum iconomice ut vnus homo faciat duas expēſas in duabus familijs.

t

Ota ꝟo cōſtitutio vult eſſe neqꝫ plebis gubernatio: neqꝫ paucorū potētiuꝫ. Sed hoꝝ mediā quā uocant remp. Eſt eni ex his q arma ferūt.

❡ Poſtꝙ̃ Ariſtoteles improbauit poſitionem Socratis quantum ad diſciplinas legum: hic improbat eam ꝙ̃tum ad ordinē ciuitatis. Et pͥmo ꝙ̃tū ad populuꝫ. Secūdo quātum ad Principes: ibi ⌊ Sunt qui ⁊c̄. ⌋ Ad euidentiam eorum que hic dicuntur ꝯſideranduꝫ eſt ꝙ ſex ſunt ſpecies ordinationis ciuitatum ut in tertio dicet̄. Omnis enim ciuitas aut regitur ab vno aut a paucis aut a multis. Si ab vno: aut ille vnus eſt Rex aut tyrannus. Rex qdem ſi ſit ꝟtuoſus tenens cōmunem utilitatem ſubditorum. Tyrannus autē ſi ſit malus omnia retorquens ad ſuum commodum utilitate ſubditorū contempta. Si ꝟo regatur ciuitas a paucis: aut illi eligentur propter virtutem qui bonum multitudinis procurent: ⁊ tale regimen dicitur poteſtas optimatuꝫ. Aut eligentur aliqui pauci ꝓpter potentiam aut diuitias ⁊ nō ꝓpter virtutem: qui omnia que ſunt multitudinis ad ſuam propriam utilitatem retorquebunt: ⁊ tale regimen dicitur pͥncipatus paucoruꝫ. Si ꝟo ciuitas regitur a multis: ſimiliter ſiquideꝫ regatur a multis virtuoſis: tale regimē uocabitur cōmuni nomine Politia. Non autem ꝯtingit multos inueniri ꝟtuoſos in ciuitate: niſi forte ſm̄ bellicam ꝟtutem: Et ideo hoc regimen eſt quo viri bellatores in ciuitate dominantur. Si ꝟo multitudo populi domiari uelit: uocatur plebeius ſtatus. Dicit ergo primo ꝙ ſm̄ legem Socratis tota coordinatio multitudinis: ſcilicet ciuitatis neqꝫ eſt plebeius ſtatus neqꝫ principatus paucorum: ſed eſt media horum quam cōmuni nomine nominant aliqui politiaꝫ: ⁊ exiſtit ex his que utuntur armis. Cum enim Socrates multitudinem ciuitatis diuideret in duas ꝑtes: quarum vna erat pugnatorum: alia artificum ⁊ agricolarum. Agricolas autem oportet in agris manere: Relinquit̄ ꝙ tota multitudo habitantium ciuitatem eſſet viroruꝫ bellatorum. Deinde cum dicit.

❡ Si igit̄ ut cōmuniſſimā oiuꝫ hāc ꝯſtituit rēp. recte forſan dixit: ſin ut optimaꝫ rēp. nō recte. forſan eniꝫ lacedemonioꝝ rēp. qs magis ꝓbabit: uel aliam quandā magis optimatium.

❡ Et dicit ꝙ ſi ipſe inſtituit talem ordinationem tanꝙ̃ cōmuniſſimā inter alias politias forte bene dixit. Nā orgalchia eſt ſolum magnorum: Democratia ꝟo eſt ſolum infimorum. Hec ꝟo politia eſt ex his que ſunt medij inter utroſqꝫ. Unde cōmunior eſt utpote cū utriſqꝫ participans. Sed ſi ipſe inſtituit talem ordinationem quaſi optimam poſt pͥmam nō bene dixit: pͥmam autē ordinationem dicit regimen: uel qꝛ eſt pͥma a tempore. A pͥncipio enim omnes ciuitates Regibꝰ regebantur. Uel qꝛ eſt optima dūmodo Rex ſit bonus. Poſt hanc autem pͥmam politiam nō poteſt dici ꝙ politia virorum bellantium ſit optima: multo eniꝫ melior eſt pͥncipatus ꝟtuoſorum per quem modum regebantur Lacedemonij. Uel ſi qui alij ciues optimatiuꝫ poteſtate reguntur. Deinde cum dicit.

❡ Sunt qui dicāt optimā Remp. ex oi genere gubernationū admixtā eſſe debere atqꝫ ob id lacedemonioꝝ laudāt Remp. cōſtare qdē illā ex paucoꝝ potētia. Itē ex vno principe ⁊ populari ſtatu ponētes regem illoꝝ pro vnius gubernatione. Senatuꝫ ꝟo pro paucoꝝ potētia. Ephoros aūt pro ſtatu populari: quoniā Ephori ipſi ex plebe ſumunt̄. alij ephoratū qdē tyrānidē putāt ſꝫ populariter regi ꝑ comeſſationes ⁊ aliū quotidianū victū.

❡ Improbat ordinem quem Socrates in ciuitate ſtatuebat ꝙ̃tuꝫ ad Pͥcipes ⁊ circa hoc duo facit. Primo ponit poſitionē eius. Scđo improbat eam ibi ⌊ Quas autem nō ⁊c̄. ⌋ Circa pͥmuꝫ duo facit. Primo ꝓponit ꝙ expedit in ciuitatibus cōmiſci ꝑdicta regimina. Secundo oſtendit q̄liter Socrates cōmiſcebat: ibi ⌊ Sed in ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo pͥmo ꝙ quidam dicunt ꝙ optimū regimen ciuitatis eſt qđ eſt quaſi commixtuꝫ ex oībus p̄dictis regiminibꝰ. Et huius rõ eſt. Quia vnum regimen tēperať ex amixtione alterius: ⁊ minus dať ſeditionis mā ſi oēs habeant ꝑtem in principatu ciuitatis: puta: ſi in aliquo dn̄etur populus: in aliquo potētes: in aliquo rex. ⁊ ſ̄m hoc maxime laudabiť ordinatio ciuitatis lacedemonioꝝ de qua tn̄ erāt due opiones. Quidam enim dicebāt eam cōponi ex tribus ciuilitatibus paucoꝝ ꝑtāte: ex vno principe: populari ſtatu. Hēbāt enim in ciuitate regem. hēbant etiam ſeniores quoſdā ex maioribus ciuitatis aſſumptos. hēbant etiā quoſdam principes qui eligebanť ex populo: ⁊ uocabātur ephori. i. ꝓuiſores. Alioꝝ aūt opinio fuit ꝙ p̄ncipatꝰ ephoroꝝ ꝑtineret ad tyrānidem: qꝛ pro uoluntate dominabanť. Sed erant in ciuitate alij p̄ncipatus qui diſponebant de cōuiuijs cōmunibus ⁊ de alijs ꝑtinentibus ad quotidianā vitaꝫ ciuitatis: puta de victualibꝰ ⁊ alijs rebus uenalibus. Deinde cum dicit.

¶ Sed in his legibus dictū eſt optimā rēp. ex plebeio ſtatu conſtare debere: at ex tyrānide.

¶ Oſtendit quomodo Socrates cōmiſcebat ſuam politiam: Et dicit ꝙ in legibus Socratis dictuꝫ eſt ꝙ optima politia debet componi ex tyrānide ⁊ plebeio ſtatu: forte ꝓpter hoc potentia populi refrenareť per potentiam tyrāni: ⁊ iterum potētia tyrāni refrenaretur per potentiam populi. Deinde cum dicit.

¶ Quas aut nō reponat quis inter ſpecies rerump. aut deterrimas oīum eſſe fateať? Melius ergo dicunt qui plures cōmiſcēt. Nā que ex pluribꝰ ꝯſtat reſp. melior eſt.

¶ Improbat quantum ad hoc Socratis dictum. Et p̄mo oſtendit hanc ordinationem ſ̄m ſe indecentem eē. Secundo oſtendit ꝙ ea que ſtatuebat nō erant cōuenientia huic cōmixtioni: ibi⌊ Deinde nihil ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo p̄mo ꝙ p̄dicte due politie. ſ. tyrannis ⁊ plebeius: uel nō ſunt dicēde politie: qꝛ nō ſequunť ordinem rōnis ſed impetū uoluntatis. Uel ſunt dicēde peſſime inter oēs. Unde incōueniēs eſt ꝙ ex peſſimis politijs cōponať optima politia. multo igitur melius faciunt illi qui ex pluribꝰ politijs cōmiſcent ordinationem ciuitatis: quāto eniꝫ eſt ex pluribus cōmixta: tāto melior eſt qꝛ plures hn̄t ꝑtem in dn̄io ciuitatis. Deīde cū dic̄.

¶ Deinde nihil videť hēre ex vnius gubernatione ſed ex paucoꝝ potētia ab populari ſtatu. Ueruꝫ ad paucoꝝ potentiam īclinare magis.

¶ Improbat dictum Socratis quātuꝫ ad hoc ꝙ ea que inſtituebat nō conueniebant cōmixtioni p̄dicte. ⁊ circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ ea que ſtatuebat Socrates nō cōueniebant p̄dicte cōmixtioni. Secundo ꝙ erant ſ̄m ſe ꝑiculoſa: ibi⌊ Habet etiam ⁊c̄. ⌋ Circa p̄mum tria facit. Primo ꝓponit qõ intēdit. Scõo manifeſtat ꝓpoſituꝫ: ibi⌊ Qõ patet ex ⁊c̄. ⌋ Tertio oñdit quō p̄dicta cōmixtio fieri poſſet: ibi⌊ Qõ igitur. ⌋ Dicit ergo p̄mo ꝙ cum Socrates uellet cōmiſcere politiam ex plebeio ſtatu ⁊ tyrannide que eſt monarchia quedā: ſi qs cōſideret ea que ipſe ſtatuit nihil eſt ibi ꝑtinens ad p̄ncipatuꝫ vnius: ſed oīa ſunt ꝑtinētia ad potentes uel populuꝫ: ſed magis declinat ſua ordinatio ad paucoꝝ ꝑtātem. Deinde cum dicit.

¶ Qõ patet ex magiſtratuum creatione. Nā ꝙ ex delectis ſortitio fiat cōmune eſt utriqꝫ. ſed ꝙ neceſſe ſit ditiores concionē hēre ⁊ magiſtratꝰ creare. Uel alios quippiā hiꝰ publicoꝝ negocioꝝ facere. Alios ꝟo p̄teriri id paucoꝝ potētie eſt.

¶ Oſtendit ꝓpoſitum: ⁊ primo circa electionem p̄ncipum. Secundo circa electionem conſiliorum: ibi⌊ Inſuper ⁊c̄. ⌋ Dicit ergo ꝙ hoc qõ dictuꝫ eſt manifeſtuꝫ eſt ex inſtitutione p̄ncipum quam Socrates determinat. Dicit eni ꝙ debebant aliqui eligi ex q̄bus per ſortez aſſumerenť p̄ncipes: ⁊ hoc cōe erat ⁊ plebeio ſtatui ⁊ potentie paucoꝝ: qꝛ iſti electi erāt ⁊ de populo ⁊ de maioribꝰ ſꝫ quedā alia inſtituebat ꝑtinētia ad potētiā paucoꝝ. ſ. ꝙ ad diuites ciuitatis ꝑtineret ꝯuocare multitudinē ⁊ ꝙ ipſi deferrēt p̄ncipes electos ad populuꝫ ⁊ oīa hꝰʼ que ꝑtinebant ad cōmunitatē ciuitatis uolebat fieri per diuiſiones: ⁊ in his alios admittebat. Similr̄ etiam potētia paucoꝝ erat ꝙ uolebat plures p̄ncipes fieri ex diuitibus ⁊ in maioribus officijs conſtitutos. Deinde cum dicit.

¶ Inſup conari ut plures ex diuitibus ad dignitates ſumanť ⁊ ad maximas q̄dē ex maximo cēſu paucoꝝ potētia eſt ⁊ ſenatꝰ aſſumptio. Aſſumunť eni cūcti ex neceſſitate: ſꝫ ex p̄mo cēſu: poſtea totidē ex ſcõo: poſtea ex tertio. Uerū nō oēs neceſſe erat ex tertio uel quarto aſſumi: ex q̄rto aūt q̄rtoꝝ ſolis neceſſe eſt p̄mis ⁊ ſcõis. Poſtea ex his equalē ex ſingulis cēſibꝰ numeꝝ eē ſumēdū inq̄t. Erūt itaqꝫ plures ⁊ potētiores qui ex maximo cēſu ſumuntur. Propterea quia ex plebe quidā nō ſumuntur quia neceſſe non eſt.

¶ Dicit quomodo in electione conſiliariorum declinabat ad ꝑtātem paucorum: ⁊ dicit ꝙ ſ̄m Socratem ciues diſtinguebantur per quatuor gradus ⁊ ex omnibus gradibus aliqui erant qui eligebant conſiliarios ſed omnes qui erant de p̄mo cenſu ex neceſſitate cogebantur ad eligendum. illi ꝟo qui erant ex ſecūdo non omnes eligebant: ſed aliqui equales numero p̄mis ⁊ tamen iſti etiam ex neceſſitate cogebanť eligere. Deinde ex tertio gradu eligebanť aliqui equales ⁊ ſilr̄ ex q̄rtis: ſed tn̄ nō erat neceſſarium ꝙ oēs qui eligebanť ex tertijs uel quartis eligerēt: ſed ex q̄rto gradu qui erat quartoꝝ nullus poterat eligere ꝯſiliarios niſi illi qui erāt de p̄mo ⁊ ſcõo gradu: ⁊ ita dicebat Socrates ꝙ equalis numerus ꝓueniebat de quolibet gradu ciuitatis: ſed hoc nō eſt neceſſarium: qnimo ſemꝑ erunt plures ⁊ meliores ex maximis cēſibus. Et ſic populares non omnes eligent cum non habeant neceſſitatem eligendi. Deinde cum dicit.

¶ Qõ igiť non ex gubernatione plebis ac vnius p̄ncipatu cōſtabit huiuſmodi reſp. ex his patet. Patebit etiā poſtea cum de ea ſpecie reip. tractabimus.

¶ Dicit ꝙ ex his que dicta ſunt poteſt eſſe manifeſtum q̄liter oporteat inſtitui remp. ex gubernatione plebis ac vnius p̄ncipatu. ⁊ iterum ex his que dicentur poſterius qñ incideret ꝯſideratio de rep. Deinde cū dicit.

¶ Habet etiā circa magiſtratuū creationē delectoꝝ: delectuꝫ ꝑiculoſuꝫ. Nā ſi aliqui ꝯſpirare uelint etiā mediocri nūero ſemꝑ ẜm hoꝝ uolũtatẽ fiet aſſumptio. In legibꝰ igiť illa reſp. ita ſe habet.

Oñdit ꝙ electio p̄ncipuʒ quã Socrates inſtituebat eſt ꝑiculoſa. Et dicit ꝙ ꝑiculoſum eſt ciuitati quã Socrates inſtituebat circa electionem p̄ncipuʒ ut .ſ. ex aliquibus electis alij electi eligerenť. Illi eniʒ p̄mi electi ex q̄bus eliguť p̄ncipes ſunt pauci reſpectu totiꝰ multitudinis ciuitatis. ⁊ ideo facilius erit eos ꝑuertere q̃ꝫ totã multitudinẽ. Unde ſi ſint aliqui qui uelint ſemꝑ inſtitui in p̄ncipatu etiã ſi ſint mediocres in multitudine ſemꝑ ad hoꝝ uoluntatem eligenť p̄ncipes: qꝛ mutuo ſe eligent ⁊ mutuo ſibi ſuccedent in p̄ncipatibus. Ultimo epilogãdo cõcludit ꝙ ea que ſunt in legibus circa rẽp. Socratis h̃nt p̄dictum modum.

ſUnt ꝟo ⁊ alie quedaʒ Reſp. tum idiotaruʒ. tum philoſophoꝝ ⁊ in adminiſtratione ipſaruʒ uerſantiũ Oẽs aũt he ꝓpinquiores ſunt illis ẜm q̃s nunc regunt q̃ꝫ iſte due. nullus eniʒ neqꝫ de cõmunitate filioꝝ neqꝫ de mulieribus talem aliquã introduxit nouitateʒ. Neqꝫ etiã de feminarũ comeſſationibus: ſed a neceſſarijs magis inchoauit.

Poſtq̃ꝫ ph̃s diſputauit de politia Socratis ſiue Platonis: hic ꝓſequiť de politia cuiuſdã qui Phaleas dicebať. Et circa hoc tria facit. Primo narrat eius ordinationem. Secundo approbat eam quantum ad id ꝙ bene dicebat ibi⌊ Quod igitur ⁊c̃.⌋ Tertio improbat eam quantũ ad id in quo deficiebat: ibi⌊ Sed eẽ equa ⁊c̃.⌋ Circa p̄mum duo facit. Primo cõparat iſtam politiam ⁊ ſequentes ad p̄cedentem ordinationem Socratis uel platonis. Secundo enarrat huius politie ordinationem ibi⌊ Uidetur quibuſdam ⁊c̃.⌋ Dicit ergo p̄mo ꝙ p̄ter p̄dictas politias Socratis uel Platonis ſunt etiam quedam alie politie .ſ. ordinationes ciuitatum quarum quedam ſunt ab idiotis ⁊ illitteratis inuente: quedam ꝟo ſunt adinuẽte a Ph̃is ⁊ a quibuſdam hominibꝰ qui fuerunt prudentes ⁊ experti in ciuili conuerſatione. Et earuʒ quedam ſunt conſtitute tantuʒ a ſuis actoribus ita tamen ꝙ in nulla ciuitate obſeruantur: quedam ꝟo ſunt ẜm quas aliqui ciuiliter conuerſantur. Omnes autẽ huiuſmodi politie ꝓpinquius ſe habent adinuiceʒ ⁊ ad id qḋ eſt conueniens ciuitati q̃ꝫ ambe p̄dicte politie Socratis uel Platonis: quarum p̄ma ſupra poſita eſt de cõmunitate mulierum filiorum ⁊ poſſeſſionum. Alia ꝟo poſterius de legibus ab eo ſcriptis. Nullus eniʒ alius legiſlator adinuenit neqꝫ cõmunitatem filioruʒ ⁊ uxorum qḋ pertinet ad p̄mam politiam Socratis: neqꝫ ordinauit aliquid circa ꝯuiuia mulierum qḋ ꝑtinet ad ſcḋam ut ex p̄dictis patet. Sed incipiũt ordinare ciuitateʒ ab his que ſunt magis neceſſaria. Deinde cum dicit.

Uidetur quibuſdã maximũ ut de patrimonijs recte cõſtituať. Nã hinc ſeditiões oriri cunctas aſſerunt.

Narrat politiã quã Phaleas ordinauit: ⁊ circa hoc quatuor facit. Primo oñdit ad quid plurimi legiſlatores intẽderent. Et dicit ꝙ quibuſdã legiſlatoribus viſuʒ eſt maxime neceſſarium eſſe ꝙ bñ ordineť de ſubſtãtijs .ſ. de poſſeſſionibus ciuium: qꝛ ex his p̄cipue oriunť oẽs ſeditiones ciuitatum quas p̄ncipaľr legiſlatores remouere intẽdunt. Deinde cuʒ dicit.

Quãobrem Phaleas carthaginenſis ante oĩa de hac parte cõſtituit. Inq̄t eniʒ patrimonia ciuiũ equalia eẽ debere. Hoc aũt perfacile factu eſſe ſi ſtatim ab ipſa cõditione ciuitatis ꝓuideret. Poſtq̃ꝫ ꝟo cõdita foret difficilius quidẽ: attamen ſatis mature adeq̃ri poſſe ſi diuites dotes dẽt: nec accipiãt. Pauꝑes aũt cõtra accipiãt dotes ⁊ nõ tradãt. Plato aũt in legibus ſuis uſqꝫ ad aliquid cẽſuit eſſe ꝑmittẽdũ. Nã ſupra quincuplũ eius qḋ foret minimuʒ nemini licere ciuiuʒ poſſidere ut p̀us diximus. Sed oportet ne id quideʒ latere legiſlatorẽ qḋ certe nunc latet ꝙ qui patrimonio modum imponit: debet etiã filioꝝ numero modũ ĩponere. Nam ſi excedat multitudo filioꝝ patrimonij facultatẽ neceſſariũ erit legẽ abrogare: ⁊ ſine ulla abrogatione improba lex erit: quoniã ex diuitibus pauꝑes facit. Opus eſt ergo ne tales ſeditioſi efficianť.

Oſtendit quid circa hoc Phaleas ordinauit. Et dicit ꝙ ipſe p̄mo circa hoc aliquid ſtatuit. Uoluit enim ꝙ omnes poſſeſſiones ciuium eſſent equales qḋ q̄deʒ dicebat nõ eſſe difficile fieri in ciuitatibꝰ quando a p̄ncipio inhabitari incipiebãt: qꝛ poterant poſſeſſiones ex equo diuidi inter ciues. Sed in ciuitatibus inhabitatis quaruʒ ciues h̃nt inequales poſſeſſiones hoc difficilius erat ꝙ tam cito poſſet reduci ad hanc regulam per dotes ita .ſ. ꝙ diuites ꝯtrahẽtes cum pauꝑibus darent dotes ⁊ nõ acciperẽt: ⁊ pauꝑes nõ darẽt quouſqꝫ oĩum poſſeſſiones adequarenť. Tertio ibi⌊ Plato autem ⁊c̃.⌋ Oñdit quõ diuerſimode circa hoc Plato ordinauit: dixit enim ꝙ nulli ciuium debebat dari ꝑtãs ut hẽret diuitias pluſq̃ꝫ in quincupluʒ ſupra eum qui minimuʒ hẽret. Sed hoc eſt intelligẽdum quãtum ad diuitias rerum mobiliuʒ: qꝛ res ĩmobiles cõmunes faciebat. Quarto ibi⌊ Sꝫ oportet ⁊c̃.⌋ Oſtẽdit in quo omnes hoꝝ deficiebant. latebat enim eos quoniam ex hoc qḋ ſtatuebãt aliq̄d circa multitudinem diuitiarũ: oportebat etiã ꝙ aliq̄d ordinarent circa multitudineʒ filioꝝ: puta ꝙ aliq̄s poſt certum nũm g̃nationi opam nõ daret: uel ꝙ poſtq̃ꝫ pueri nati in aliquo nũo ꝙ ſuperexcreſcẽtes viri mitterenť ad alias ciuitates ꝯſtituendas: uel quocũqꝫ alio mõ. Quia ſi nũs filioꝝ qui naſcunť excedat multitudineʒ diuitiarum que alicui homini taxanť neceſſe eſt ꝙ lex de eq̄litate poſſeſſionum diſſoluať: puta ſi duoꝝ ciuiuʒ habẽtium eq̄les poſſeſſiones vnus generet quatuor filios: alius ꝟo vnum tm̃: ex neceſſitate ſequeť ꝙ filij eoꝝ nõ h̃eant equales poſſeſſiones ⁊ p̄ter hoc ꝙ ſoluiť lex. Sequeť etiam aliud maluʒ .ſ. ꝙ multi qui naſcunť ex diuitibus fiant pauperes dum ſub̄a vnius diuitis in multos filios diuiditur ⁊ hoc eſt maluʒ: qꝛ opus eſt ad pacem ciuitatis ut filij diuitum qui ĩſoleſcere poſſint nõ ſint pauꝑes: qꝛ efficerenť latrones. Sed ſi nõ taxeť alicui quãtitas poſſeſſionis hoc nõ ſequeť: qꝛ ẜm ꝙ augeť ei nũs filioꝝ ſtudebit aliq̄s in diuitijs creſcere. Sic igiť uel nihil ſtatuendũ eſt circa mẽſurã poſſeſſionuʒ: uel ſimulꝰ cum hoc ordinãduʒ eſt aliq̄d circa nũm filioꝝ. Deide cũ dicit.

Qḋ igiť ualet aliq̄d in rep. patrimonioꝝ exequatio ⁊ ueterũ aliqui videnť cognoniſſe: ut Solon ꝯſtituit. Et apud alios lege cauet ut nō quātū quiſqꝫ uelit: ſꝫ quātū lex ꝑmittit agri poſſideāt. Eadē quoqꝫ rōne pr̄imonia ſua alienare leges uetāt. Ut eſt apud Locros lege cautū ne quis pr̄imonium alienare poſſit niſi euidentē calamitatem oñderit ſuꝑueniſſe. Preterea ut antique hereditates ꝯſeruent. Qḋ ſublatum apud leucada ualde popularē eoꝝ ciuitatem effecit. Nō eniꝫ amplius euenit ex taxatione cēſus ad magiſtratus aſſumi.

¶ Approbat p̄dictā ordinationem quātuꝫ ad hoc ꝙ ordinabat aliqd circa mēſurā ſubarum ne videat ꝓpter p̄dicta incōueniētia ea reprobaſſe. Approbat aūt hoc duplici rōne. Primo quidē per auctem antiquoꝝ legiſlatoꝝ: ⁊ dicit ꝙ qdā antiquoꝝ legiſlatoꝝ videntur cognouiſſe ꝙ regulare ſubas ciuiuꝫ habet magnā ꝟtutem ad ciuilem cōmunitatē bñ ꝯſeruandā. Unde etiā Solon qui fuit vnus de ſeptem ſapiētibus ⁊ ſtatuit leges Atheniēſium. Poſuit pro lege ꝙ etiā apud alios obſuat ut nō poſſit quis acqrere de terra ad poſſidenduꝫ quātuꝫ uoluerit: ſed uſqꝫ ad aliquē certū terminū. Similr̄ etiaꝫ leges quedā ſunt in aliqbus ciuitatibus que ꝓhibent ne hoies uēdāt ſuas poſſeſſiones. Sicut in ciuitate Locroꝝ lex fuit antiqtus ut nullus uenderet poſſeſſionē niſi mōſtraret ꝙ accidiſſet ei aliqḋ graue infortuniū: puta ꝙ eſſet captus ab hoſtibus: uel aliud aliquid hꝰi paſſus. Silr̄ etiam leges alique ſunt ordinantes ꝙ antique ſortes ciuium ꝯſeruentur illeſſe: ⁊ hec omnia ꝑtinent ad hoc ꝙ ſubſtantie ciuiuꝫ regulentur. Scḋo ibi⌊ Qḋ ſublatum ⁊c̄.⌋ Oſtendit ideꝫ per incōueniētia que ſequunt. Et dicit ꝙ qꝛ hoc fuit ꝑmiſſum in quadā ciuitate ꝯſecutuꝫ eſt ꝙ eoꝝ reſp. eēt multuꝫ popularis: qꝛ cū indifferēter cuilibet liceret poſſeſſiones emere: factū eſt ꝙ multi populariū ſunt exaltati ⁊ maiores dep̄ſſi. ⁊ ita ſeqbat ꝙ nō eligerent hoies ad p̄ncipatꝰ ex aliqbꝰ determiatis dignitatibꝰ ciuiū pp ꝯfuſionē ſuꝑueniētē in ꝯditiōibꝰ ciuiū. Deiñ cū dic

¶ Sed eē equalitatē qdē patrimonioꝝ ꝯtigit uerū hec aut ita magna eē ut delitiari liceat aut ita exigua ut tenuiter victū agāt. Patet igit nō ſufficere pr̄imonia exequata fuiſſe a legiſlatore ſed mediū ꝯiectāduꝫ eē. Preterea ſiqs mediocria ſtatuat oibꝰ patrimonia nulla utilitas eſt. Magis eniꝫ cupiditates adequāde ſunt q̄ꝫ patrimonia hoc aūt fieri nō pōt niſi ſufficiēter diſciplina ciuibꝰ adhibita per leges: ſed forſan reſponderet phaleas hocip̄m ſe dicere. Eēſet eniꝫ hoꝝ duoꝝ equalitatē ciuitatibꝰ ineſſe debere pr̄imonij. ſ. ac diſcipline. Sed que tandē hec diſciplina ſit exprimēdum fuit: ⁊ vnā eandēqꝫ eē nihil ꝓdeſt: nā fieri pōt ut ſit vna eadēqꝫ diſciplina. Uerum eiuſcemodi per quā cupidi fiāt pecuniaruꝫ aut honoris aut utriuſqꝫ.

¶ Improbat p̄dictā ordinationem: ⁊ p̄ᵒ quātuꝫ ad hoc ꝙ alia p̄termiſit. Scḋo quātuꝫ ad hoc ꝙ ſubſtātias nō ꝯueniēter regulauit: ibi⌊ Eodeꝫ mō ⁊c̄.⌋ Tertio quātuꝫ ad hoc ꝙ de artificibꝰ incōueniēter aſſignauit: ibi ⌊ Uidet aūt ⁊c̄.⌋ Circa p̄ᵐ tria facit. Primo oſtēdit ꝙ p̄termiſit ea que ꝑtinēt ad diſciplinā ciuium. Scḋo ꝙ p̄termiſit ea que ꝑtinēt ad pacem ciuitatis: ibi⌊ Inſup ſeditiones ⁊c̄.⌋ Tertio ex hoc ꝙ p̄termiſit ea que ꝑtinēt ad ciuilem ꝯuerſationē: ibi⌊ Preterea ⁊c̄.⌋ Circa p̄muꝫ ponit duas rōnes: quaruꝫ p̄ᵃ eſt ꝙ ꝯtingit eē eqlitatem ſub̄e inter ciues ⁊ tñ pōt eē ul' ualde multa ita ꝙ ciues ex ea delitioſe viuāt: ⁊ ſic ciuiuꝫ mores corrūpant: uel ualde modica ut viuāt ciues ualde tenaciter ita ꝙ vnus alteri ſubuenire nō poſſit: ⁊ utrūqꝫ eorum eſt nociuū ad bonā diſciplinā ciuiū. Uñ manifeſtū eſt ꝙ nō eſt ſufficiēs legiſlator ex hoc ꝙ ſolū facit ſb̄as ciuiū eqles: ſꝫ opꝫ ꝙ ipſe determinet aliqḋ mediū ita. ſ. ꝙ ſit tanta quantitas poſſeſſionuꝫ ut neqꝫ ſuꝑflue pñt delitijs intēdere: neqꝫ etiam nimis parce viuere cōpellant. ¶ Scḋaꝫ rōnē ponit ibi⌊ Preterea ⁊c̄.⌋ Et circa hoc duo facit. Primo ponit rōnem ⁊ dicit ꝙ etiaꝫ ſi aliquis omnibus ciuibus ordinet moderatā poſſeſſionem adhuc iſtud nō ſufficit ad bonam vitam ciuiuꝫ. magis eniꝫ opꝫ regulare īteriores ꝯcupiſcētias anime ut. ſ. nō imoderata ꝯcupiſcant q̄ꝫ exteriores ſb̄as ut. ſ. nō imoderata habeāt: Sed ꝙ ꝯcupiſcētie hominū regulentur hoc ꝙ nō ꝯtigit niſi per hoc ꝙ homines ſint ſufficiēter inſtructi per debitas leges quas phaleas nō poſuit. vnde inſufficiēter tradidit ea que ꝑtinent ad diſciplinā ciuiuꝫ. Scḋo ibi⌊ Sed forſan ⁊c̄.⌋ Excludit r̄ſionem phalee qui forte ad hanc rōnem reſponderet ꝙ utrūqꝫ opꝫ eſſe in ciuitate. ſ. ⁊ equalitatem poſſeſſionis ⁊ equalitatem diſcipline: ut. ſ. oēs ciues equali diſciplina informent. Sed contra hoc Ariſtoteles dicit ꝙ oportuiſſet euꝫ dicere que eſt iſta diſciplina qua opꝫ oēs ciues informari. Nō enim ſufficit dicere ꝙ ſit vna ⁊ eadem oīum: ſed opꝫ eam eſſe talem per quam ciues informent: ut quidā eoꝝ nō uelint exercere alios: uel in diuitijs uel in honoribus: uel ſimul in utriſqꝫ. vnde cum talem diſciplinā phaleas p̄termiſerit: inſufficiēs legiſlator fuit. Deinde cum dicit.

¶ Inſup ſeditiones oriunt nō ſolū ob pr̄imonioꝝ: uerū etiā ob honoꝝ inequalitates: ⁊ hoc diuerſuꝫ in alterutro. Nā multitudo qdē grauiter fert inequalitateꝫ pr̄imonioꝝ: p̄ſtātes aūt viri honoꝝ eqlitatē. Unde illud natū eſt honori icūbit tā ignauus q̄ꝫ bonus. Nō ſolū ꝟo hoies ꝓpter neceſſaria iniuriant quoꝝ remedia putāt adequationē pr̄imonioꝝ ne ſpolient alios ꝓpter frigus aut ꝓpter famē: uerū etiā ut gaudeāt. neqꝫ cōcupiſcāt. Nā ſi maioreꝫ hēant neceſſarioꝝ cupiditatē ob huiꝰ medelā iniurias inferūt. Nō ergo ob hāc ſoluꝫ: uerū etiā ſi ꝯcupiſcāt ut moleſtia careant ⁊ uoluptate fruant. Qḋ igit hoꝝ triuꝫ remediū eſt his qdē exiguū pr̄imonium ⁊ opificiū. Illis aūt tēperātia. Tertiuꝫ ꝟo ſi qs uelit per illa delectari nō aliunde q̄ꝫ a ph̄ia querat remediū. nā cetere qdē hoibus egent. Cuꝫ iniurias īferūt plurimū ꝓpter ſuꝑflua: nō ꝓpter neceſſaria: puta tyrānidē inuadunt non ut frigus repellant.

Quapropter honos maximus habet̄ nō ei qui furē occiderit: ſꝫ ei qui tyrānū. itaqꝫ phaleas paruis dūtaxat iniurijs hac ſua Reip. ꝯſtitutione ſuccurrit.

¶ Oſtendit ꝙ pretermiſit ea que ꝑtinent ad pacem ciuitatis. Et circa hoc ponit tres rōnes: quarū p̄ma eſt ꝙ ciues diſſident nō ſolum ꝓpter ineq̄litatem poſſeſſionis ſed ꝓpter inequalitatez honoꝝ: ſed diuerſimode tū: naz multitudo popularium de honoribꝰ nō curat: ſed ſolum de diuitijs: ⁊ ideo diſſident ꝓpter inequalitates diuitiarum. Sed homines gratioſi qui alios excellunt in opibus virtutum diſſident de honoribus ſi equales eis reddant̄ ⁊ nō maiores ꝗ̄ alijs. Et ideo indiget legiſlator ordinare aliqd circa honores ut. ſ. aliquis honor determinet̄ qui non detur niſi bonis. Et alius honor ſit quo etiam malus ideſt deficiens a v̄tute uti poteſt ſi ſeruabit̄ pax in ciuitate. Cum igitur hoc phaleas p̄termiſerit īſufficiēter tradidit ea que ꝑtinēt ad pacem ciuitatis. ¶ Scdaz rōnē ponit ibi[Non ſolum v̄o ⁊c̄.] Que talis eſt. Hoies qdem nō ſolum iniuriantur alijs ꝓpter neceſſaria conquirenda que propter ꝙ p̄mum ciuitatis remedium eē putabat phaleas ꝙ ſubſtantie ciuium eſſent equales: ⁊ ſic omnes neceſſaria habent ⁊ ſic vnus homo nō ſpoliat alium ꝓpter vitandum frigus aut famem. Sed etiam quidam primo iniuriantur ut fruantur ſuis delectationibus ⁊ nō ut ꝯcupiſcant aliqd qđ ſtatim non hēant. Quia ſi ſint aliqui qui habeant maiorem ꝯcupiſcētiam reruz temporalium neceſſarijs: ideſt qui plura concupiſcant ꝗ̄ ſint eis neceſſaria ꝓpter huiuſmodi medicinā: ideſt ut ſatiſfaciant ſue cōcupiſcētie iniuriabunt̄ auferētes bona alioꝝ vi uel dolo. Nec ſolum propter hanc cauſam homines iniuriantur: ſed etiam ꝓpter hoc ꝙ aliq uolunt ita gaudere delectabilibus ꝙ nullas triſtitias patiantur: ⁊ ideo iniuriant̄ hominibus per quos timent ſibi poſſe inferri triſtitias opprimendo eos. Oportet igitur ad pacem ciuitatis ꝙ legiſlator excogitet remedia contra iſtas tres cauſas iniuriandi. Illis eniz qui iniuriantur ꝓpter neceſſaria acquirenda pro remedio ſufficit modica poſſeſſio ⁊ operatio ꝓpria per quam ſibi victus aliquis acquiratur. Paucis enim natura cōtenta eſt. Sed illis qui iniuriant̄ propter concupiſcentias delectationum: remedium eſt temperātia que moderatur in homine delectationum cōcupiſcētias. Sed contra tertium. ſ. contra eos qui iniuriant̄ ut non triſtentur remedium adhibet philoſophia quātuz ad eos qui poſſunt huiuſmodi delectationibus frui que ſunt ſine triſtitia que etiam facit hoiem non triſtari in iſortunijs. Sed in alijs duobus pōt homini auxiliuz ferri per homines. Unde cum iſta duo ſecūda remedia phaleas pretermiſerit ſolum contra primum remedium ferens: videtur inſufficienter ordinaſſe. ¶ Tertiam rōnem ponit ibi[Cum iniurias ⁊c̄.] Et dicit ꝙ homines maxime iniuriant̄ pp̄ excellentias diuitiarū ⁊ honorum acquirendas: non autem ꝓpter neceſſaria cōquirenda: ſicut patet de illis qui exercent tyrannidem nō quidem ꝓpter hoc ut non patiantur frigus aut famem: ſed ꝓpter p̄dictas excellentias: Et ideo quia iſti maxime iniuriant̄ in ciuitate ꝓpter hoc premium dat̄ magnoꝝ honoꝝ in ciuitatibus his qui interficiunt tyrānos: non aūt his qui interficiūt alios fures: ⁊ tamē contra iniurias tyrannoꝝ nullum remediuz appoſuit phaleas. Unde patet ꝙ modus ordinationis eius prebet auxilium ſolum contra modicas iniurias: nō autē cōtra magnas. Deinde cum dicit.

¶ Preterea multa ſtatuere pergit per que ad ſeipſos recte inſtituti erūt: Sed oportebat quoqꝫ ad finitimos ⁊ ꝑegrinos oēs: neceſſe eſt ergo ꝯſtitutā eſſe Rēp. ad bellicuz robur de quo ille nil dixit.

¶ Oſtendit ꝙ ordinatio Phalee iſufficiens erat quantum ad ciuium conuerſationem: quia oportet in ciuitate multa conſtitui ex quibus ciues bene conuerſant̄ adinuicez. Oportet etiam aliqua conſtitui per que bn̄ conuerſentur ad vicinos ⁊ ad quoſcunqꝫ extraneos: ⁊ quia inter vicinos ⁊ extraneos qdaz etiam ſunt hoſtes cum quibus eſt bellandum: ideo neceſſe eſt etiam ponere in ciuitate aliquam ordinationem in comparatione ad bellicam fortitudinem que omnia predictus legiſlator pretermiſit. Unde manifeſtum eſt ꝙ inſufficienter ciuitatem ordinauit.

e

Odez modo de facultatibus: tantas eniz eſſe oportet ut nō ſolū ad ciuiuz uſuz: uerūetiā ad ꝑicula externa ſufficiāt. Quare nec ita magnas eē decet ut finitimi ꝯcupiſcāt quibꝰ reſiſti nō poſſit: nec rurſus ita paruas ut cuz paribꝰ ⁊ ſimilibus belluz nequeāt ſuſtinere. Ille igit̄ nihil determinauit. Opꝫ autē neqꝫ id latere quātas facultates hēre ꝯdūcat forte recta determinatio fuerit tātas eſſe debere ut lucrū ſuperātibꝰ bello afferre nō poſſint: ſed ita ſint quaſi nihil ſupacqrāt: quare Eubolus conſiderare iuſſit Autophardatē cuz Atharnea obſidere uellet. Cogitaret eniz quāto tēpore circa expugnationez eius loci diſtinebit̄ ac exiſtimare huius tēporis iacturā. Uellez eniz pro minori ꝑcio iaz tūc Atharnea relinquere: que cuz dixiſſet Autophardatē in ſententiā traxit ⁊ obſidionem p̄termittere fecit. Habet igit̄ utilitatē exequatio patrimonioruz inter ciues: ne inde ſeditiones oriant̄. Uex (ut ita dixerim) nō admodū magnā: nā ⁊ preſtātiores cōqueri poſſent quaſi ipſi plus habere debeāt. Ex quo fit ut ipſi ſepe iſurgāt ac ſeditiones cōcitent. Preterea improbitas hoiuz inſatiabilis eſt: ⁊ primo quidē ſufficere dicūt pauca atqꝫ minima: mox v̄o ubi illa ſunt ꝯſecuti plura appetūt ſemꝑ quouſqꝫ in infinitū ꝓcedant. Infinita eſt eniz cupiditatis natura: ad cuius expletionē plurimi viuūt. Hoꝝ igitur principiū eſt magis ꝗ̄ patrimonioꝝ exeq̄tio: ciuitatē ſic inſtituere ut boni quidē viri plus ꝗ̄ ſibi cōpetat habere non querant. Improbi aūt ſi querāt habere nō poſſint. Hoc aūt fiet ſi inferiores ſint: nec iniuriā patiant̄. Nec v̄o in hac ipſa exequatione patrimonioꝝ recte eſt ab eo diſpoſitū: cuz fundos ⁊ agros exequet ſolũ: ſed ſunt ſeruoꝝ quoqꝫ armẽtorũqꝫ ⁊ pecuniarũ diuitie ⁊ apparatus ingens earũ rerũ quas ſuppellectilẽ uocitamus. An igit̃ horum oĩuꝫ exequatio querẽda eſt uł̃ moderatio quedã mediocris uel cuncta omittẽda.

❡ Poſtq̃ philoſophus improbauit politiaꝫ phalee quãtum ad ea que pretermiſit quantum ad diſciplinam ciuium: pacem ciuitatis: ⁊ communem conuerſationẽ: hic improbat eam quantuꝫ ad hoc ꝙ inſufficienter de ſubſtantijs ordinauit: ⁊ circa hoc ponit quatuor rationes circa quarum primam dicit ꝙ etiam de poſſeſſione non ſufficienter determinauit. quamuis enim poſuerit quãdã poſſeſſionis regulã inter ciues adinuicem ut ſcilicet omnium poſſeſſiones eſſent equales nõ tamẽ determinauit quãta deberet eſſe poſſeſſio totius ciuitatis cuius menſurã oportet accipere non ſoluꝫ in cõparatione ad ſufficiẽtiam ciuilium uſuum qui pertinent ad victum ⁊ ueſtitum ciuium ⁊ alia hꝰ: ſed etiaꝫ per cõparationem ad pericula que poſſunt ab exterioribus iminere. Et ideo duo ſunt ꝯſideranda circa quãtitatem poſſeſſionis ciuitatis: quoꝝ vnum eſt ꝙ nõ ſit tam magna ꝙ vicini potẽtiores alliciantur ad eam cõcupiſcendam: ita ꝙ ciues non poſſint ſuſtinere eorum moleſtias. Aliud eſt ꝙ non ſit tam parua ut non ſufficiat ad preparationem belli per qḋ ciues reſiſtant ſibi equalibus ⁊ ſimilibus. Oportet ergo ſcire ꝙ multitudo poſſeſſionis ꝓdeſt ciuitati: quia per hoc erunt ciues ſufficiẽtes non ſolum ad expenſas vite ciuilis: ſed etiã ad exercitia bellica. Sed tamen optimus terminus eẽ videtur multitudinis ſubſtãtie ut non ſit tanta ut propter abundantias ciues de leui preſumant inferre bellum ſuis potentioribus: ſed ita ut poſſint ſecure inferre bellum his qui non hñt tantã ſubſtantiã per quam eis poſſint reſiſtere. Uel põt aliter intelligi ut talis terminus poſſeſſioni ciuium ſtatuat̃ ut potentiores non defacili moueant̃ belluꝫ ciuitati inferre: allecti ex abũdantia poſſeſſionis eoꝝ: ſed ita ſe habeant ad eos ſicut ad illos qui non hñt tot diuitias ꝓpter quas diripiendas debeant potẽtiores diſcrimẽ belli ſubire. Et hinc cõſonat exemplum qḋ ſubdit. Cum enim quidã princeps Autophardates noĩe uellet obſidere quãdam ciuitatem que Atharnea dicebat̃: quidã ſapiens Eubolus noĩe aliquis bonus cõſiliarius induxit eum ut ꝯſideraret in quãto tẽpore poſſet capere ciuitatem: ⁊ cuꝫ hoc etiam cõputaret tãti tẽporis expẽſas: ⁊ ſi inueniret ꝙ minus lucraret̃ capiẽdo ciuitateꝫ q̃ꝫ expenderet obſidẽdo derelinqueret ipſam. Cui cõſilio princeps ille ꝯſentiẽs ceſſauit ab obſidione: nõ aũt ceſſaſſet ſi maiores diuitias habuiſſent. Unde p̃dictus poſſeſſionis terminus videt̃ eſſe utilis ciuitati quem cuꝫ phaleas p̃termiſerit videt̃ iſufficiẽter de poſſeſſione ciuitatis ordinaſſe. Scḋam rõnem ponit ibi [Habet igit̃ ⁊c.] Et dicit ꝙ in aliquo expedit ciuitati ꝙ ſubẽ ciuiũ ſint eq̃les ad hoc ꝙ nõ fiant ſeditiones adinuicẽ inter ciues. Sed ut italiceat dicere hoc nõ eſt aliquid magnuꝫ: qꝛ per hoc ceſſant ſeditiones inter paruos ciues: manet auteꝫ materia ſeditionis maioribus ciuitatis. Illi eni qui ſunt in ciuitate gratioſi: utpote nobiles ⁊ virtuoſi exñtes indignabunt̃ ſi equalia recipiant: cum ſint digni maioribus. Sicut enim cõtra iuſtitiã eſſe videt̃ ut equales inequalia hẽant: ita iniuſtitia eſt ut inequales equalia hẽant. Et ex hac cauſa frequẽter maioreꝫ ſunt alijs moleſti ⁊ ſeditiones mouent. Per iuſtitiã enim cõſeruat̃ pax ciuitatis: trãſgreſſio vͦo iuſtitie eſt ſeditionis cauſa. Sic igit̃ inſufficiẽter de poſſeſſionibus ſtatuit phaleas. ❡ Tertiaꝫ rõnẽ ponit ibi [Preterea improbitas ⁊c.] Et dicit ꝙ ſi uoluntas hoium quãtum ad neceſſitatem repleri poſſit: tñ quãtum ad malitiam repleri nõ põt. Primo eniꝫ homini qui nihil habet videtur ſufficiẽs ꝙ habeat minimũ quid: qḋ cum acquiſiuerit uł̃ ex hereditate paterna acceperit ſemper videt̃ ꝙ indigeat pluribus: ⁊ hoc uſqꝫ in infinitum. Et hoc ideo eſt: qꝛ natura cõcupiſcentie eſt infinita. Nõ enim querit ſola neceſſaria vite ſed oĩa que poſſunt homini eſſe delectabilia: que ſunt infinita. Unde cum plurimi hoium ad hoc ꝯtendant ut ſuam ꝯcupiſcentiã repleãt ſequit̃ ꝙ eoꝝ deſiderium repleri non poſſit uſqꝫ in infinitum. Ex hoc aũt ꝙ aliqui deſiderãt ea que ſunt aliorum oriunt̃ in ciuitatibus ſeditiones. Oportet igitur ꝙ legiſlator magis regulet principiuꝫ hoꝝ. ſ. ꝯcupiſcẽtiam q̃ꝫ etiam poſſeſſiones. Sed hoc aliter ſit quãtuꝫ ad bonos ⁊ aliter quãtuꝫ ad malos. Oportet enim ꝙ legiſlator illoꝫ qui ſunt nãliter virtuoſi ita inſtituat ꝙ nõ uelint agere auare. i. tollere aliena. Qḋ quidem facere põt aſſuefaciendo eos ad amoreꝫ iuſtitie. Sed homines prauos ſic debet tractare ut non poſſint aliena tollere: etiam ſi uelint. Et ad hoc duo ſunt neceſſaria: quoꝝ vnuꝫ eſt ut praui in ciuitate ſint minores. i. ꝙ dimittantur in infimo ſtatu ut alijs nocere non poſſint. Aliud aũt eſt ut eis iniurie nõ irrogent̃ ex quibus homines ꝓuocant̃ ut alijs noceãt. Cum igit̃ hꝰ diſciplinã phaleas p̃termiſerit inſufficiẽs in ſua legiſlatione fuiſſe videt̃. ❡ Quartã rõnẽ ponit ibi [Nec vͦo ⁊c.] Et dicit ꝙ phaleas nõ ſufficienter dixit de equalitate ſubſtãtie: qꝛ adequauit ſubſtãtias ciuium ſolum quãtum ad bona imobilia. ſ. quãtuꝫ ad poſſeſſioneꝫ terre. Sunt aũt quedã alie diuitie: puta: ſeruoꝝ: animalium denarioꝝ ⁊ alioꝝ que preparant̃ ad uſuꝫ vite que ſuppellectilia dicunt̃: de quoꝝ eq̃litate nihil dixit. Oportet aũt ꝙ oĩum tam mobilium q̃ꝫ imobiliuꝫ equalitas ſtatuat̃: aut ſꝫm aliquem alium modum ordinet̃ de eiſ: aut ꝙ omnia pretermittant̃. Eadem enim ratio eſt de mobilibus ⁊ immobilibus: quia ex utriſqꝫ ſeditiones oriuntur. Deinde cum dicit.

❡ Videt̃ aũt ex iparũ legũ poſitione ciuitatem exiguã ꝯſtituere. Siqdẽ artifices oẽs publici erũt nec multitudinem augebunt ciuitatis. Sed certe publicos eſſe eos qui publica faciunt opera oportet: quemadmodum Epidamnij: ⁊ quemadmodum Dioſantꝰ qñqꝫ Athenis ꝯſtituit. De phalee igit̃ Rep. fere ex his depꝛhẽdi põt: ſiqd ab eo ſit bñe dictũ uel nõ bene.

❡ Improbat ordinationem Phalee q̃tuꝫ ad artificeſ ⁊ dic̃ ꝙ pp̃ legẽ quã phaleas circa artificeſ tulit ſequebat̃ ꝙ ciuitas modica cõſtitueret̃. Volebat eni ꝙ oẽs artifices in cõmuni oparent̃ ⁊ eorum opera diſtribuerent̃ ciuibus ſꝫm eorũ neceſſitates. ⁊ ſꝫm hoc artifices eſſent quaſi ſerui cõmunitatis ⁊ nõ facerent aliqḋ ſupplementum ad multitudineꝫ ciuitatis: Unde relinquebatur ꝙ ciuitaſ eẽt parua: cum videamuſ nunc nõ modicaꝫ ꝑtem ciuitatis ex artificibus eſſe. Oportet tñ eẽ in ciuitate aliquos publicos oparios qui operent̃ opa cõmunia ciuitatis: ſicut ſeruat̃ in ciuitate Epidamnij ⁊ ſicut quidam legiſlator nomine Dioſantus aliquãdo ſtatuit Athenis. Ultimo autẽ epilogando ꝯcludit ꝙ ex p̃miſſis põt aliquis ꝯſiderare circa politiã Phalee quid bene uel nõ bene dixit.

b Yppodamus aũt Mileſius qui ⁊ ciuitatum diuiſionem inuenit ⁊ pireum abſcidit cum eſſet in cetera quoqꝫ vita moroſioꝛ ꝓpter glorie cupiditatem uſqꝫ adeo ut quibuſdā videreť ſuꝑfluus capilloꝝ prolixitate ⁊ ornatu ſumptuoſo. Preterea ueſtitu vili quidem ſed admodū farcto nō in hyeme ſoluʒ uerūʒ etiaʒ in eſtate. Studioſus aūt de omni natura eſſe uolēs primus oīum qui non in Rep. uerſati eſſent aggreſſus eſt aliqd dicere de optimo ciuitatis ſtatu.

¶ Poſtqꝫ proſecutus eſt de politia Phalee: hic incipit agere de politia hyppodami ⁊ circa hoc tria fac̃. Primo exponit conditioneʒ Legiſlatoris. Secundo narrat politiam ipſiuʒ quam ipſe inſtituit ibi[Conſtituit autem ⁊c̃.] Tertio improbat eam quantū ad aliqua: ibi[Sed primo ⁊c̃.] Circa p̄mum tria facit. Primo dicit quid in arte politica Hyppodamus adinuenit: ⁊ dicit ꝙ adinuenit diſtinctionem ciuitatis quantuʒ ad diuerſos ordines ciuiuʒ. Et iterum diuiſit ſuburbia. Adinuenit enim quō territoriuʒ ciuitatis per diuerſa ſuburbia diſtingui deberet. Fuit aūt Euriphontis filius: Mileſius aūt natione. Scđo exponit ꝯuerſationē ipſius ⁊ dicit ꝙ qꝛ erat honoris cupidus quedā ſuperflua obſeruabat in ꝓpria vita p̄uata que eſt alia a ciuili. Uidebať enim eſſe curioſus in multitudine capilloruʒ ⁊ come. ⁊ iteruʒ in vilitate ueſtitus. Uolebat tñ habere calida ueſtimēta nō ſolū in hyeme ſed etiā in eſtate. Tertio exponit ſtudium ipſius. uoluit enim rōcinari de tota natura reruʒ ⁊ p̄mus inter pħos qui nō agūt ciuilem vitā ſed ꝯtēplatiuam: conatus eſt determinare que ſit optima politia. Deinde cum dicit.

¶ Conſtituit aūt ciuitatem multitudine decēmiliuʒ in tres diuiſam partes. Faciebat eniʒ vnā partē artifices: alterā agricolas: tertiā ꝓpulſatores belli.

¶ Enarrat ordinem politie ipſius: ⁊ p̄mo quantum ad diuiſiones quas adinuenit. Scđo quātuʒ ad iudicia: ibi[Legum quoqꝫ tres ⁊c̃.] Tertio quātum ad ciuium diſciplinam: ibi[Ferebat quoqꝫ ⁊c̃.] Circa p̄muʒ duo facit. Primo oñdit quomō diuiſit ciuium multitudinem. Scđo quomodo diuiſit ciuitatis poſſeſſiones: ibi[Diuiſit quoqꝫ ⁊c̃.] Dicit ergo p̄mo ꝙ Hyppodamus determinabat optimam quātitatem multitudinis in ciuitate ut ſit. x. miliū virorum: ⁊ hanc multitudinem diuidebat in tres partes: quarum vna erat artificuʒ: alia agricolarum: tertia pugnatoꝝ. Deinde cum dicit.

¶ Diuiſit quoqꝫ Regionē in tres partes: ut eſſet pars vna ſacra: alia publica: tertia priuata. Unde cultus dijs fieret res ſacra vnde ꝟo ꝓpulſato belli alereñť publica: que ꝟo agricolarū foret priuata.

¶ Oñdit quomodo diuidebat poſſeſſionem ciuitatis: ⁊ dicit ꝙ totam regionem. i. territorium ciuitatis diuidebat in tres partes: quaruʒ vnā uolebat eſſe ſacrā: de qua. ſ. fierent ea que hoīes reputāt fieri ꝓpter cultum diuinuʒ. aliā uolebat eē publicā uel cōem de qua viuerent bellatores. tertiā uolebat eſſe ꝓpriā que diſtribueret inter agricolas. Deinde cum dicit.

¶ Leguʒ quoqꝫ tres eē ſpēs ſolū putabat. De quibus ꝟo iudicia fierent totideʒ eſſe numero: iniuriā: damnū: cedē. Ponebat quoqꝫ vnū iudicium principale ad qđ oīa male iudicata reducerenť: idqꝫ ꝯſtituebat ex ſenibus quibuſdā delectis. Sententias ꝟo in iudicijs non calculis ferendas eſſe cenſebat: ſed vnūquēqꝫ iudicē tabellā afferre: in qua ſcriberet ſi cōdēnaret ſimplr ſentētiā. ſin abſolueret ſimplr uacuuʒ. ſin partim ꝯdēnaret ꝑtim abſolueret idipſuʒ diffiniret. Nā ut nūc quidē fit nō recte ꝓuiſuʒ a lege exiſtimabat: qꝛ coguñť hoīes alterutrū iudicātes deierare.

¶ Narrat ordinem politie ipſius quantum ad iudicia: ⁊ circa hoc tria facit. Primo dicit ꝙ putauit leges iudicioruʒ eſſe ſolūmodo tres ſm̄ tria de q̄bus hoīes in iudicijs diſceptāt: que ſunt iniuria: damnuʒ: ⁊ mors: ut iniuria referať ad ea que fiunt in vituperium hoīs. nocumētuʒ aūt ad ea que fiunt in damnū reruʒ. ſub morte aūt cōprehendanť oīa que fiunt in nocumētum ꝑſone. Scđo ibi[Ponebat quoqꝫ ⁊c̃.] Dicit ꝙ Hyppodamus inſtituit quandā p̄ncipalē curiā ad quā reducerenť quaſi per appellationem omnes cauſe que non viderenť eē bene iudicate: ⁊ uolebat ꝙ hoc iudicium cōmitteretur quibuſdam ſenibus ad hoc electis qui ⁊ diſcretione ⁊ virtute eēnt ꝓbati. Tertio ibi[Sententias ꝟo ⁊c̃.] Ponit modū quē in iudicando uolebat obſeruari. Cum enim eſſet aliqua ſententia ferenda a multis iudicibus: putabat nō oportere ꝙ iudices ꝯferrent adinuiceʒ de ſententia ferenda: ſed ꝙ vnuſquiſqꝫ ſolitarius cogitaret de ſententia ferenda: ⁊ illud quod cogitaret deferret ſcriptuʒ in tabella: ita ſcilicet ꝙ ſi ſibi videretur ꝙ aliquis accuſatus eſſet condēnandus ſimplr ꝯdēnationem ibi deſcriberet. Si ꝟo ſibi videretur ꝙ eēt ſimplr abſoluēdus deferret tabellā uacuam. Si aūt ſibi videreť ꝙ quātuʒ ad aliqd eſſet ꝯdēnādus ⁊ quātuʒ ad aliqd abſoluēdus hoc etiā determinaret per ſcripturā ⁊ ſic ex oībus ſcripturis eligereť qđ pluribꝰ videreť: nō aūt putabat bonuʒ eē hoc qđ nunc eſt lege ſtatutū ut iudices adinuicem ꝯferāt anteqꝫ vnuſquiſqꝫ ſniam ꝓferat. cuʒ enim ſint iurati dicere qđ eis videť. per hꝰ diſceptationes que in tali loco ⁊ circa talia fiunt coguñť quodāmodo peierare dum aliqs non audet dicē qđ ſibi vꝛ multis ꝯdicētibꝰ. Deide cū dic.

¶ Ferebat quoqꝫ legē de his qui utile qppiā ciuitati reperiſſent: ut honoribꝰ afficerenť. Filios aūt eoꝝ qui pro patria bellādo occubuiſſent ex publico alendos eſſe: quaſi id nō prius fuerit lege ꝓuiſuʒ. nā eſt Athenis ea lex ⁊ alijs quibuſdā ciuitatibꝰ. Magiſtratuū ꝟo oīum electiones populo attribuit: populum aūt faciebat tria illa genera ciuium. Qui ꝟo delecti eſſent eos Rerūp. curā habere debere: itē hoſpitalium ⁊ pupilloꝝ. Plurima igiť ac maxime digna memoratu in Hyppodami conſtitutione iſta ſunt.

¶ Narrat ordinationem eius circa diſciplinam ciuium ⁊ ponit eius quatuor leges: quaruʒ p̄ma eſt ꝙ illi qui inuenirēt aliquid ordinandum in ciuitate qđ eſſet ciuitati expediens obtinerent aliquem honorē. Scđam legem ponit ibi[Filios autem ⁊c̃.] Ut. ſ. filij eorum qui moriunť in bello pro ciuitate nutrirenť de erario publico:qđ quidem nondum erat ſtatutum in ciuitatibus:nunc autem iſta lex obſeruat̄ Athenis ⁊ in qbuſdā alijs ciuitatibꝰ.¶ Tertiam legem ponit ibi[Magiſtratuum vō ⁊c̄.]Et hec eſt de electione p̄ncipum: ut.ſ.totus populus p̄ncipes eligat.Dicebat autem eē populum tres p̄dictas partes ciuitatis.ſ.agricolas artifices ⁊ bellatores.¶ Quartā legem ponit de officio magiſtratuuȝ:ibi[Qui vō ⁊c̄.]Ut ſcilicet illi qui eliguntur in magiſtratus habeant curam de rebuſ cōmunibus ciuitatis ⁊ de peregrinis ⁊ de orphanis ⁊ alijs impotentibus pſonis. Et ultimo ꝯcludit ꝙ plurima ⁊ digne recitāda de his que Hyppodamus ordinauit ſunt ea que dicta ſunt.

ſ Ed p̄mo dubitabit aliquis de partitione ciuiuȝ:nā ⁊ artifices ⁊ agricole ⁊ qui arma tenēt oēs in reip. communione uerſantur. Uerum agricole quidem arma non habent:artifices autem neqꝫ arma neqꝫ agros:itaqꝫ fiunt quodammodo ſerui eorum qui habent arma. Participes eſſe igitur omniuȝ bonorum impoſſibile eſt:cum ſit quidem neceſſarium ex his qui habent arma conſtituit belli duces ⁊ cuſtodes ciuium ⁊ principaliſſimos(ut ita dixerim)magiſtratus. quod ſi participes non ſint Reip.quomodo bono animo eſſe poterunt in Rep?

¶ Poſita politia Hyppodami hic improbat ipaȝ:⁊ primo quātum ad diuiſionem quam inſtituit.Secundo quātum ad ea que de iudicio dixit ibi[Nec de iudicio ⁊c̄.]Tertio quātum ad ea que inſtituit de diſciplina ciuium ibi[De eo autem ⁊c̄.]Circa p̄muȝ duo facit.Primo improbat diuiſionem inſtitutam ab Hyppodamo quantum ad partes ciuitatis.Secūdo quantuȝ ad poſſeſſiones:ibi[Preterea publicos ⁊c̄.]Circa primuȝ tria facit.Primo improbat diuiſioneȝ ꝑtiū ciuitatis quātum ad artifices.Secūdo quātuȝ ad bellatores ibi[Enimuero ⁊c̄.]Tertio quātum ad agricolas:ibi[Preterea agricole ⁊c̄.]Dicit ergo primo ꝙ prima dubitatio in politia hyppodami accidit circa diuiſiones multitudinis ciuium. Uoluit enim ꝙ tam artifices q̄ȝ agricole q̄ȝ viri armati omnes communicarent in ordine ciuitatis:ita tamen ꝙ agricole non hr̄ent arma:ſed haberent terrā:artifices aūt neqꝫ haberēt terraȝ neqꝫ arma. Ex qua ordinatione ſequit̄ ꝙ artifices fere ſunt ſerui eorū qui poſſident arma:qꝛ nullam ꝓpriam poſſeſſionē habentes:qđ videt̄ ad eoꝝ utilitatem ꝑtinere inſiſtunt opibus in miniſterium ciuitatis:⁊ p̄cipue bellatoꝝ quos oportet maiorem partem in honoribus ciuitatis obtinere.Non eni eſt poſſibile ꝙ artifices hēant partem in oibus honoribꝰ:qꝛ duces exercitus ⁊ rectores ciuiuȝ ⁊ alij maiores p̄ncipatus indecens ꝙ inſtituant̄ ex artificibus ſed ſolum ex viris bellatoribꝰ qui ſunt ad hoc magis idonei.Nō eſt autem poſſibile ꝙ ex quo nō hn̄t parteȝ in regimine ciuitatis ꝙ ipſi ament talem ordinationem ciuitatis. Unde relinquit̄ ſeditionis materia.Non igit̄ conuenienter ordinauit de artificibꝰ. Deinde cum dicit.

¶ Enimuero potētiores eſſe oportet illos qui arma tenēt ambabus partibus:id aūt non facile eſt niſi multitudine exuperent: qđ ſi hoc erit:quid opus eſt alios participes eſſe Reip.⁊ ſuffragia magiſtratuū habere?

¶ Improbat p̄dictam ordinationem,quātum ad viros bellatores.Oportet enim eos eſſe meliores.i.potētiores ambabus alijs partibus.ſ.⁊ agricolis ⁊ artificibꝰ. Et hoc ideo qꝛ ad viros bellatores ꝑtinet ut p̄tātem ciuitatis defendant nō ſoluȝ ꝯtra pugnationem hoſtiū ſed ⁊ cōtra ſeditiones ciuium quos nō poſſent rep̄mere niſi potētiores eſſent.qđ quidē nō eſt facile niſi ſint multi.Si aūt viri bellatores excedant ⁊ multitudine ⁊ virtute ⁊ dignitate nulla ratio fuit ꝙ artifices ⁊ agricole ꝑtem hērent in regimine ciuitatis.⁊ ꝙ ad eos ꝑtineret inſtitutio p̄ncipum.qꝛ ſemꝑ hoc fiet ad arbitriuȝ viroꝝ bellatoꝝ.Supflue igit̄ alijs cōmittit̄.Unde patet ꝙ nō conuenienter diuiſit viros bellatores ab alijs. Deinde cum dicit.

¶ Preterea agricole q̄d utilitatis afferūt ciuitatibus? Artifices enim eſſe neceſſariū eſt.Nam oīs ciuitas artificibus indiget:⁊ poſſunt proficere ex artibus queadmodū in alijs ciuitatibus:ſed agricole ſi habentibus arma victum parant merito forēt ꝑs aliqua ciuitatis.at hi priuatim hn̄t agros: priuatimqꝫ colunt.

¶ Improbat p̄dictam diſtinctionem quātum ad agricolas:de quibus non eſt manifeſtuȝ ſm p̄dictam ordinationem quō ſint utiles ciuitati.De artificibus eniȝ manifeſtum eſt ꝙ ſunt in ciuitate neceſſarij ꝓpter uariam ſuppellectilem p̄parandā:ita ⁊ vita ciuium poterit bene ꝓcedere per ea que p̄parant̄ ab arte ſicut accidit in alijs ciuitatibus.Uel pōt intelligi ꝙ ipſi artifices pn̄t ꝓcedere.i.nutriri de ſua arte.Unde nō indigent agricolis ut ab eis ſuſtētent̄.Sed viri bellatores qui ſi ab alijs diſtinguant̄ nō poſſunt de ſuo officio ſuſtentari. Unde indigent ut ab alijs ſuſtentent̄.Si igit̄ agricole inſtituerent̄ ad hoc ꝙ acquirerent cibuȝ viris bellatoribus rōnabiliter ponerent̄ eſſe pars ciuitatis.Oportet enim ꝙ pars totius coadiuuet ad bonum aliarum partium.Sed ſm p̄dictam oꝑationem hēbunt ꝓprias poſſeſſiones ⁊ eas colēt:⁊ ita alijs in nullo utiles erūt ſed ſibiipſis tm̄.Non ergo ponunt̄ agricole conuenienter pars ciuitatis. Deinde cum dicit.

¶ Preterea publicos agros ex quibus ꝓpulſatores belli victum habere oportet: ſi ipſi iidem colant:non eſſet aliud agricola:aliud propulſator belli:qđ legiſlator eē vult.Sin alij quidam ab agricolis ⁊ propulſatoribus quartum erit membrum ciuitatis nullius particeps ſed alienū a rep. Qđ ſiquis dicat eoſdem agricolas ⁊ ſuoſ colere ⁊ publicos agros:primo fructuuȝ multitudo non ſufficeret ex quibus ſinguli binis domibus habeant miniſtrare.Deinde quāobrem non ſtatim ex eiſdē agris pro ſe que alimenta ſumant ⁊ pro propulſatoribus exhibeāt.hec ſane omnia magnā cōtinent turbationem.

¶ Improbat diuiſionem poſſeſſionum.Ponebat enim Hyppodamus vnam partem poſſeſſionum ciuitatis cõmuneʒ ex qua viri bellatores nutrirent. Eſt ergo cõſiderandum quis colet iſtam terram cõmuneʒ. Oportet aũt ꝙ altero trium modoꝝ colat: quoꝝ pͥmus eſt: ut ipſimet bellatores colant terram communem: ⁊ ſic quidem erunt pugnãtes ⁊ agricole: ſed Legiſlator nõ noluit eos diſtinguere: iutilis ergo fuit diſtinctio. Secundus modus ut quidaʒ alij inter pugnatores ⁊ agricolas colentes poſſeſſiones proprias colant terraʒ cõmunem. Ex quo ſequitur ꝙ erit quedam quarta pars ciuitatis in nullo participans regimine ciuitatis: ſed oĩno ab hoc aliena. Nõ eniʒ admittebat ad electioneʒ principum niſi tres partes predictas. Tertius modus eſſe poteſt ut ipſi agricole qui colunt poſſeſſiones proprias colant ⁊ cõmunes. Sed tunc ſequetur ꝙ non ſit copia fructuum terre in ciuitate. Non enim erit facile ꝙ vnus agricola ſufficienter excolat tot terras vnde fructus neceſſarios duabus familijs adminiſtret. Si etiam iſte tertius modus ponatur videtur fuiſſe ſuperflua poſſeſſionum diuiſio in tres partes. potuiſſet eniʒ fieri ut a principio tota terra daretur agricolis: ut ſcilicet vnuſquiſqʒ agricola ex terra que ei ueniret in ſortẽ ſumeret cibum ſue familie ⁊ aliquibus viris bellatoribus. Ea igitur que Hyppodamus dixit circa huiuſmodi diuiſiones inducunt magnaʒ turbationẽ. Deinde cum dicit.

¶ Nec de iudicio quoqʒ recte ſe habet lex que iudicandum putat: cũ diſtinctione litem ſimpliciter ſcriptam: ita ut ex iudice fiat arbitrator: hoc enim in compromiſſo in plures facto recipitur. Conferunt eniʒ inter ſe de ſententia ferenda ſed in iudicijs non recipitur: immo Legumlatores pleriqʒ contra ſtatuunt ne iudices inter ſe colloquantur. Deinde quomõ nõ erit litigioſa ſententia: cum iudex non putat tantum deberi quantum petitur. Nam ſi petitor viginti minas poſtulabat: iudicuʒ autem vnus decem iudicet: alter quinqʒ: alter quatuor: ⁊ hoc modo diuident: ⁊ alij in totum condemnabunt: alij in nihilum quis erit modus ſententiarum concordandarum?

¶ Improbat predictam politiam quantum ad iudiciuʒ ſcilicet quantum ad hoc ꝙ ſtatuit iudicia in pretorijs fieri non per ſententie collationem: ⁊ circa hoc duo facit. Primo improbat ſtatutum. Secundo rationeʒ ſtatuti: ibi ⌊ Preterea nemo ⁊c. ⌋ Circa primum ponit duas rationes: circa quarum primam dicit ꝙ lex quaʒ ipſe poſuit de iudicio non bene ſe habet: per quam reputauit ꝙ aliqui iudicarent diuidẽtes ſe abinuicem: ꝙ quilibet per ſeipſuʒ conſcriberet id quod ſibi de cauſa videretur. Et ſm̃ hoc uolebat ꝙ iudex per ſeipſum diſquireret quid eſſet iudicandum: ſed in tali diſquiſitione ſingulari contingebat etiaʒ a pluribus ſimul diſquiri: quia iudices poterant ſibiinuicem colloqui de iudicio ferendo in domibus proprijs: ita tamen ꝙ in pretorijs. i. in loco publico iudiciorum non colloquerentur adinuicem ad conferendum de ſententia: ⁊ hoc erat magis periculoſum: quia facilius poterit contingere ꝙ vnus iudex peruerteret alium ad ferendum ſententiam aliter q̃ʒ ſibi videretur priuatim cum eo conferens q̃ʒ in pretorio publico omnibus audientibus. Unde etiam contrarium huius multi latores ſtatuerunt: ut ſcilicet iudices non colloquantur adinuicem in priuato videlicet: ſed ſolum in pretorijs adinuicem conferant. Uidetur igitur ꝙ predicta lex periculoſa fuerit ⁊ aliorum legibus contraria. ¶ Secundam rationem ponit ibi ⌊ Deinde quomodo ⁊c. ⌋ Et dicit ꝙ non poterit iudicium abſqʒ turbatione fieri per modum predictum: poteſt enim contingere ꝙ iudici non videbitur ſeorſum conſiderandum ut reus tantum cõdemnetur q̃ʒtũ actor qui litigat petit. Sed forte actor petit ꝙ reus condemnetur ad. 20. minas: iudex autem iudicabit ꝙ condemnetur ad. x. minas: aut forte vnus iudicum condemnabit eum ad plus: alius autem ad minus: puta vnus ad quinqʒ: alius ad quatuor: ⁊ per hunc modum oportet ꝙ iudices idem patiantur: ideſt ut conferant adinuicem poſt ſententias ſcriptas: ſicut ſi ſententias ſingulariter non conſcripſiſſent: quia forte quidam iudicum condemnabunt reum quantuʒ ad omnia que petit actor: quidam autem non. Quis ergo modus erit diſputandi de ſententijs diuerſis iudicum: niſi ſcilicet conferendo: ⁊ ſic predicta lex non poterit vitare qḋ intendebat: ſcilicet collationẽ iudicuʒ. Unde patet ꝙ ſuperflua fuit. Deinde cum dicit.

¶ Preterea nemo peierare cogit ſimpliciter condẽnantem uel abſoluentem ſi ſimpliciter petatur. Non erit cuʒ abſoluit nihil deberi iudicat: ſed viginti minas nõ debere. At ille periurat qui cuʒ putat viginti minas non deberi tamen condemnat.

¶ Improbat cauſam ſtatuti: que erat vitatio periurij: ⁊ dicit ꝙ ſi fiat collatio iudicum de condemnatione alicuius nullus cogit ꝓpter hoc ꝙ periuriuʒ cõmittatur ab eo qui iudicare debet: etiam ſi accuſatio actoris ſit iuſte ſcripta ⁊ iudex admittat. Non enim iudicabit iudex ꝙ reus nihil debeat: ſed forte iudicabit ꝙ viginti minas debeat: cum actor plus petit. Sed magis reus qui condemnatur deierare videtur qui nõ putat etiam ſe debere viginti minas: ⁊ ita propter talem cauſaʒ nõ oportebat hanc legem poni.

d E eo autem ꝙ inuenientibus aliqḋ cõmoduʒ ciuitati honores tribuẽdi ſunt non eſt tantuʒ lege cauere: ſed apparentiam ſolũ probabilem habet: continet enim calumnias ⁊ motuʒ forſan Reip. Sed incidit hec in aliam queſtionẽ ⁊ conſiderationem aliam: Utruʒ damnoſum ſit uel utile ciuitatibus leges patrias mutare ſi ſit alia melior. Quapropter nõ eſt facile dicto ſtatim aſſentiri: ſiquidẽ non conducit mutare: fieri autem poteſt ut inducatur: aut legum: aut Reip. diſſolutio tanq̃ʒ commune bonum.

¶ Poſtq̃ʒ improbauit politiam Hyppodami quantum ad diuiſionem ⁊ iudicia: hic improbat eam quantum ad diſciplinam quam ordinauit: quantum ad hoc ſcilicet ꝙ ſtatuit ꝙ qui inuenirent aliquid utile ciuitati honorem conſequerentur: ⁊ circa hoc duo facit. Primo improbat ſtatutũ. Secundo mouet quaſdam queſtiones: ibi ⌊ Sed cum ⁊c. ⌋ Dicit ergo pͥmo ꝙ non eſt ſecuruʒ ciuitati ꝙ p̄dicta lex ſtatuat: ſed ſolum in pͥmo aſpectu cũ auditur apparet bona: Si eni eueniat ꝙ talis lex ſtatuatur habebit multas calũnias dũ aliqui arbitrabunt eẽ utile illud adinuentũ ⁊ aliq nõ. Hebit ẽt tranſmutationes politiarum. Una enim lege tranſmutata quādoqꝫ totus ſtatus ciuitatis mutat᷑. Sed iſtud ſtatutum facit nos incidere in aliam queſtionem ⁊ in aliam conſiderationem. Eſt eni dubiuꝫ apud quoſdaꝫ utrum ſit expediens uel nociuuꝫ ciuitati ut remoueat patrias leges ſi aliqua melior adinueniat᷑: ⁊ ideo huic dicto non facile eſt ꝙ homo uelociter conſentiat: ut.ſ. adinuentores nouoruꝫ honorentur: ⁊ hoc ſi non expedit ciuitatibus ꝙ leges prime amoueantur. Continget autem per hoc ſtatutum ꝙ quidam dū prouocantur ad nouorum adinuentionem ut adipiſcantur honorem inducant diſſolutioneꝫ legum ⁊ totius politie ſub ſpecie communis boni: qđ quidem eſt ualde periculoſum. Non ergo illud ſtatutum eſt conueniens. Deinde cum dicit.

¶ Sed cum in hanc mentionem inciderimus: etiaꝫ pauca de eo perſtringēda ſunt. Habet enim (ut diximus) dubitationē: ⁊ melius videri poteſt ut mutationem recipiāt. Nam in alijs quideꝫ ſcientijs hoc prodeſt: ceu ſi medicina ab inſtitutis patrijs mutetur: ⁊ Gymnaſtica ⁊ alie artes atqꝫ facultates: quarum cum vna ponenda ſit Ciuilis diſciplina: patet in ea quoqꝫ eandem rationem eſſe tenendaꝫ. Probari autē hoc dicet aliquis ⁊ in ipſis rebus: antiquas enī leges nimium rudes eſſe ⁊ barbaras: armati ſiquideꝫ incedebant Greci ⁊ uxores emebant inuicem: ⁊ quotcūqꝫ uetuſta iura alicubi extant penitus rudia ſunt: ceu apud Cumas de cede lex eſt ſi accuſator teſtes inducat ex agnatis proprijs reū eſſe cedis contra quē probat᷑. Querūt aūt nō patrium ſed bonuꝫ omnes. Putandūqꝫ eſt priſcos illos hoīes: ſiue ex terra geniti fuerūt: ſiue ex corruptione aliqua ſeruati ſimul fuiſſe ignaros ⁊ imprudentes qđ de terra natis dicit᷑ ut abſurdū ſit in eorū opinionibꝰ ꝯſiſtere uelle. Preterea neqꝫ leges ſcripte meliores ſunt ſi ſint imutabiles. Ut eni in alijs artibꝰ: ſic etiā circa ciuileꝫ ꝯſtitutionē ipoſſibile eſt ſingula ad minimū uſqꝫ cōprehēdere: neceſſe eſt eni ut generaliter ſcribant᷑. At illa que aguntur ꝑticularia ſunt. Ex his ergo videt᷑ ⁊ quaſdam leges ⁊ quandoqꝫ eſſe mutandas.

¶ Mouet quaſdam dubitationes ⁊ primo: utrum oporteat leges mutare. Secundo ſi ſunt mutande a quibus ⁊ quomodo: ibi⌊ Preterea ſi mutāde ⁊c̄.⌋ Circa primum duo facit. Primo inducit rationes ad oſtendendum ꝙ oportet mutare. Secundo inducit ad contrariuꝫ: ibi⌊ Alio autem modo.⌋ Circa ꝓmuꝫ ponit quatuor rationes: circa quarum primam dicit: ꝙ quia fecimus modicam mentionem de mutatione legum melius eſt ꝙ parum amplius ſuper hoc nos dilatemus: qꝛ ut dictum eſt hoc habet dubitationem: ⁊ quibuſdam videtur ꝙ melius ſit leges antiquas ammouere ſi aliqua melior inueniatur. Videmus enim ꝙ hoc multuꝫ profuit in alijs ſcientijs: ꝙ ſcilicet aliqua ſunt mutata de his que a patribus obſeruabantur: ſcilicet in medicina. Nam poſteriores medici multa adinuenerunt mutantes ea que primi obſeruabant. Et idem etiam eſt in Gymnaſtica.i. in exercitatiua. Dicebantur eniꝫ gymnaſia quedam exercitia in quibus homines nudi ſe exercebant: a gymnos quod eſt nudum. Et ita etiaꝫ videmus in omnibus alijs artibus ⁊ operatorijs potentijs de quarum numero eſt politica: que eſt regitiua ciuitatis. Ergo etiaꝫ in regimine ciuitatis oportet mutare ea que a patribus ſunt obſeruata dummodo meliora occurrant. ¶ Secundam rationeꝫ ponit ibi⌊ Probari autem ⁊c̄.⌋ Et dicit ꝙ ſignum huius ꝙ leges ſint mutande poteſt aliquis accipere ab ipſis operibus: ideſt ab his que contingunt. Videmus enim ꝙ antique leges fuerunt ualde ſimplices ⁊ barbarice.i. irrationabiles ⁊ extranee: ſicut hic ꝙ ab antiquo erat lex apud Grecos ꝙ emebant uxores adinuicem: portantes ad talem emptionem ferrum: qꝛ forte alia metalla non erant in uſu. Et ſimiliter videmus ꝙ ſique leges adhuc remanent de antiquis ſunt omnia ſtulta. Sicut apud Cumas erat talis lex circa homicidia ꝙ ſi aliquis de cognatis occiſoris inducatur teſtis aduerſus eum cenſeretur reus homicidij: ⁊ hoc eſt omnino irrationabile. Homines autem in legibus ponendis non debent querere quid fuerit a patribus obſeruatū: ſed quid ſit bonum obſeruandum. Et ita conueniens eſt antiquas leges mutari ſi occurrāt meliores. ¶ Tertiam rationem ponit ibi⌊ Putandumqꝫ eſt ⁊c̄.⌋ Ad cuius intellectum conſiderandum eſt: ꝙ Ariſtoteles opinatus fuit mundum ab eterno fuiſſe: ut patet in.8. Phiſicorum: ⁊ in primo de celo: ⁊ tamen manifeſtuꝫ eſt per antiquas hiſtorias ꝙ ab aliquo certo tempore inceperūt regiones habitari: quod videtur cōtrariari eternitati mundi. Sed ad hoc ſoluendum inducebat Ariſtoteles ꝙ multotiens facte ſunt deſolationes generales terrarum per aliqua diluuia uel per quaſcūqꝫ corruptiones quibus ceſſantibus inceperunt de nouo regiones habitari. Quod quidem potuit contingere dupliciter. Uno modo ita ꝙ homines generarētur ex terra. Poſuerunt enim quidam ꝙ ex terra aliquo modo proportionata naturaliter generaretur homo: ſicut ⁊ murem certum eſt generari ex terra. Sed hoc non videtur conueniens: quia natura ex determinatis principijs ⁊ per determinata media procedit in ſuos effectus. Unde animalia perfecta nunqꝫ poſſunt generari niſi ex ſemine: vnde non credimus ꝙ ex terra poſſit homo fieri naturaliter ſed ſoluꝫ virtute diuina. Alio modo potuit contingere ꝙ in generali corruptiōe aliqui homines conſeruarentur uel in montibus uel per aliquem alium modum: ſicut nos ponimus ꝙ Noe fuit conſeruatus in archa tēpore diluuij generalis: ⁊ Deucalion fuit conſeruatus in montibus in diluuio quod accidit in tempore Ogigij regis in terra Grecorum. Sed quocunqꝫ horum modorum contigerit videtur ꝙ primi homines fuerint imprudentes ⁊ ignari ⁊ inſenſati ſicut fabuloſe dicitur de illis qui dicuntur fuiſſe producti de terra tēpore Deucalionis. Unde incōueniens videtur ꝙ aliquis permaneat in legibus ⁊ ſtatutis ipſorum. ¶ Quartam rationeꝫ ponit ibi⌊ Preterea neqꝫ ⁊c̄.⌋ Poſſet enim aliquis dicere ꝙ conſuetudines antiquorum inſenſatorum opportunius fuit mutari: ſed leges que ſunt ſcripte a viris ſapientibus non debent mutari: ſed ad hoc excludendum ipſe obijciendo dicit ꝙ non eſt melius ſi etiaꝫ leges ſcripte permaneant immobiles. Videmus enim ꝙ impoſſibile eſt omnia diligenter ⁊ perfecte eſſe ſcripta circa ordinationem ciuitatis etiam a quibuſcūqꝫ ſapientibus viris. Sicut etiaꝫ eſt hoc impoſſibile circa alias artes: quia ſapientes ſcribunt legem in vniuerſali ⁊ non poſſunt conſiderare omnia particularia: actus ṽo ſunt circa particularia: vnde nõ potuerũt omnia perfecte ſcribere que pertinent ad directionem actuum: ⁊ ſic melius eſt ꝙ immutentur quando aliquid melius inuenitur. Sic ergo per hꝰi rationes videtur ꝙ quedaꝫ leges aliquando ſunt mutande. Deinde cum dicit.

¶ Alio aũt mõ ꝯſiderantibꝰ cauẽdũ videt̃ eſſe maxime cũ utilitatis q̄dẽ acceſſio ꝑua ſit. aſſueſcere ṽo faciliter leges mutare improbãdũ. Cõſtat ṽo errata quedã eſſe tolerãda ⁊ legiſlatoꝝ ⁊ magiſtratuũ: nõ eni tãtũ ꝓderit qui corrigere ꝑget q̃tũ nocebit aſſuefactio ſuperioribꝰ nõ parẽdi.

¶ Procedit ad ꝯtrarium. Et p̄mo oñdit ueritatem queſtionis. Secũdo ſoluit quãdam iductarum rationuꝫ: ibi⌊ Mendax ⁊c̃.⌋ Dicit ergo primo ꝙ ſi aliquis ẜm alium modum ꝯſideret videbit̃ eſſe multũ uerẽduꝫ mutare antiquas leges etiam pro uerioribꝰ: põt enim cõtingere ꝙ ſit modicũ melius illud qð adinuenit̃. conſueſcere aũt ad diſſoluendum leges eſt ualde prauum. Unde manifeſtum eſt ꝙ ſuſtinendi ſunt q̄dam modici defectus ⁊ errores qui ꝯtingunt principibus ⁊ ſapientibꝰ in legibꝰ ferendis: qꝛ ille qui vult mutare propter aliq̄d meliuſ nõ tãtũ perficiet mutando quãtum nocebit dum conſueſcunt ciues ad non obſeruanduꝫ ſtatuta precepta principum. Deinde cum dicit.

¶ Mẽdax ⁊ de artibꝰ exẽplũ: neqꝫ eniꝫ ſile eſt mutare artẽ atqꝫ legẽ: nã lex nullã viꝫ hẽt quo ſibi ſtet̃ niſi ex more. mos aũt nõ fit niſi tẽporis longitudine. Quare faciliter mutare leges ex p̄ſentibꝰ in alias nouas infirmaꝫ facere eſt vim legis.

¶ Soluit vnã inductarũ rõnum in cõtrarium. Et dicit ꝙ illud exemplum qð ſumebatur de artibus in quibꝰ profuit multa mutaſſe inducit nos ad mendacium ꝙ nõ eſt ſimile de mutatione artis ⁊ legis: qꝛ ea que ſunt habent efficaciam ex ratione: ſed lex nullum habet robur ad hec ꝙ perſuadeatur ſubditis quia ſit bona niſi per ꝯſuetudinẽ: que quidem non fit niſi per multum tẽpus. Unde qui facile mutat leges quãtum eſt de ſe debilitat legis virtutem. Ad alias autem rationes pꝫ ſolutio: qꝛ non concludunt ꝙ leges ſint de facili mutande. Sed ꝙ alique leges. ſ. male ſint aliquãdo mutande qð uerũ eſt. Deinde cum dicit.

¶ Preterea ſi mutãde ſunt leges utꝝ oẽs ⁊ in oĩ Rep. uel nõ: ⁊ utruꝫ a quocũqꝫ aut q̄buſdã. In his eniꝫ magna eſt differẽtia. quapropter nũc q̄deꝫ omittamus ꝯſiderationeꝫ hanc naꝫ alioꝝ eſt temporuꝫ.

¶ Mouet aliam queſtionẽ ⁊ dicit ꝙ ſi leges ſint aliquãdo mutande: querẽdum eſt utrum omnes ſint mutande ⁊ in qualibet politia uel non: ⁊ utrum ſint mutande a quocũqꝫ uel ab aliquibus determinatis. Multuꝫ enim differt quid circa hoc uerius ſit: ⁊ ideo hec conſideratio dimittitur ad preſens ⁊ reſeruat̃ in poſterum.

d

E lacedemonioꝝ aũt Rep. ⁊ Cretẽſiũ ferme aũt ⁊ de alijs duo ſunt ꝯſideranda. Unũ ſiquid recte uel nõ recte ad optimã cõſtitutionẽ in illis ſit ordinatũ. Aliud ſiq̄d ad ſuppoſitionem ⁊ modũ ſubcõtrarie ſibi exiſtenti Reip.

¶ Poſtq̃ p̄hus poſuit politias inſtitutas a ſapientibus nunc agit de politijs que in ciuitatibꝰ obſeruabantur. Et primo de politia Lacedemonioꝝ. Secundo de politia Cretenſiũ: ibi⌊ Cretẽſium ṽo ⁊c̃.⌋ Tertio de politia Carthaginẽſium: ibi⌊ Uidetur etiam ⁊c̃.⌋ Haruꝫ enim ciuitatum politie cõmendabantur. Circa primũ duo facit. Primo ponit modum conſiderationis neceſſarie circa has politias. Secundo agit de politia lacedemoniorum: ibi⌊ Quod quidem ⁊c̃.⌋ Dicit ergo primo ꝙ due conſiderationes incidunt circa politias Lacedemoniorum ⁊ alias politias: quarum vna eſt ut conſideretur utrum illud quod in eis lege eſt ſtatutum ſit conueniens ordini virtutis. Hoc enim eſt finis omnis legis. Unde ſi lex non ſit proportionata ad virtutem: non erit lex. Alia conſideratio eſt: utrum in politia ſit aliquid ordinatum quod ſit conueniens ẜm ſuppoſitionem ⁊ modum contrarie politie ei que preponitur: puta ſi aliquis intendat inſtituere politiam ſtatus popularis ⁊ ponat leges conuenientes politie potentioris que eſt contraria: ſic etiam ⁊ in ſcientijs aliquid reprobatur aut quia non cõuenit ueritati aut q̄a non conuenit poſitioni. Deinde cum dicit.

¶ Qð igit̃ neceſſariũ eſt in bene ꝯſtituẽda Rep. neceſſarioꝝ ad eſſe facultatẽ oẽs fatent̃: ſed quẽadmodũ id futurũ ſit nõ facile eſt cõprehẽdere. nã ⁊ peneſtie theſſalorũ multotiẽs in ipſos theſſalos inſurrexerũt. Et hilotes lacedemonioꝝ in caſibꝰ eorũ aduerſis nunqꝫ iſidiari deſtiterũt. uerũ apud Cretenſes nihil adhuc tale accidit. Cauſa forſan eſt: qꝛ vicine ciuitates q̄uis inuicẽ bellũ gerãt: tñ eaꝝ nulla rebelles recipit qm̃ id nõ ꝯducit qñ ⁊ ipſe Parechos habẽt. At Lacedemonioꝝ finitimi oẽs inimici erãt Argiui: Meſſeni: Archades: nã ⁊ Theſſalis ab initio rebellarũt dũ cũ finitimis Acheis ⁊ cũ Pereis ⁊ Magneſijs gererẽt bellũ. Uidet̃ aũt ⁊ ſi nihil aliud: attamẽ hoc ip̄m eſſe perdifficile quẽadmodũ cũ eis ſit ꝯuerſandũ: nã ſi remiſſe erga illos te geras ſuꝑbiũt illi q̄deꝫ: ac ſe pares dñantibꝰ extimãt: ſin aſꝑe tractent̃: iſidiant̃ atqꝫ odio hñt. Pꝫ igit̃ nõ reꝑire optimũ modũ eos q̄bꝰ iſta ꝯtigũt circa ſubiectos.

¶ Agit de politia Lacedemoniorum. Et primo quãtuꝫ ad ea que habentur a ciuibus. Secundo quantum ad ordinem ipſorum ciuium: ibi⌊ At enim ⁊ que ⁊c̃.⌋ Circa primum tria facit. Primo proſequitur ea que pertinent ad ſeruos. Secundo ea que pertinent ad mulieres: ibi⌊ Preterea leuitas ⁊c̃.⌋ Tertio ea que pertinent ad poſſeſſiones: ibi⌊ Poſt illa eni que ⁊c̃.⌋ Hec enim tria a ciuibus habentur. Dicit ergo primo ꝙ omnes confitentur hoc qð opportunum eſt ciuitati que debet bene viuere politice ꝙ in ea exiſtat ſchola neceſſariorum: ideſt ſeruorum uel quoruncunqꝫ qui ſunt neceſſarij ad miniſtrandum: ut ſcilicet ipſi recta diſciplina potiantur: ſed quomodo fiet non poteſt de facili accipi. Quod autem hoc ſit neceſſarium: manifeſtat conſequenter per incōuenientia que ex eis ſequuntur quando non ſunt bene diſciplinati. Multotiens eniꝫ ꝯtingit ꝙ pauperes in theſſalia moleſti fuerunt diuitibus: ⁊ ſimiliter Lacedemonijs ſerui eoꝝ frequēter fuerunt infeſti: inſidiabant enim eis quando aliqua infortunia eis contingebant ut nō poſſent eos reprimere: ⁊ in talibus infortunijs eos moleſtabant. Sed Cretenſibus nihil tale accidit: ⁊ forte huius cauſa eſt. Quia q̄uis ciuitates que ſunt vicine pugnēt adinuicem: nulla tamē eſt ciuitas que pugnet ꝯtra aliquos ciues diſtantes eo ꝙ nō expediat eis ꝓpter hoc ꝙ predia poſſident ꝓpe ciuitatem ⁊ domos ſuas: ⁊ ſic ſi longinquū bellū ſuſciperēt nō poſſent ſuorum p̄diorum curam habere: ⁊ q̄a Cretenſes nō habebant vicinos qui ꝯtra eos pugnarent: puta in inſula maris exiſtētes non frequēter iminebāt eis īfortunia in q̄bꝰ ſerui uel inopes poſſent eis inſidiari: ſed Lacedemonijs oēs vicini inſidiabantur. Erāt enim totaliter dediti rebꝰ militaribꝰ ut Vegetius dicit in libro de re militari: ſicut ⁊ Athenienſes Philoſophie. Inimicabantur enim Argiui ⁊ Meſſeni ⁊ etiam Archades ⁊ a p̄ncipio etiam diſcordabant a Theſſalis: habuerunt etiam bella cū Acheis vicinis eoruꝫ: ⁊ pereis ⁊ Magneſijs. Et ideo multotiens infortunia eis iminebant q̄bus eorum ſerui inſidiabant. Sic igitur pꝫ ꝙ nec̄ium eſt ut ſerui ⁊ alij neceſſarij diſciplinentur. Sed ꝙ hoc nō ſit facile oſtendit cōſequēter ⁊ dicit ꝙ ſi nihil alterum eſſet iſtud videt operoſuꝫ eſſe q̄ꝫtum ad curam que opꝫ haberi de ſeruis quomodo oporteat ad eos colloqui: uel qualitercūqꝫ conuerſari: q̄a ex vna parte ſi homo benigne ſe habeat ad eos inſoleſcunt ⁊ efficiunt iniurioſi ⁊ reputant ſe equales dominis ſuis. Ex alia ṽo parte ſi ipſi viuant ſemꝑ mala ſuſtinendo a dominis ſuis: odiunt eos ⁊ inſidiantur eis: vnde difficile eſt videre q̄liter ſint tractandi. Opꝫ enim medio modo ſe ad eos hēre ut nō iniuſte affligātur: nec tamen eis nimia familiaritas oſtendatur. Ex iſtis ergo concludit ꝙ Lacedemonij q̄bus hoc accidit ut a ſeruis ſuis moleſtarent non ſunt ex illis qui optimum moduꝫ inuenerunt circa gubernationem ſeruorum. Deinde cum dicit.

¶ Preterea leuitas in mulieres ⁊ ad ꝓpoſitū Reip. nocet ⁊ ad directionē ciuitatis: ut enī domus ꝑtes ſunt vir ⁊ uxor: ita ⁊ ciuitatē bifariā diuidi cenſenduꝫ eſt in virorum multitudinē ac mulieruꝫ. Quocirca in quacūqꝫ Rep. male ꝓuiſum eſt circa mulieres in ea putanduꝫ eſt medietatem ciuitatis eſſe neglectam.

¶ Agit de politia Lacedemoniorum quātum ad mulieres. Et circa hoc quatuor facit. Primo oſtendit neceſſariuꝫ eſſe ꝙ mulieres in ciuitate bene diſciplinentur. Secundo oſtendit quid circa hoc Lacedemonij obſeruarent: ibi [Qd̄ ibi ⁊c̄.] Tertio oſtendit que incōuenientia ex hac obſeruantia ſequeret: ibi [Itaqꝫ neceſſarium ⁊c̄.] Quarto oſtendit que fuerit cauſa huius obſeruantie: ibi [Ab initio igitur ⁊c̄.] Dicit ergo p̄mo ꝙ remiſſio legum circa mulieres ut. ſ. abſqꝫ conuenienti diſciplina in ciuitate viuant ad duo eſt nociua. Primo quidem ad electionem politie: quia per earuꝫ inordinationem totam politiaꝫ contingit imutari ut dicetur. Secundo ad felicitateꝫ ciuitatis: quia propter earum inordinationeꝫ multa inconuenientia poſſunt in ciuitate ſequi: ⁊ hoc manifeſtat per hoc. Qꝛ ſicut partes domus ſunt vir ⁊ mulier: ut in primo dictū eſt: ita oportet quaſi totam ciuitatem que ex domibus conſtituitur in duo diuidi conſiderata multitudine viroruꝫ ⁊ mulierum. Unde ſequitur ꝙ in quibuſcūqꝫ ciuitatibus male ſe habeat ordinatio mulierum reputandum eſt ꝙ medietas ciuitatis non ſit bene ordinata ſ̄m leges. Deinde cum dicit.

¶ Quod ibi ꝯtingit. nolēs enim Legiſlator totaꝫ ciuitateꝫ eſſe durā ac laboruꝫ patiēteꝫ. In viris quideꝫ id feciſſe cōſtat: in mulieribus auteꝫ nō feciſſe: viuūt enim molliter ac in oēm licentiam diſſolute.

¶ Oſtendit quid circa hoc obſeruaretur apud Lacedemonios: ibi enim accidebat predicta inordinatio mulierum. cum enim de intētione Legiſlatoris eſſet ꝙ tota ciuitas eēt potēs ſuſtinere ⁊ abſtinere a delitijs hoc quidem bene obſeruabatur quātum ad viros: ſed mulieribus hoc inſtituere legiſlator neglexit. Viuunt enī ibi mulieres uoluptuoſe ſ̄m omne genus intemperantie ⁊ etiam delitioſe. Deinde cum dicit.

¶ Itaqꝫ neceſſariū in tali Rep. diuitias haberi in p̄cio. Preſertiꝫ cū viri ſint mulieribus obnoxij: qd̄ accidit oibꝰ ferme militaribꝰ: bellicoſiſqꝫ gētibꝰ p̄terq̄ꝫ Celtis. aut ſi qui alij coitū maſculoꝝ palā receperūt. Videt aūt qui p̄mus fabulatus eſt nō irrōnabiliter Venerē Marti ꝯiunxiſſe: qm̄ oēs huiuſcemodi hoīes ꝓni ſunt ad uenerea: illiſqꝫ obnoxij. itaqꝫ apd̄ Lacedemonios hoc fuit. Multaqꝫ in eoꝝ p̄ncipatu a mulieribꝰ adminiſtrabant. At enim q̄d refert utrū mulieres ip̄e gubernēt: an eos qui gubernāt a mulieribus gubernari? Ita enim accidit. Cūqꝫ īſolētia ad nullū obſequiuꝫ utilis ſit: niſi forte ad belluꝫ maxime nociue etiā ad hoc ip̄ꝫ Laconū mulieres erāt. Patefecerunt hoc in Thebanorum aduentu. non enim magis utiles preſtiterūt ſe q̄ꝫ aliaruꝫ ciuitatuꝫ mulieres: ⁊ turbam inferebant magis q̄ꝫ hoſtes.

¶ Oſtendit que inconuenientia ſequebantur: ⁊ ponit quatuor: quorum primum eſt ꝙ neceſſarium eſt in tali politia in qua mulieres ſic delitioſe viuāt ꝙ viri multum apprecient diuitias ⁊ concupiſcant eas ut ex his ſatiſfacere poſſint delitijs mulierum que ſine magnis ſumptibus eſſe non poſſunt. Hoc autem multum facit ad hoc ꝙ mores corrumpantur in ciuitate ꝙ multum carent de diuitijs. Ex hoc enim ſequitur ꝙ omnia in ciuitate ſint uenalia quod corrumpit ſtatuꝫ ciuitatis. ¶ Secundū inconueniens ponit ibi [Preſertim cuꝫ viri ⁊c̄.] Et dicit ꝙ ſi cogatur multitudo ciuiuꝫ ut nimis abſtineat a mulieribus: ſequit ꝙ labantur ad turpe vitium. ſ. ad coitum maſculorum: ſicut accidit multis militantibus ⁊ bellicoſis viris ⁊ quibuſcūqꝫ ſimilibus. Qui enim primo fabuloſe induxit ꝙ Mars fuit maritus Veneris non irrationabiliter eſt locutus: qꝛ viri bellicoſi qui ſunt Martiales luxurioſi ſūt ⁊ īhiāt uel ad coitum maſculorum uel mulieruꝫ. Dicitur etiam in libro de Probleumatibus ꝙ equitantes continue luxurioſi magis fiunt: quia propter caliditatem ⁊ motum hoc patiuntur quod accidit in coitu: hoc etiam ꝙ frequenter uacant a negocijs eos luxurioſos facit. Et hoc etiam accidit Lacedemonijs propter hoc ꝙ ad nimiam continentiam mulierum Legiſlatoꝛ eos induxit. ¶ Tertiū īconueniens ponit ibi⌊ Multaqꝫ in eoꝝ p̄ncipatu ꝛc.⌋ Et dicit ꝙ mulieres in Lacedemonia ꝓpter hoc ꝙ delitioſe viuebant pꝛeſumptuoſe reddebant̄ ⁊ uolebant ſe de oı̄bus intromittere ita ꝙ etiam in p̄ncipatibus ciuitatis multa diſpenſabantur per mulieres ⁊ tamen nihil differt utrum ipſe mulieres pꝛincipentur. Uel ipſi p̄ncipes ſub mulieribus regantur ꝙ eis ſubiecti ꝓpter inſolentiam mulierum. Idem enim accidit utroqꝫ modo ut.ſ. ciuitas male regat̄: qꝛ mulieres deficiunt rōne. ¶ Quartū incōueniens ponit ibi⌊ Cūqꝫ inſolentia ad nullū obſequiū ꝛc.⌋ Mulieres enim Lacedemoniorum ꝓpter delitias inſolentes ⁊ audaces reddebantur. Audacia autem in ciuitate ad nihil circūadiacētium negociorum utilis eſſe poteſt niſi ad bellū ⁊ tamē ad hoc etiaꝫ audacia illaꝝ mulierum erat nociua: qō qdem manifeſtatū fuit in bello qō habuerunt cum Thebanis in quo mulieres ad nihil utiles erāt uolētes facere miniſteria que in alijs ciuitatibus mulieres faciūt. Sed viris pugnantibꝰ maiorem tumultum inferebant q̄ꝫ etiam inimici uolētes foꝛte de oībꝰ ſe intromittere. Unde ex his patet remiſſionē mulierū nociuā fuiſſe.   Deinde cū dicit.

¶ Ab initio igit̄ rōnabiliter ꝯtigiſſe Lacedemonijs videt̄ in mulieres īdulgentia: cuꝫ per militiā multū domo abeſſent Arguis pꝛimo: mox Archadibꝰ ⁊ Meſſenijs bellum īferētes. Irrefragātes enī ſeipſos legiſlatori pꝛeſtabāt aſſuefacti ꝓpter militarē vitā. Multas enī ꝯtinet utilitatis ꝑtes. Mulieres aūt fert̄ Lygurgus deducere conatus ad leges. at ubi repugnabāt abſtinuiſſe. Cauſe igit̄ factoruꝫ he ſunt. itaqꝫ ⁊ huius omiſſi. Sed nos nō id ꝯſideremus cui uenia dāda ſit uel nō dāda: ſed rectuꝫ ne ſit uel nō rectū. que poꝛro circa mulieres non bene ſe habent videntur (ut diximus) ante non ſolum ipſa per ſe indecentiam quādam facere in Rep. ſed impellere quoqꝫ ad cupiditatem pecunie.

¶ Oſtendit cauſam pꝛedicte obſeruantie. Et dicit ꝙ rationabiliter Lacedemonijs accidit a p̄ncipio remiſſio diſcipline circa mulieres: qꝛ ꝓpter militiam cui totaliter dedita erat ciuitas multo tp̄e peregrinabant̄ extra domū pugnantes ꝯtra Argos ⁊ Archades ⁊ Meſſenios. Et ideo mulieres que remanebāt domi abſqꝫ viris ad libitū viuētes nullā diſciplinā a viris habētes. ⁊ ex hac etiā cauſa ꝯtingit ꝙ viri facti ſunt virtuoſi in multis. Uacantes enī rebꝰ bellicis ſe exhibebāt pꝛomptos ad obediēdum legiſlatori ꝓpter ꝯſuetudinē militaris vite que multas in ſe ꝯtinet ꝑtes virtutis. Reqrit enim talis vita maximam obediētiam ⁊ abſtinentiam a delitijs ⁊ ꝑſeuerantiam in laboribꝰ ⁊ rebꝰ doloroſis: poſtmodū Lygurgus legiſlatoꝛ Lacedemoniorum conatus fuit mulieres reducere ad rectā diſciplinam legum. Sed mulieres omnino reſtiterunt ꝓpter pꝛauam ꝯſuetudinem. Et ideo opoꝛtuit ꝙ Legiſlatoꝛ deſiſteret ab incepto. He ſunt igit̄ cauſe eoꝝ que fiebāt apud Lacedemones ⁊ remiſſione mulierū ꝙ apud eos erat: ⁊ quāuis ex rōnabili cauſa hoc acciderit abſqꝫ eorum culpa ⁊ ſic ſunt excuſandi. tū nos nō ꝯſideramus modo qbꝰ opoꝛteat dare ueniā uel nō dare. Nō enim intendimus eos laudare uel vituperare: ſed oſtendere quid recte ſe habeat uel nō recte. Manifeſtū eſt eniꝫ ꝙ ea que non bene ſe habebant circa mulieres apud eos nō ſolū erat indecētia ſm̄ ſe politie eoꝝ: ſed etiā in animis ciuium aliquid addebat ad amoreꝫ pecunie ut dictum eſt.   Deinde cum dicit.

¶ Poſt illa enī que nūc dicta ſunt in equalitatē rerum poſſeſſarum quis repꝛehendat: nam eorum quibuſdaꝫ hoc euenit ut magnam nimium opulentiam haberent: alijs vō ut penitus exiguaꝫ. Quapꝛopter ad paucos deuenerunt agri.

¶ Agit de politia Lacedemoniorum quātum ad poſſeſſiones. Et p̄mo impꝛobat politiam ipſoꝝ circa poſſeſſiones oſtēdēs eam eſſe nociuaꝫ ciuitati. Secūdo oſtēdens eam eſſe ꝯtrariā Legiſlatoris intētioni: ibi⌊ Cōtraria autem ꝛc.⌋ Circa primū tria facit. Primo ꝓponit ꝙ apud eos erat irregularitas poſſeſſionum. Secūdo oſtēdit vnde ꝓuenerit: ibi⌊ Hoc autē ꝛc.⌋ Tertio oſtēdit nocumētū qō ex hoc eſt ſecutum: ibi⌊ Ex quo factum eſt ꝛc.⌋ Dicit ergo pꝛimo ꝙ poſt pꝛedicta que repꝛobanda ſunt in hac politia circa ſeruos ⁊ mulieres: poteſt etiam eos aliqs increpare qui circa irregularitatem poſſeſſionis delinquebant. Accidebat enim apud ipſos ꝙ aliq habebāt ualde magnas poſſeſſiōes. Alij vō habebant ualde modicas: ita ꝙ quaſi tota regio ad dominiū paucoꝝ peruenerat.   Deinde cū dic.

¶ Hoc āt ex eo accidit qꝛ male fuerat lege ꝓuiſuꝫ. emere qdē aut uēdere qō hēas fecit nō honeſtū recte id qdē: ſed donare ac teſtamēto relinquere cōceſſit. Atqꝫ idē accidat neceſſe eſt per hunc moduꝫ ⁊ illum. Sunt enim mulierum fere ex quinqꝫ partibus totius regionis: due multis heredibus inſtitutis ⁊ traditione dotiū magnaꝝ. Atqui melius erat aut nullā: aut paruam aut mediocrē eſſe conſtitutam. Nūc autē licet donare ex teſtamento cuicūqꝫ etiā ſi nullo inſtituto herede deceſſerit.

¶ Oſtendit vnde hec irregularitas proceſſerat: ⁊ dicit ꝙ hoc proceſſit ex pꝛaua lege. Statuit eniꝫ Legiſlatoꝛ apud eos ꝙ ciuis non eſſet dominus uendendi ⁊ emēdi ut.ſ. poſſet poſſeſſionem ſuā uendere: aut emere alienam quacūqꝫ ex cauſa. Et hoc quidem bonuꝫ fecit ad regulandas poſſeſſiones non tamen recte: qꝛ non ſufficienter. Dedit enim ꝑtāteꝫ ciuibus ut quibuſcūqꝫ uellent darent inter viuos: uel etiam derelinquerent in teſtamento bona ſua ex quo etiam accidebat irregularitas poſſeſſionuꝫ: ſicut ex emptione ⁊ uenditione: ita ꝙ ſi totū eoꝝ territorium diuideretur in qnque ꝑtes due illarum partium iam peruenerant ad mulieres. Tum quia multe earum erant inſtitute heredes viris moꝛientibus: tum etiam quia quando nubebant accipiebant magnas dotes: cum tamen multo melius ſit ꝙ uel nulla dos detur uel modica uel moderata. Sed apud Lacedemonios licebat cuilibet in teſtamēto dimittere heredem bonorum ſuoruꝫ quemcūqꝫ uoluerit: ⁊ ſi in ſua moꝛte non uelit dimittere heredem: poteſt diſtribuere bona ſua cuicūqꝫ uoluerit.   Deinde cum dicit.

¶ Ex quo factuꝫ eſt ut regio ſufficiens mille ⁊ quingentos equites alere: peditum uero triginta milia ne mille quidem totos habeat. Pꝛobauit aũt res ip̄a praue apõ illos in hac ꝑte fuiſſe ꝓuiſum. Quoniam vno mõ plaga ſuſcepta ciuitas ea coꝛruit nec ultra ꝑtulit ob hoiuʒ paucitatẽ. Aiunt ẽt per tp̄a p̄moꝝ regũ nouos hoies ꝑmultos ciuitate donatos ob numeꝝ ciuiũ qui bello diminuti fuerãt ad augẽduʒ ⁊ aiunt fuiſſe qñqꝫ ſparciatas decẽ milia attamen ſiue ſint iſta ṽa ſiue nõ ſint: meliꝰ eſt ꝑ adequationẽ poſſeſſionũ replẽ hoibꝰ ciuitatẽ.

¶ Oſtendit qđ nocumentuʒ ſit inde ſecutum: ⁊ dicit ꝙ cum tanta ſit eorum regio .i. territoriũ ꝙ poſſet nutrire mille quingentos equites. ⁊ ſuꝑ hoc .xxx. milia bellatoꝝ pedituʒ ad tantam paucitatẽ deuenerant poſſeſſionibus deuenientibꝰ ad paucos ꝙ nõ erant niſi mille bellatores in ciuitate. Et ſic per opa eoꝝ manifeſtũ eſt ꝙ p̄dicta inſtitutio mala erat qꝛ ciuitas illa ex hoc deperijt cum nullam grauẽ hoſtilem plagam ſuſtinuerit. Dicit̃ aũt ꝙ in antiquis temporibus extendebant politiã ſuam q̃tum poterant ut haberẽt multitudinẽ bellatorum: ita ꝙ aliquando ut dicitur Lacedemones habuerunt in exercitu ſuo .x. milia armatoꝝ. Sed ſiue iſta ſint uera ſiue nõ: tñ opportunũ eſt ꝙ per regulatas poſſeſſiones ciuitas viris repleat̃ qđ aliter fieri nõ poteſt: Quia ſi poſſeſſiones ad paucos deuoluant̃: alij ꝓpter paupertatẽ deſererent ciuitatẽ. Deinde cũ dic̃.

¶ Contraria etiã quodãmõ huic ꝓuiſioni lex illa circa ꝓlem. Volens eni Legiſlatoꝛ q̃plurimos fore Sparciatas: inducit ciues ad multitudinẽ procreãdã. Eſt eni illis lex qui tres genuerit filios eũ eſſe imuneʒ a cuſtodia: qui ṽo quatuoꝛ imunẽ eſſe ab oibus. Atqui patet ꝙ ſi multi gignant̃ regione ſic diſtributa: neceſſarium eſt multos fieri pauperes.

¶ Oſtẽdit ꝙ p̄dicta irregularitas poſſeſſionũ erat ꝯtraria intẽtioni legiſlatoris qui ꝓpoſuerat quãdã legẽ circa filioꝝ gñationem ꝯtrariã p̄dicte inſtitutioni ex qua ꝓcedebat irregularitas poſſeſſionũ. Intẽdẽs eni legiſlatoꝛ ad hoc ꝙ eſſent plures ciues in ciuitate prouocauit eos ad hoc ꝙ generarẽt multos filios q̄buſdã imunitatibus: erat enim ſtatutum lege apud eos ꝙ ille qui genuiſſet tres filios eſſet ſine cuſtodia: qꝛ .ſ. nõ tenebat̃ ire ad cuſtodiã ciuitatis: qui aũt genuerat quatuoꝛ filios erat imunis ab oibus uectigalibꝰ ⁊ tributis: ⁊ tamẽ manifeſtũ eſt ꝙ ſi obſeruet̃ predicta regularitas in diuiſione poſſeſſionũ neceſſe erit ſi generent̃ plures filij ꝙ ſint multi pauperes in ciuitate qđ eſt nociuum ciuitati ut ſupra dictum eſt.

a T eniʒ ⁊ que circa Ephoros conſtituta ſunt praue ſe habẽt. hic eni Magiſtratus maximaruʒ apud illos rerum poteſtatem habet. Sumuntur autem ad euʒ ex plebe omnes ut multotiens contingat homines ualde pauperes in hac poteſtate cõſtitui qui ꝓpter egeſtatẽ uenales ſint. Oſtẽderũt ⁊ ſepe prius ⁊ nũc in Andrijs. Coꝛrupti eni pecunia q̄dã quãtũ in ſe fuit Rẽp. euerterũt. Et ꝓpter eius Magiſtratus nimiã ptãteʒ: ac Tyrãnidi parẽ Reges ipſos populares fieri cõpulerũt: ut in hac quoqꝫ parte Reſp. lederet̃. Popularis eni ſtatus ex optimate reſultauit. Cõtinet tñ Rẽp. Magiſtratꝰ iſte: acqeſcit eni plebs ex eo qꝛ maximi Magiſtratus capax eſt. Ita ſiue per Legiſlatorẽ ſiue per fortunã euenit hic utiliter ſe habere. Oportet eni rẽp. que duratura ſit uelle ut oẽs ciuitatis partes cõſtẽt atqꝫ in ſtatu ſuo permaneãt. Reges ergo propter honorẽ ſuũ ita ſe habebũt. Preſtãtes auteʒ viri ꝓpter ſenatũ. nã ea dignitas virtutis eſt premiũ. Plebs aũt propter Ephoriã. nã ꝯſtituit̃ ex oibus. Sed oportebat hunc Magiſtratũ ſumi q̄dẽ ex oibꝰ: non tñ per hunc modũ per quẽ nũc fit. eſt eni nimiũ puerile. Et iudicãdi de magnis rebꝰ poteſtatẽ habent hoies ꝯtingẽtes: itaqꝫ meliꝰ foret non ſm ꝓpriaʒ mentẽ eos iudicare: ß ſm litteras ⁊ leges. Eſt autẽ Ephoroꝝ vita nequaq̃ꝫ conueniens propoſito ciuitatis: nam Ephori quideʒ molliter viuũt. In ceteris aũt tãta aſperitas eſt vite ut nequeãt hoies illaʒ perferre: ſed claʒ tranſgredientes legeʒ uoluptatibus fruantur.

¶ Poſtq̃ꝫ phus ꝓſecutus eſt de politia Lacedemoniorũ quãtum ad ea que habent̃ a ciuibꝰ .ſ. ſeruos: mulieres ⁊ poſſeſſiones: hic ꝓſequit̃ de eadẽ politia quãtuʒ ad ipſos ciues: ⁊ p̄mo quãtum ad principes. Secũdo quãtum ad populũ: ibi ⌊ Nõ bene ⁊c. ⌋ Tertio quãtũ ad bellatores viros: ibi ⌊ De regia ṽo ⁊c. ⌋ Erãt autẽ tres principatus apud Lacedemones ut etiã ſupra tactuʒ eſt .ſ. Ephori .i. prouiſores: ⁊ de his p̄mo tractat. Et iteꝝ ſeniores q̄dam: ⁊ de his tractat ſcđo ibi ⌊ Seniorũ ⁊c. ⌋ Erat etiã Rex in ciuitate: ⁊ de hoc tractat tertio: ibi ⌊ De regia ⁊c. ⌋ Circa primũ improbat p̄ncipatum Ephoroꝝ quãtum ad qnqꝫ. Primo q̄dẽ quantum ad ꝯditionẽ pſonarum que in hoc principatu ꝯſtituebant̃. Et dicit ꝙ ea que erãt circa hunc p̄ncipatuʒ praue ſe habebãt: hic enim p̄ncipatus habebat dominiũ ⁊ ptãteʒ ſicut ea que erãt maxima in ciuitate: puta circa indicẽda bella uel faciẽdã pacẽ ⁊ circa electiones militũ ⁊ alia ſimilia. Tamẽ ad iſtũ p̄ncipatũ oẽs eligebantur ex populo ita ꝙ qñqꝫ accidebat ꝙ hoies ualde pauperes aſſumebantur ad talem principatum qui ꝓpter penuriam uenales erant ⁊ facile poterant coꝛrumpi muneribus: quod quidem prius multotiens oſtenderant. Sed nuper oſtenderunt in quodam negocio quod habebant cum Andrijs: coꝛrupti enim fuerunt ab eis argento ita ꝙ quantum in ipſis fuit totam ciuitatem periculo expoſuerunt. ¶ Secundo ibi ⌊ Et ꝓpter eius Magiſtratus ⁊c. ⌋ Improbat predictum principatum quantum ad magnam poteſtatem quam habebat. Et dic̃ ꝙ qꝛ iſte p̄ncipatꝰ erat ualde magnus ⁊ quaſi equalis Tyrannidi ita attenuabat poteſtatem regimine quod cogebat ut permitteret ꝙ populus ſeipſum regeret parum obediens legi. Et ſic coꝛrumpebatur tota politia ipſorum. quia ex Optimate degenerabat in popularem ſtatũ: ⁊ tñ iſte p̄ncipatus quãtuʒ ad aliquid erat utilis: quia cōtinebat ciuitatem in pace. Et quieſcebat populus a ſeditione ꝓpter hoc ꝙ habebat partem in magno p̄ncipatu. Et hec utilitas ſequebatur per exꝑimentum in ipſis rebꝰ ſiue hoc fuerat ex intētione legiſlatoris ſiue fortuitu acciderit. Opꝫ eniꝫ ad hoc ꝙ politia cōſeruet̄ ꝙ omnes ꝑtes ciuitatis uelint eaꝫ eſſe ⁊ ꝙ cuilibet parti ciuitatis ſufficiat ꝙ permaneat in ſuo ſtatu: ⁊ hoc ibi contingebat: nam reges acceptabāt ꝓpter honorem quem ibi habebant. Preſtantes enim viri acceptabāt ꝓpter Senatum. Iſte eni Principatus erat virtutis premium: ita ꝙ nullus ad euꝫ aſſumebat̄ niſi virtuoſus: populus aūt acceptabat ꝓpter p̄ncipatū Ephoroꝝ qui coicabat̄ oibꝰ. ¶ Tertio ibi⌊ Sed oportebat ⁊c̄.⌋ Improbat principatum quātū ad electionē. Erat eni cōmēdabile ꝙ ad illū p̄ncipatū aſſumerent̄ ex oibus per electioneꝫ. ſed modus eligendi erat ualde puerilis qꝛ forte per ſortes uel alio incōuenienti mō eligebant ita ꝙ iſte deueniebat qñqꝫ ad inopes ſicut dictum eſt. ¶ Quarto ibi⌊ Et iudicandi ⁊c̄.⌋ Improbat p̄dictū principatū quātum ad arbitriū qđ habebat. Et dicit ꝙ hoc erat iprobabile ꝙ quicūqꝫ eſſent Ephori habebāt in ſua ptāte arbitriū iudicandi de rebꝰ magnis. Melius eni erat ꝙ non iudicarent ſm ꝓprium arbitrium: ſed ſm aliquas ſcripturas ⁊ leges. ¶ Quinto ibi⌊ Eſt aūt ⁊c̄.⌋ Improbat p̄dictū principatū quātum ad eoꝝ ꝯuerſationē. Et dicit ꝙ eoꝝ diſciplina in cibis ⁊ ueſtibus ⁊ potibus ⁊ alijs hꝰᵒⁱ nō ꝯſonabat uoluntati ciuitatis: qꝛ in qbuſdā erat ualde remiſſa: puta forte in ueſtibꝰ uel in ocio. In alijs aūt puta forte in cibis ⁊ venereis imponebat̄ eis dura lex: forte ꝓpter hoc ut nō emolleſcerēt ita ꝙ non poterāt eā ſuſtinere: ſed occulte trāſgrediebant̄ legē ſibi poſitā fruētes corꝑalibꝰ delectationibꝰ. Et ſic eorum cōuerſatio erat ꝯtra itētionē ciuitatis. Deinde cū dic̄.

¶ Senatorum quoqꝫ poteſtas non recte apud illos ꝯſtituta eſt. Nā ꝙ ſint viri boni ac ſufficienter ad virtutem eruditi dicet forſan aliquis ciuitati cōducere. Enimuero ꝙ per oēm vitaꝫ magnis de rebus decernendi ptātem habeant ꝑiculoſum eſt. Eſt eni ut corporis ſic etiā ⁊ mentis ſenectus. Per hūc aūt modū eruditis ut ⁊ legiſlator ipſe diffidat tanqꝫ nō bonis viris nequaqꝫ tutum. Vident aūt hi qui in hac ptāte ꝯſtituti ſunt largiendi gratificādiqꝫ permulta facultateꝫ habere: quapropter melius erat eos rōni reddende ſubiectos eſſe: nunc autē nō ſunt. Videtur aūt ephororū magiſtratus oēs alios magiſtratus corrigere: in hoc autem nimium certe illis permiſſum: ⁊ non per hunc modum dicimus rationem reddere oportere.

¶ Improbat politiā p̄dictam quātum ad principatum Senioꝝ. Et primo quātum ad ptātē ipſorum. Scđo quātum ad electionem eorū: ibi⌊ Inſup creatio ⁊c̄.⌋ Dicit ergo p̄mo ꝙ apud Lacedemones nō bene ſe habent ea que ꝑtinent ad principatum Seniorum: manebant enim ꝑpetuo in principatu. Si enim hꝰᵒⁱ ſeniores poſſent inueniri qui eſſent virtuoſi ⁊ ſufficiēter inſtructi ad virilē bonitatē ſiue ad ſtrenuitatem: poſſet forte aliqs dicere ꝙ expediēs eſſet ciuitati ꝙ perpetuo manerent in principatu: quāuis etiā ſi eſſent perfecte virtuoſi formidabile eſſet ciuitati ꝙ aliq eſſent habentes dominium ⁊ poteſtateꝫ ſuper magna iudicia ciuitatis ⁊ hoc per totā vitam ſuam: quia ſicut virtus corporis ſenectute debilitat̄ ita etiā plerūqꝫ virtꝰ mētis: qꝛ poſtqꝫ ſeneſcūt hoies nō habēt nec illud robur animi nec illā viuacitatē ingenij quā habebāt in iuuētute ꝓpter debilitatē virtutū ſenſitiuaꝝ deſeruiētiū parti intellectiue. Multo plus igit̄ formidādū eſt aliquos p̄ncipari per totā vitam ſi ſunt iſto mō inſtructi ad bonū ſicut erāt apud Lacedemones: ita ꝙ etiā legiſlator nō ꝯfidebat de eis oīno ſicut de bonis viris: qꝛ non oīa cōmittit eis: ſed hoc nō tutū. Frequēter aūt tales uolūt videri liberales in plebē ut captent ſibi fauorē populi: ⁊ ſic abſqꝫ utilitate ciuitatis diſꝑgunt bona coīa. Unde melius eſt ꝙ habeāt quādā correctiōeꝫ: talē. ſ. ut ſi deficiētes inueniant̄ poſſint ammoueri: nūc aūt ſunt abſqꝫ tali correctiōe. Habēt tñ aliquā correctionē: qꝛ principatus Ephororū poterat corrigere oēs p̄ncipatus: impediēdo. ſ. ne ſnie eoꝝ ꝓcederēt: ſed vident̄ male facere: ⁊ hec erat maxima dignitas Ephoroꝝ. Sed nos intelligimus de alia correctione: ut. ſ. poſſint ammoueri: qđ Ephori facere non poterant. Deinde cum dicit.

¶ Inſuper creatio ipſa ſenatorum quam per ſuffragia faciunt perleuis eſt: ac ipſuꝫ petere qui eligēdus ſit nō recte ſe habet: opꝫ enim ⁊ uolētem ⁊ nō uolētem ad magiſtratum aſſumere ſi dignus ſit eo magiſtratu. Nunc aūt idem facere in hoc videtur legiſlator qđ ⁊ in alia rep. Ambitioſos enim faciēs ciues illis utitur ad ſenatoruꝫ delectum. Nemo eniꝫ magiſtratuꝫ petet niſi honoris ſit affectator: atq pleraqꝫ eorum que homines iniuſte faciunt per ambitionem ⁊ auaritiam cōmittuntur.

¶ Improbat p̄dictū p̄ncipatū quātū ad electionē ipſoꝝ ⁊ h̄ duplici rōne: circa q̄rū p̄mā dicit ꝙ electio ſenioꝝ que fiebat apud eos erat ualde puerilis. Erat eni apud eos ordinatū ut illi qui digni viderent̄ tali principatu peterēt ipꝫ: qđ nō recte ſe hēt: qꝛ ſm h̄ nullus aſſumeretur ad p̄ncipatū niſi uolēs. Opꝫ aūt aliquē qui dignus eſt p̄ncipatu aſſumi ad p̄ncipatū ſiue uelit ſiue nō uelit qꝛ utilitas cois eſt p̄ferēda ꝓprie uolūtati ipſiꝰ. ¶ Secūdā rōnē ponit ibi⌊ Nūc aūt ⁊c̄.⌋ Et dic̄ ꝙ per hāc ordinationē circa electionē ſenū legiſlator videt̄ facere ciues amatores honoris ſicut ⁊ circa aliquā ꝑtē politie. i. circa electiōeꝫ Ephoroꝝ: uel etiā circa quecūqꝫ alia que faciebāt ciues honoris amatores. Et ꝙ h̄ faceret in electiōe ſenū pꝫ. Nullus eni peteret p̄ncipatuꝫ niſi p̄ncipari uolēs: qđ eſt amare honorē. Si g̃ nullus haberet p̄ncipatū niſi petēs: ſequeret̄ ꝙ ſoli amātes honorē p̄ncipaṙent̄: ⁊ ita oēs ꝓuocarent̄ ad amandū honorē: ⁊ h̄ eſt ualde ꝑiculoſuꝫ ciuitati: qꝛ maior ps iniuſtitiaꝝ que in ciuitate accidūt: ſicut ſūt violētie: rapine ⁊ hꝰᵒⁱ fiūt ꝑꝑ amorē honoris ⁊ pecunie. Uñ pꝫ ꝙ talis ordinatio eſt ꝑiculoſa ciuitati. Deinde cum dicit.

¶ De regia ꝟo ptāte utrum melius ſit eaꝫ in ciuitatibus exiſtere nec ne alia foret diſputatio attamen melius non ut nunc qdē ſꝫ pro vita cuiuſqꝫ regis iudicare. Qđ autē ne ipſe qdem legiſlator credit ſe facere bonos ⁊ honeſtos manifeſtū eſt: diffidit eniꝫ quaſi nō ſint ad ſufficiētiā boni viri. Itaqꝫ legatos ſimul mittebant inimicos: ac ſalutem ciuitatis eſſe putabāt ſeditiōes reguʒ.

¶ Impꝛobat p̄dictam politiā quātū ad p̃ncipatum Regiū ⁊ dicit ꝙ utrū expediat ciuitati habere regē uel nō tractabit̄ inferius. ſ. in tertio: ſed ſuppoſito ꝙ melius ſit habere regē: nō eſt hoc melius ſicut erat apud Lacedemones qui nō per totā vitā regnabāt: ſed melius eſt ꝙ vnuſqſqʒ habeat iudiciū regiū per totā vitaʒ ſuā: qꝛ Rex eſt utilis ciuitati ut ſua ptāte efficaciter cōſeruet ſtatū ciuitatis. Qͦ fieri non pōt niſi per vitā regnauerit: qꝛ ⁊ ipſe timebit alios offendere ⁊ alij minus eū timebūt. Secus aūt eſt de ſenioribꝰ qui ad ꝯſilia uel ad iudicia quedā eligebant̄. Cauſa autē quare Legiſlatoꝛ apud Lacedemones inſtituit nō eſſe reges ꝑpetuos eſt iſta: qꝛ reputauit ꝙ nō poſſet facere ciues aliquos ꝑfecte bonos. Unde diffidit de ciuibꝰ quaſi de nō ꝑfecte bonis exiſtētibꝰ: ⁊ ꝓpter hoc qñ mittebat aliquos legatos ſeu nūcios eligebat aliquos inimicos uel diſſentiētes ut vnus aliū īpediret ſi uellet facere ꝯtra bonuʒ ciuitatis. Et ſilr putabāt eſſe ſalutē ciuitatis ſi regi diſſentirēt qui ſibiinuicē ſuccederēt ꝙ vnus emendabat qͦ alius male feciſſet. Deinde cum dicit.

¶ Nō bene etiā circa comeſſatiōes: que illi Fidicia noīant: cōſtitutū eſt ab initio: opoꝛtebat eni magis ex publico eſſe ꝯuētū quēadmodū in Creta: ſed apud Lacedemonios vnuſqſqʒ cōferre habet: ⁊ ſi ſint qdā longe pauperrimi qui hiꝰ ſumptū nequeant cōferre. Ex quo fit ut legiſlatori cōtra eueniat que ipſe uoluerit. Uoluit eni ciuitatē popularē facere per comeſſationes: ſed cōtra accidit: cū nō ſit facile pauperibus comeſſationū eſſe participes. More eni maiorū ſic apud eos diffinit̄ ut qui comeſſationuʒ particeps eſſe nequeat is ad Reip. gubernationē nō admittatur.

¶ Impꝛobat p̄dictā politiā quātuʒ ad ea que ptinēt ad populū. ſ. quātū ad ꝯuiuia publica que erāt in ciuitate ⁊ dicit ꝙ lex nō bene oꝛdinauerat de hꝰ ꝯuiuijs: qꝛ melius eēt ꝙ hꝰ ꝯgregatio ꝯuiuij fieret de expēſis coibus ciuitatis ſicut fiebat apud Cretēſes: q̄ʒ ꝙ fieret de his que de ſingulis afferrent̄ ſicut fiebat apud Lacedemones: apud quos etiā ⁊ ualde paupes opoꝛtebat aliqd ferre ad hꝰ ſumptus: ⁊ hoc erat deſtructio pauperꝝ qui nō poterāt expēdere. Unde circa hoc accidebat cōtrariū intētioni legiſlatoris qui inſtituit hꝰ ꝯuiuia q̄ſi aliqd in fauorē populi: ut. ſ. populus aliquā recreationē haberet in hꝰ ꝯuiuijs: ſed ſm hanc legē ꝯuiuioꝝ ſequebat̄ ꝙ eſſent hꝰ ꝯuiuia in magnū detrimētū populi: qꝛ ſm hoc populares nō de facili poterāt p̃ncipari: erat eni lex apud eos ꝙ qui nō ponerēt aliqd ad huiuſmodi ſumptus nō haberent partē in politia ipſoꝝ: qꝛ nec poterant fieri pꝛincipes: nec habebant uocē in electione pꝛincipum. Deinde cum dicit.

¶ Legē ꝟo que eſt circa pꝛefectos claſſis ⁊ alij qdē impꝛobarūt. Recte quidē. eſt eni ſeditionis cauſa: nam cum reges ſint belli duces. Pꝛefectura illa perpetua fere alterum eſt imperium.

¶ Impꝛobat p̄dictā politiā quātū ad viros bellatores: ⁊ pꝛimo quātū ad bellatores belli naualis. Scđo coīter quātū ad oēs: ibi[Et ſic ſuppoſitioni ⁊c̄.]Tertio quātū ad ipſoꝝ ſtipēdia: ibi[Male eni ⁊c̄.]Dicit ergo p̃mo ꝙ qdam alij recte increpauerūt legē Lacedemonioꝝ que erat circa p̃ncipes nauigij eo ꝙ erat cauſa ſeditionis. Cū eni haberēt reges quaſi ſempiternos qui pꝛeerāt terreſtri militie p̃ncipatus nauigiorum fiebat quaſi alterū regnū: ⁊ ita habebat quaſi duos reges qͦ poterat eſſe mā diſſenſionis. Deinde cum dicit.

¶ Et ſic ſuppoſitioni legiſlatoris ſuccenſeri poteſt: qͦ ⁊ Plato in legibus ſuis cenſuit. Ad partē eni virtutis tota oꝛdinatio illaꝝ legū ꝯtendit. ſ. bellicā. Hec autē utilis ad victoriā ꝯſequēdā. itaqʒ ſalui erant bellū gerētes: peribāt ꝟo reꝝ potiti: quoniā nec ociū agere nec quicq̄ʒ aliud exercere ſciebant pꝛeſtabilius q̄ʒ rē militareʒ. illud quoqʒ erratū nō ſane minus ꝙ putauit bona illa que ad bellū pertinēt ex virtute magis q̄ʒ ex vitio fieri: ⁊ in hoc qdem recte: ſed ꝙ hec pauciora q̄ʒ virtutem ipſam putant in hoc non recte.

¶ Impꝛobat p̄dictam politiā coīter ad oēs viros bellatores: ⁊ dicit ꝙ aliqs recte pōt increpare ſuppoſitionē legiſlatoris. i. illud qͦ ſupponebat tanq̄ʒ finē ad quem totā politiā oꝛdinabat: ⁊ hoc etiā Plato in ſuis legibus increpabat ꝙ oēs leges eoꝝ oꝛdinabant̄ ad vnaʒ partē virtutis. ſ. ad bellicā ꝓpter hoc ꝙ erat utilis ad dominanduʒ alijs. Et ideo qa bene ſe habebant in his que pertinēt ad bellū: male aūt in his que ptinēt ad ſtatus politici gubernationē ſequebat̄ ꝙ in bellis ꝯſeruabant̄: ſed qñ iā adepti erāt p̃ncipatū iminebāt eis multa ꝑicula: qꝛ neſciebāt viuere in pace: neqʒ erāt exercitati aliqua alia meliori exercitatiōe q̄ʒ bellica: qͦ nō erat paruū peccatū. In hoc eni bene opinabant̄ qͦ putabāt res bellicas melius tractari per virtutē hoīuʒ q̄ʒ etiā per militiā: qꝛ ut dicit̄ in tertio Ethicorum hoīes virtuoſi nō parcūt vite ubi bonū eſt perſiſtere: milites ꝟo qñ ſupcreſcūt ꝑicula deficiūt: nō eni ꝯfidūt ulterius poſſe liberari per exꝑiētiā ⁊ induſtriā armorū. Sed nō bene opinabant̄ quātū ad hoc ꝙ putabāt virtuteʒ qua homo bene ſe hēt in bellis eſſe optimā: cū alie virtutes. ſ. pꝛudētia ⁊ iuſtitia ſint digniores foꝛtitudine: ⁊ ipſum etiam bellum eſt pꝛopter pacem: non autem econuerſo. Deinde cum dicit.

¶ Male etiā circa pecunias publicas ꝯſtitutū apud illos eſt: qꝛ neqʒ in publico habēt qcq̄ʒ ⁊ magna bella gerere coacti pecunias egre ꝯferūt: nā qa ſparciataruʒ eſt plurimū agri nō examināt inuicē collationes: ⁊ euenit legiſlatori ꝯtra q̄ʒ cōmoduʒ eſt publice inopiam: pꝛiuatim auaritiā inducere. De lacedemoniorum igitur rep. hactenus dictum ſit: naʒ hec ſunt que maxime quis repꝛehendat.

¶ Impꝛobat pꝛedictam politiā quātum ad ſtipēdia militū uel circa erariū publicuʒ: ⁊ dicit ꝙ apud Lacedemones non erat bene oꝛdinatum de coibus pecunijs. Nihil eni habebat ciuitas in cōmuni: cū tamē frequēter cogeret̄ magna bella agere ⁊ iterū ſinguli ciues male miniſtrabāt neceſſaria ad tales ſumptus: nō eni requirebant̄ a ſingl̄is auctoritate alicuiꝰ poteſtatis publice:

ſed cõmittebat̃ uoluntati cuiuſlibet ut daret qd̉ uellet Qd̉ ideo ſtatuit legiſlatoꝛ: qꝛ ciues hēbāt multas poſſeſſiones ⁊ poterāt ſine aliquo grauamine multa dare ſed accidit cõtra utilitatem quā legiſlatoꝛ intēdebat: qꝛ ipſe reddidit ciuitatem ſine pecuniȷs publicis ⁊ priuatas perſonas ⁊ viles facit amatores pecuniarũ dũ conabantur tantum lucrari ꝙ poſſent ⁊ ſibi ⁊ cõmunitati ꝓuidere. Ultimo aũt epilogādo ꝯcludit ꝙ ea que dicta ſunt vident̃ iꝓbabilia i politia lacedemonioꝝ

c Retēſiũ v̾o reſp. huic finitima eſt. hēt aũt quedā nõ deterius ſ; plurima minus nitide.

❡ Poſtq̃ȝ ſuperius auctoꝛ ꝓſecutus eſt de politia Lacedemonica: hic ꝓſequit̃ de politia cretenſi: ⁊ p̄mo comparat hanc politiā ad p̄cedentem. Scd̉o improbat eaȝ ibi[De qͥbus ⁊c̃.] Circa p̄mum tria facit. Primo ponit in cõmuni cõparationē iſtarum politiarum. Scd̉o aſſignat rõnē poſite cõparationis ibi[Videt̃ āt ⁊c̃.] Tertio explicat p̄dictam cõparationem in ſpeciali: ibi[Habet enim ꝯuenientiā ⁊c̃.] Dicit ergo p̄mo ꝙ politia cretenſium eſt ꝓpinqua politia lacedemonice in quibuſdā: tñ differt in aliquibus: in quoꝝ paucis non ſe habet deterius q̃ȝ politia lacedemonica ſed melius: ſed in pluribus ſe habet minus nitide. i. minus expedite ⁊ ꝯuenienter ad bonũ ſtatũ ciuitatis. Deide cũ dic̃.

❡ Videt̃ aũt ⁊ fert̃ lacedemonioꝝ reſp. in pluribꝰ imitata cretēſem. Vetuſta aũt pleraq; rudiora ſunt nouis. Ferũt enī Lygurgum poſt dimiſſaȝ Carilli regis tutelā cuȝ lõgo tp̄e ꝑegrinaret̃ in creta plurimũ fuiſſe diuerſatũ ꝓpter cognationē: erāt enim lytij lacedemonioꝝ coloni. ſuſceperāt āt hi qui in eā coloniā uenerāt inſtituta legũ tunc in antiquis habitatoribꝰ obtinentia. Quapropter ⁊ nũc parechi eodeȝ modo illis legibus utunt̃ quomodo eas Minos conſtituit primus.

❡ Aſſignat cauſam p̄miſſe comparationis: ⁊ p̄mo oſtendit huius cauſam fuiſſe ex hoc ꝙ Lacedemonica ſumpta eſt a Cretenſi. Secundo aſſignat cauſam q̄re Cretenſis fuit prioꝛ: ibi[Videt̃ autem hec ⁊c̃.] Dicit ergo p̄o ꝙ cauſa predictoꝝ eſt: quia politia Lacedemonica in pluribꝰ imitatur politiam Cretenſiuȝ tanq̃ȝ antiquiorem: ⁊ ideo politia cretenſis in pluribus peius ſe habet: qꝛ videmus ꝙ plurima de his que ſunt ab antiquis inuēta ſunt minus dearticulata. i. diligēter diſtincta q̃ȝ ea que ſunt inuēta a iunioribus. Dicunt eniȝ ꝙ Lygurgus qui iſtituit politiā lacedemonicā dimittēs regnuȝ Carilli regis lacedemonioꝝ multo tēpore conuerſatus eſt apud Cretam ꝓpter amicitiā ⁊ affinitateȝ quam hēbant lacedemones ad cretenſes. Et ideo lacedemones qui uenerāt Cretam cauſa familiaritatis ſuſceperunt inſtituta legum que erant apud habitantes in creta. Unde videmus ꝙ incole cretenſes eodē modo utunt̃ legibus ſicut ⁊ lacedemones: ⁊ hoc eſt ſ̄m inſtitutionem Mini regis cretēſiũ. Deide cum dicit.

❡ Videt̃ aũt hec inſula ad p̄ncipatũ grecie eſſe nata ac p̄clare ſita: cũcto nāq; iminet mari: cũ fere greci oēs circũ mare ſint poſiti: abeſt eniȝ hinc modicũ a pelopõneſo: illic v̾o ab Aſia circa pitriopiũ ⁊ rhodum Quare imperiuȝ maris obtinuit Minos ac ⁊ inſularũ: alias ſubegit: alias v̾o dudũ incultas habitari fecit. Tandē Siciliā aggreſſus circa Camerinā defunctꝰ eſt.

❡ Aſſignat cauſam quare leges inter Grecos p̄mo inuēte ſunt apud Cretam. Dicit enim ꝙ inſula Cretenſis videtur ſ̄m ſitum terre optime eſſe diſpoſita ad p̄ncipandum grecis: qui fere omnes habitant circa mare. Inſula autē illa quaſi adiacet toti littori grecie: diſtat modicuȝ a quadā inſula que uocat̃ peloponneſus que nunc dicit̃ Achaia: ⁊ ſimiliter uerſus aſiā ꝓpinqua eſt loco qui dicit̃ peritriopium ⁊ inſule que dicit̃ rhodus ⁊ ideo Minos qui fuit rex cretenſis obtinuit principatum in toto mari grecie: ⁊ inſulas quaſdā prius habitatas per violentiā ſubegit: quaſdā aũt de nouo habitari etiā fecit: ſingulis ſuas leges imponēs. Ultimo aũt tranſiuit in inſulā ſicilie ⁊ ibi mortuus eſt circa camerinaȝ circa montem Vulcani uł Ethne: ex quibus ignis eructuat. Deinde cum dicit.

❡ Habet eniȝ ꝯueniētiā cretica iſtitutio cũ laconica. Agriculturaȝ exercēt apud hos quidē hilote: apud illos v̾o parechi. Et comeſſationes ſunt apud utroſq; ⁊ antiqꝰ nũcupabāt lacedemonij has nõ fidicia ſ; Andria quēadmodũ cretes: ex quo palaȝ eſt ꝓueniſſe inſuꝑ reip. iſtitutionē. Ephori nāq; eandē vim hēt quā in creta hi qui coſmi appellant̃: niſi ꝙ ephori quinq; ſũt Coſmi aũt decē. Senatores aũt pares ſũt ſenatoribꝰ q̊s uocāt cretes cõſiliũ. Regia aũt ptās fuit p̄mo apud cretas: poſtea illā ſuſtulerũt: imꝑio in bello ad coſmos trāſlato. Concio aũt oībus cois eſt: ſ; aliā nullā hēt auctoritatē q̃ȝ ea cõꝓbādi que a ſenatoribꝰ ⁊ coſmis fuerint ante decreta.

❡ Explicat in ſpeciali cõparationem ſupra poſitā. ⁊ primo oſtēdit in qͥbus ꝯueniunt ambe politie. Secundo in quibus politia cretēſis habet melius: ibi[Que igitur ⁊c̃.] Tertio in qͥbus hēt peius: ibi[At circa ⁊c̃.] Oſtendit aũt primo ꝙ he due politie ꝓportionaliter ſe habent adinuicem in tribus conuenientes. Primo quidem in agricultura. quā habent lacedemones exercent Hilote ſerui: apud cretenſes autē parechi ſerui. ſ. habitantes in inſula. Secundo quantũ ad cõuiuia publica que apud utroſq; fiunt: que quidem nunc apud lacedemones uocant̃ fidicia: ſed antiquitus uocabantur apud eos andria: ſic etiaȝ uocantur nunc apud cretenſes. Unde manifeſtuȝ eſt ꝙ lacedemones aſſumpſerunt a cretenſibus. Tertio quantum ad oꝛdinem politie: quia Ephori apud lacedemones habebāt eandē poteſtatem quam apud Cretas quidam qui dicebant̃ Coſmi: ideſt oꝛnatores: ſolo numero differentes: nam Ephori apud Lacedemones erāt quinque. Coſmi v̾o Cretenſium erant decem. Similiter ⁊ ſeniores apud Lacedemones erant equales ⁊ numero ⁊ poteſtate ſenioribus Cretenſium: quos uocabant Conſiliuȝ. Regnum autem primo fuit apud Cretenſes ſicut ⁊ apud lacedemones: ſed poſtmodum diſſoluerunt regnum ⁊ cõmiſerunt coſmis ducatum belloꝝ. Uterq; etiaȝ habet concionem. i. adunationem populi que nullius rei habet poteſtatem niſi approbandi ſententias Seniorum ⁊ coſmoꝝ. Deinde cum dicit.

¶ Que igitur de comeſſationibus conſtituta ſunt melius apud cretas q̃ apud lacedemonios habent̃: nā apud lacedemonios vnuſquiſqꝫ certū qd̄ in ſingula capita taxatuꝫ ſoluit: qd̓ niſi faciat a rep. repellit̃: ut prius diximus. at in creta coīus eſt. ex cunctis eniꝫ que a terra ꝓueniūt uel armētis ex publicis ⁊ his que afferūt parechi diuiſio fit ut pars vna ad eoꝝ cultū ⁊ ad publica onera: pars ad comeſſationes deputet̃: ac ita ex publico educari oēs ⁊ mulieres ⁊ pueros ⁊ viros. Ad tēperātiā aūt cibi quaſi utilis ſit multa legiſlatoꝛ philoſophatus eſt ⁊ de mulierū diuoꝛtijs ne ſuꝑfluā pariant multitudinē ꝓſpexit alio itroducto uſu: qd̓ utrū praue uel nō praue cōſtitutū ſit aliud erit ꝯſiderādi tēpus. Sꝫ ꝙ circa comeſſationeſ melius ꝓuiſuꝫ ſit apd̓ cretas q̃ apd̓ lacedemonios māifeſtū eſt

¶ Oſtendit in quibus melioꝛ erat politia cretenſis: ⁊ dicit ꝙ oꝛdinatio ꝯuiuioꝝ melioꝛ erat apud cretēſes q̃ etiā apud lacedemōes: qꝛ in lacedemonia vnuſquiſqꝫ qui accedebat ad ꝯuiuium opoꝛtebat ꝙ aliquid exhiberet ſm̄ caput ſuuꝫ: alioquin nō poterat ꝑticipare politias: ſicut prius dictum eſt: ſed apud cretēſes erat obſeruatio magis ꝑtinēs ad cōe: qꝛ de rebus publicis taꝫ de fructibus terre q̃ de pecoribꝰ ⁊ de redditibꝰ quos reddebant incole qui colebant terras erat īſtituta quedam pars que expenderet̃ in ſacrificia ⁊ quedam pars que expendebat̃ in ꝯuiuia: ut in talibus ꝯuiuijs hoies ⁊ mulieres ⁊ pueri ⁊ viri nutrirent̃ de cōmuni. Hoc erat aūt ⁊ aliud ꝓpꝛium politie Cretēſiuꝫ ꝙ legiſlatoꝛ eoꝝ multa philoſophice induxit ad hoc ꝙ modicuꝫ comedebant: quaſi hoc ſit ualde ꝓficuum ⁊ ſingulis ⁊ cōmunitati. Volens etiā ꝙ non ꝓcrearent multos pueros ne multitudo hoium excederet quātitatem poſſeſſionis uoluit ꝙ nō multuꝫ cōmiſcerent̃ mulieribus ⁊ ad hoc ꝯceſſit turpem maſculoꝝ coitum: ſed utrum in hoc bene fecerit uel male poſterius conſiderabit̃: tamē hoc manifeſtum eſt ꝙ oꝛdinatio cōuiuioꝝ melioꝛ erat apud cretenſes q̃ apud lacedemones. Deide cū dic̃

¶ At circa coſmoſ deterius q̃ circa ephoros. qd̓ eniꝫ mali hēt ephoroꝝ magiſtratus ideſt ⁊ in illis: ſumunt̃ eniꝫ quis. Sed qd̓ in his ꝓdeſt reip. illic nō eſt. Nā hic qꝛ ex oibus aſſumptio eſt: ꝑticeps populus ampliſſimi magiſtratus vult manere rēp. illic aūt nō ex oibus ſumunt̃ coſmi ſed ex quibuſdā familijs: ⁊ ſenatores ex his qui coſmi iam fuerunt.

¶ Oſtendit in quo peioꝛ erat Cretenſis politia: ⁊ dicit ꝙ peioꝛ erat oꝛdinatio apud Cretenſes de Coſmis q̃ apud lacedemones de ephoris. Vnuꝫ enim maluꝫ eſt cōmune utriſqꝫ: qꝛ. ſ. apud utroſqꝫ aſſumunt̃ ad hꝰi p̄ncipatum quicūqꝫ. i. hoies tam ꝓbi q̃ nō ꝓbi. Sed tū apud lacedemones erat vnum bonum: qꝛ poterāt eligi de qualibet ꝯditione hoium: ⁊ ideo populus quaſi hñs partem in maximo p̄ncipatu bene uolebat ꝙ cōſeruaret̃ talis politia. Sed apud Cretenſes nō eligebātur coſmi ex qualibet hoium ꝯditione: ſed ſoluꝫ ex aliquibus qui erant uel fuerant de numero ſenioꝝ: ⁊ ſimpliciter ſeniores eligebant̃ ex quibuſdam qui fuerant coſmi quibus licebat dimittere ſuum principatum: ut infra dicet̃. Et ſic populus in p̄ncipatu coſmorū non habebat partem. Deinde cum dicit.

¶ De quibus idem dici pōt qd̓ de his qui apud lacedemonios fiunt: nā eē liberum magiſtratū atqꝫ ꝑpetuū maius eſt munuſ q̃ dignitas eoꝝ mereat̃: ⁊ nō ſm̄ legē ſcriptā iudicare: ſꝫ ſꝫ qd̓ ſibi videt̃ ꝑiculoſū eſt

¶ Improbat predictam politiam: ⁊ p̄mo quātum ad ſtatuta que ponebāt. Secundo quātum ad remedia que adhibebāt: ibi⌊ Medicina vͦo ⁊c. ⌋ Circa p̄muꝫ duo facit. Primo improbat eorum ſtatuta. Scd̓o excludit quādā reſponſionem ibi⌊ Quieſcere ⁊c. ⌋ Improbat aūt politiam iſtam quātuꝫ ad duo que etiam improbauit in politia lacedemonica: quoꝝ vnum eſt ꝙ Coſmi ⁊ ſeniores p̄ncipabant̃ per totam vitam ſuam ſine coꝛrectione ideſt ſine hoc ꝙ poſſent amoueri propter aliquā culpam: ⁊ ſic principatus erant maioreſ q̃ dignū eſſet. Secundum aūt eſt: qꝛ non p̄ncipabantur ſm̄ aliquas leges ſcriptas: ſed per ſe ſentētiantes uel arbitrātes: ⁊ hoc non erat ſecurum ciuitati: qꝛ eoꝝ iudicium poterit ꝑuerti amore uel odio. Deinde cum dicit.

¶ Quieſcere aūt plebē nō ꝑticipantē nulluꝫ ſignū eſt bñ ꝯſtitute ciuitatiſ: nec qcq̃ ſuſceptiōis eſt coſmis quēadmodū ephoris abeūtqꝫ per iſulā lōge a ꝯtēdētibus.

¶ Excludit quandam reſponſionem qua poſſent ſe defendere inducētes pro ſigno bone oꝛdiationis ꝙ ſemper abſqꝫ ſeditione vixerint. Sꝫ ipſe dicit ꝙ hoc ꝙ populus quieuerit apud eos a ſeditionibꝰ nō participās p̄ncipatu nō eſt ſignum demonſtranſ ꝙ eorum politia ſit bene oꝛdinata: hoc enim ꝯtingebat quia Cretenſes longe peregrinabant̃ ab alijs hominibus inſulā quādam habitantes ⁊ diſtantes etiam ab alijs ⁊ ſic nō habebant bella cum finitimis ſicut ſupꝛa dictum eſt: ⁊ ſic coſmi apud Cretenſes non habebant aliqua recipere uel expendere ꝓpter bella ſicut ephori apud lacedemones ubi populus non multum curabat tali pꝛincipatu participare. Deinde cum dicit.

¶ Medicina vͦo quā huic delicto adhibēt ridicula eſt nec ciuilis ſed tyrānica. Sepenumero eniꝫ aut college illoꝝ aut priuati hoies inſurgētes per ſeditioneꝫ coſmos expellūt: lꝫ etiā coſmis ſeipſos magiſtratu abdicare. Eniuero hec oia preſtabat lege fieri q̃ pꝛo hoium uoluntate: non eni ſecura eſt regula.

¶ Improbat remedia que apud cretenſes contra pericula erant: ⁊ pꝛimo ponit ea. Scd̓o improbat ibi ⌊ Per quam ⁊c. ⌋ Circa pꝛimum duo facit. Pꝛimo ponit remedia que erant contra perſonas male pꝛincipantiū. Secundo remedium qd̓ erat contra ipſum pꝛincipatū ibi⌊ Omnium vͦo ⁊c. ⌋ Dicit ergo pꝛimo ꝙ illa medicina quam faciunt cretenſes contra pꝛedictum peccatum de incoꝛrigibilitate pꝛincipum nō eſt cōueniens: nec eſt politica quaſi ſapiens cōmunem oꝛdinem ciuitatis: ſed magis eſt oppꝛeſſiua ⁊ tyrānica: quod nō eſt ſm̄ rōnem: ſed per violentiam. Multotiens enim apd̓ eos conueniebant aliqui uel de p̄ncipibus uel de priuatis ꝑſonis ⁊ eijciebant Coſmos per violētiā. Erat autem ⁊ aliud remedium: quia Coſmi poterant abrenunciare p̄ncipatui in vita ſua. Sed melius ꝙ iſta duo ordinarenť per legeʒ:ut.ſ.aliqua lex eēt certa ſm̄ quā Coſmi deberent expelli:uť cedere p̄ncipatui ꝙ hoc nō fieret ſm̄ uoluntatem hominum que nō eſt regula:cuʒ frequenter uoluntas humana ſit irrationabilis ⁊ iniuſta. Deinde cum dicit.

¶ Omniuʒ ꝟo deterrimuʒ eſt potentiorū turbatio quam ſepe concitant cuʒ penas dare nolunt.

¶ Ponit reliquum quod habebat contra ipſum officiuʒ:⁊ dicit ꝙ illud erat peſſimuʒ inter omnia remedia ꝙ quando Coſmi uolebant dare ſententias contra aliquos potentes frequenter inter eos inſtituebať ceſſatio p̄ncipatꝰ Coſmoꝝ.interdicebant enim ad tempus omnino talem p̄ncipatū.hoc autem dicit eſſe peſſimū quia non ſolum erat contra ꝑſonas:ſed contra totum officium uel p̄ncipatuʒ ex quo ꝓueniebat multa utilitas ciuitati. Deinde cum dicit.

¶ Per quā manifeſtuʒ eſt habere eaʒ inſtitutionē aliquid Reip.ſed nō eē Remp. aut potentatuʒ magis. Cōſueuerūt auteʒ concita plebe ⁊ amicis ad vnius arbitriū rem deferre:ſeditioneſqꝫ ⁊ prelia inter ſe miſcere. At ꝟo id qđ differt ab eo ꝙ tandem ea ciuitas nō ſit diſſoluta ciuili ſocietate. Eſt aūt periculoſus hic Reip.ſtatus ſi qui uelint poſſintqꝫ inuadere:ſed ut ſupra diximus ſeruať ꝓpter locuʒ qui oēs aduenas excludit. Itaqꝫ parechi manēt cretenſibus. Ueruʒ Hilotes ꝑſepe a Lacedemonijs defecere. Nō enim erat in creta potētia ulla externa:ſed nuperrime bellum peregrinū irrupit in eaʒ inſulā ꝙ patefiat imbellitatē legū ſuarū. De hac igiť Republica hec dixiſſe ſufficiat.

¶ Improbat p̄dicta remedia ⁊ dicit ꝙ iſta inſtitutio ultima de uacatione coſmoꝝ habet aliqđ politie inquantuʒ ſit de cōmuni ꝯſenſu populi:ſed tñ nō eſt uera politia ſed magis oppreſſio quedā per potentiaʒ populi ⁊ via quedā ad tyrānide. Cōſueuerūt enim aliqui habētes odio coſmos colligātes ſibi populuʒ ⁊ alios amicos ſuos facere monarchiaʒ: ut.ſ.aliqs eoꝝ dñetur in ciuitate loco oīum: ⁊ qñ hoc nō poſſunt ſtatim facere mouent ſeditiones ⁊ pugnāt ciues adinuicem. Nihil aūt hoc differt qꝫ ꝙ poſt aliqđ tempus iam nō ſit ciuitas:ſed ſoluať tota cōmunio politica. Non enim pōt eſſe ciuitas ſoluta ꝯcordia ciuium:⁊ ſic per ſeipſaʒ diſſoluiť. Sed etiā anteqꝫ per ſeipſam diſſoluať iminet ei periculuʒ ab hoſtibus qui uolunt ⁊ ualent inuadere ciuitatem:qꝛ duʒ ciues adinuicem pugnāt nō pñt vnanimiter reſiſtere hoſtibus ⁊ qñqꝫ vna pars introducit hoſtes in ſui auxiliuʒ. Sed ſicut dictuʒ eſt ab huiuſmodi p̄iculis hoſtiuʒ libata fuit politia cretēſiuʒ ꝓpter locum:qꝛ habitabāt in inſula longe ab alijs ciuitatibꝰ:⁊ ſic ipſa longinqtas fecit eos ſecuros ab expulſione.ſ. ꝙ nō expellerenť de ꝓprio loco ab hoſtibꝰ. Et huius ponit duo ſigna: quoꝝ vnuʒ eſt ꝙ ſtatus incolaruʒ ꝑſeuerat apud cretēſes ꝓpter ꝯſuetudinem ꝯuerſationis. Sed illi qui aduenīūt aliunde ad miniſtrāduʒ nō pñt cum eis diu cōmorari:qꝛ nullum p̄ncipatum poſſunt apud eos hēre. Nō enim uolebant cretēſes hēre p̄ncipes extraneos. Secūdum ſignum eſt qꝛ nuꝑ tranſierat ad inſulā cretēſium bellum ab extraneis inuadētibus inſulā. Ex quo manifeſtuʒ eſt ꝙ leges eoꝝ nō erāt ſufficiēter virtuoſe ad ꝯſeruandā eoꝝ politiā:ſed conſeruabanť qꝛ non hēbant inimicos cōtra ſe bellātes. Ultimo aūt epilogando ꝯcludit ꝙ intantum dictum eſt de politia cretenſium.

¶ Probat qȯ dictum eſt. Et p̄mo arguit ꝙ iſte uel iſti nō ſint pars Ciuitatis. Secundo reſpōdet ad obiectionem que poſſet fieri: ibi ⌊ Quare ẜm eas quas cōfitemur ſuperexcellentias ⁊c̄. ⌋ Tertio corrigit quoddaꝫ dictū: ibi ⌊ Melius tñ foret ſic ab initio per legis conditorem ⁊c̄. ⌋ Adhuc prima in tres. Quia p̄mo ꝓbat ꝙ iſte nō ſit pars Ciuitatis per rōnes Politicas. Secundo per facta ⁊ dicta aliorū: ibi ⌊ Dicerent eniꝫ fortaſſe quēadmodū de Leone ⁊c̄. ⌋ Tertio per ſimile: ibi ⌊ Patet hoc in alijs quoqꝫ artibꝰ ⁊ ſciētijs ⁊c̄. ⌋ Adhuc p̄ma in duas ẜm qȯ ꝓbat per duas rōnes. Secunda ibi ⌊ Ex quo manifeſtum eſt poſitioneꝫ leguꝫ neceſſariam eē circa equales ⁊c̄. ⌋ Prima ratio conſiſtit in hoc iuſtum ſimpliciter eſt ut qui ſunt equales in ꝟtute recipiant ⁊ attingāt ad Principatuꝫ eq̄liter: qui ꝟo ineq̄les ſunt ineq̄liter recipiāt. Sed iſte uel iſti excedit uel excedūt oēs alios in ꝟtute: ergo plus dꝫ recipere ille vnus uel iſti plures q̃ꝫ oēs alij. Sed oēs alij propter multitudinē credunt ſe plus debere recipere q̃ꝫ ille uel iſti pauci. Quare ſi excedentes ẜm virtutem ⁊ potentiam plus recipiāt q̃ꝫ oēs alij videbunt̃ iniuriari alijs: ⁊ tunc ſeq̄tur diſſenſio ⁊ turbatio in Ciuitate ⁊ corrūpetur ꝓportio Ciuitatis: Hoc autem eſt incōueniens Quare nec iſte nec illi ſi ſint plures excedētes in Ciuitate erunt ciues. Propter talem vnū excedentem oēs alios in virtute ueriſimile eſt eſſe q̄ſi deū. Circa quod itelligēdum eſt ꝙ aliq̄s pōt attingere ad ꝟtuteꝫ ꝑfectā ⁊ actum ipſius dupliciter. Uno mō ẜm ſtatum cōem humanum. Alio mō ultra cōem modum uel ſtatuꝫ humanum: hoc autē fit per ꝟtutem Heroicam. Eſt auteꝫ ꝟtus Heroica ẜm quā aliq̄s per virtutē moralē ⁊ itellectualem attingit ad oꝑationē cuiuſlibet virtutis ſupra cōmunem modū hominū. Hoc aūt eſt aliquod eē diuinum: qꝛ ſit per aliq̄d diuinum in hoie exiſtens qȯ eſt itellectus. Sic loquit̃ hic Philoſophus. talem eniꝫ hoiem ⁊ ſic excedenteꝫ omnes alios dicit eſſe ſicut deum. Deinde cum dicit.

¶ Ex quo manifeſtum eſt poſitioneꝫ leguꝫ neceſſariā eſſe circa equales genere ⁊ ꝟtute. Sed in illos tales nō eſt lex. Jpſi enim lex ſunt: etenim ridiculus foret qui illos legi ſubicere conaretur.

¶ Ponit ſecūdā rōnē que eſt hec. Lex que dat̃ in ciuitate eſt neceſſaria oibus equalibꝰ potētia ⁊ genere. Et hoc patet qꝛ lex eſt de conferētibus ad fineꝫ politie. Jn his autē non oēs ſunt ſufficiētes ſe dirigere ex ſe: ⁊ iō idigēt Lege dirigēte eos in agibilibus. Uñ datur Lex eis qui ſunt equales genere ⁊ potētia iſto modo qꝛ nō ſunt ſufficiētes dirigere ſe in actionibus: ⁊ iſti dicunt̃ ciues. Sed talibus qui ſic excedunt alios in ꝟtute nō datur Lex. Jpſi enim ſunt ſibi Lex: ⁊ hoc patet. Quia Lex eſt ordinatio quedam ẜm rōnem de conferētibus ad finem politie. Jſti enim ordinationē habent in ſeipſis: iō ſunt ſibi Leges. Deridendus igitur eſſet ille qui uellet dare Legem iſtis ꝟtuoſis cum in eis non ſit cā ꝓpter quā Lex fertur: Jgitur iſti ſic excellentes ciues nō erunt. Deinde cum dicit.

¶ Dicerent enim fortaſſe quēadmodum de Leone ſcribit Antiſthenes concionantibus lepuſculis ac cenſentibus equū omnes habere debere.

¶ Probat ꝙ iſte qui ſic excedit oēs alios nō ſit ciuis reſpectu aliorum. Et diuidit̃ in q̄nque ẜm ꝙ ꝓbāt per quinque. Secunda ibi ⌊ Quapropter ⁊c̄. ⌋ Tertia ibi ⌊ Tradunt etiam ⁊c̄. ⌋ Quarta ibi ⌊ Quapropter qui vituperant ⁊c̄. ⌋ Quinta ibi ⌊ Hoc idem ⁊c̄. ⌋ Jn prima dicit ꝙ de iſto virtuoſo uel de talibus fortaſſis recte poterit dici quod dixit Antiſthenes de Leonibus. Dixit enim ꝙ lepuſculis uolentibus habere equale ſiue uolētibus eſſe equales nō eſt bonuꝫ habere Leoneꝫ cum dentibus in ſocios: qꝛ Leones ꝓpter potentiam eorum deuorarent eos. Sic in Ciuitate non eſt bonuꝫ ciuibus uolentibus eſſe equales hēre iſtum ꝟtuoſum uel plures cōciues: qꝛ ꝓpter potētiam ſuam ⁊ ꝟtutem opprimerent eos. Deinde cum dicit

¶ Quapropter a ciuitatibus que populariter reguntur Oſtraciſmus repertus eſt. He ſiquidem ciuitates equalitatem maxime cōplectuntur. Jtaqꝫ qui ſuperexcellere videtur: uel ꝓpter diuitias uel propter amicos uel ꝓpter aliquam aliam Ciuileꝫ potentiam extra Ciuitatem relegatur ad tempus aliqȯ terminatū.

¶ Declarat 2^{m}. Et dicit ꝙ rectum manifeſtum eſt ꝙ iſti uel iſte ſic excedentes alios nō debent eſſe ciues: ꝓpter hoc enim ciuitates populares ſtatuerunt Oſtraciſmū relegationem cōtra tales. Huiuſmodi enim ciuitates nolunt hēre eq̄litatē. Dñatur enim in tali Rep. populus ꝓpter libertatem. oēs autē equaliter attingunt ad libertatem ⁊ ꝓpter hoc illos qui excedebāt cōiter uel in diuitijs uel in amicis uel in potētia aliq̃ ciuili relegabant a Ciuitate ⁊ tranſtulerūt aliq̄bus temporibus determinatis. Quare manifeſtum eſt ẜm iſtos ꝙ non expedit ſic excedentes ciues eſſe ⁊ remanere in Ciuitate. Deinde cum dicit.

¶ Tradunt etiā fabule ob huiuſmodi cauſam Herculem ab Argonautis fuiſſe relictum: non enim vna cum alijs nauem gerere illum uoluiſſe ut nimium ſuperexcellentem inter nauigantes.

¶ Declarat hoc idem per tertiū ⁊ dicit: ꝙ narrat̃ ꝙ q̄dā naute dicti Argonaute ab Argo ⁊ naui: noluerunt recipere Herculem ꝓpter ꝯſimilem cām: Hercules eniꝫ multum excedebat eos ꝟtute ⁊ potentia: timentes ergo ꝙ qꝛ excedebat eos multum uellet dñari dereliquerūt eum ⁊ noluerūt ꝙ ꝓduceret cum eis nauem ſuam. Quare videtur ꝙ iſte excedēs alios in virtute ⁊ potētia nō debeat remanere in ciuitate ne alios opprimat. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter qui vituperant Tyrānideꝫ ⁊ conſilium Periandri Traſibulo datuꝫ non ſimpliciter exiſtimandi ſunt recte dicere: ferunt enim Periandrum nihil reſpondiſſe ei qui cōſilij petendi cauſa ad ipſum miſſus fuerat:ſed ſupereminētes ſpicas demendo ſegetem adequaſſe: cuius cām cum non itelligeret nuncius ac factū ab eo narraret intellexiſſe Traſibulum ꝙ oportebat ſupereminentes Ciues auferre. Hoc aūt nec ꝓdeſt ſoluꝫ Tyrānis nec ſolum faciunt Tyrāni ſed ⁊ in Paucorū potentia ⁊ in Populari ſtatu ſimiliter ſe habet: Oſtraciſmus eni eandem quodāmodo vim habet tollendo eos qui ſupereminent ⁊ in exilium pellendo.

¶ Ponit quartum ad declarationē illius eiuſdē ⁊ dicit ꝙ ꝓpter hoc ꝙ nō expedit tales excedētes alios remanere in ciuitate ſed uel relegare uel iterimere oino qdā uolentes icrepare Tyrānidē nō ſm rationem vituperauerunt cōſilium Periandri ad Traſibulū:miſſo eni nuncio a Traſibulo ad Periandrū qd faciendum ſibi eſſet cōtra potentes ⁊ diuites ⁊ vniuerſaliter excellentes turbātes Ciuitatis dn̄iuꝫ. Dicunt enim ꝙ uolens manifeſtare itentum ſuū Periander expreſſe nuncio miſſo ſub parabola dixit ei quid faciendum erat dicēs ꝙ auferens excedentes ſpicas equabat ſegetes:cū aūt nuncius ignoret cām eius qđ fiebat:⁊ nunciaret qđ ei dictū erat Traſibulo:ſtatiꝫ itellexit Traſibulus ꝙ oportebat viros excellentes in v̊tute ⁊ potentia politica interficere:Et dico ꝙ nō rōnabiliter icrepuerunt ꝯſiliū huius:qꝛ iſtud non ſolum expedit Tyrānis nec ſolum hoc ipſi faciunt:imo cōſimiliter fiebat in politia Paucorum ⁊ Populari:in illis enim ordinata fuit relegatio ad ꝓhibendum ne aliquis fieret ita excellēs:⁊ ſi cōtingeret eſſe aliquē talē qđ relegaretur a Ciuitate. Sic igit̄ manifeſtū eſt ex hoc ꝙ tales viri nō debēt remanere in ciuitate. Deinde cum dicit.

¶ Hoc idem ⁊ in Ciuitatibus ⁊ in gentibus faciunt hi qui dominant̄:uelut Athenienſes circa Samios ⁊ Chios ⁊ Leſbios. Q̃ꝫ primum enim Imperium firmiter habuere eos in multis peſſundarunt contra federis eq̄tatem. Perſarum autē Rex medos ⁊ aſſyrios ⁊ alios qui magnū aliqd de ſeipſis ſapiebāt ob imperiuꝫ priꝰ habitum ſepe contriuit. Queſtio aūt ꝓpoſita circa oēs eſt Rerumpublicarū ſpecies vniuerſaliter que ſunt recte:naꝫ ille que tranſgrediunt̄ ad ꝓpriā reſpiciētes utilitatem hoc agūt. Quinimo ⁊ ille que ad cōmune reſpiciunt bonū eodē mō ſe habēt.

¶ Ponit q̄ntum ad declarationem illius eiuſdē ⁊ dicit ꝙ idē in q̄buſdaꝫ Ciuitatibus fecerunt aliqui hn̄tes dn̄ium ⁊ potētiā ſup illas:ſicut Athenienſes ſubiugātes ſibi Samios ⁊ Chios ⁊ Leſbios q̄buſdā pactis interueniētibꝰ:cum illi Athenieſes excederēt ⁊ p̄ncipar̄et magis q̃tum ad aliqua humiliauerunt eos opprimendo eos p̄termiſſis pactis. Eodeꝫ modo fecit Rex Perſarum:cum ſubiugaſſet ſibi Medos ⁊ Babylonicos prudentiores ⁊ magis ſagaces iter ipos diſperſit ſepe. Videns enim ꝙ iſti prudētes ⁊ ſagaces erant:qꝛ fuerant in p̄ncipatu ⁊ Ciuiliter vixerant:timēs ꝙ ſi ſimul manerent:per Sapiētiam eorū poſſent inuenire vias per quas diſcuteret ſe a iugo illorū diſperſit eos:⁊ ſic iſti excellētes ꝓpter eorū ſapientiā tranſlati ſunt ad alias Regiones. Sic igit̄ hꝰⁱ ꝓbleuma vniuerſaliter eſt circa oēs politias:ꝙ ſcilicet illi qui excedūt alios in potētia ⁊ v̊tute ciues nō ſunt. Iſtud aūt in tranſgreſſis politijs obſeruat̄:nā p̄ncipantes in illis intendētes bonū propriū illos qui excedūt alios in potētia uel v̊tute relegant a ciuitate ⁊ nō ſolum intēdētes bonū ꝓpriū ſed cōe hoc faciūt. Deinde cū dicit.

¶ Patet hoc in alijs quoqꝫ artibus ⁊ ſcientijs:neqꝫ eniꝫ pictor excedētem menſuraꝫ pedem animal hēre pateretur:quāuis pulcherrimꝰ ille pes eſſet. Neqꝫ faber proraꝫ aut aliam parteꝫ nauis:neqꝫ v̊o magiſter chori eum qui pulchriorē ac melioreꝫ toto choro uocem emittit ſinet in choro eē. Itaqꝫ ob hoc qdem nil prohibet eos qui domini ſunt cōuenire cum ciuitatibꝰ ſi proprie dominationis gratia:que etiam Ciuitatibꝰ utilia ſunt agant.

¶ Declarat idē per ſimile in artibus ⁊ dicit: talē qui excedit alios non debere eſſe Ciuem nec manere in Ciuitate manifeſtuꝫ eſt per ſimile in alijs artibus: Videmus enim ꝙ pictor ſi pingat igmaginē non pinget pedem excedētem alias ꝑtes ſm ꝓportionē:dato etiā ꝙ ſit pulchrior alijs:quinimo ſi pinxerit delet ⁊ pinget pedē minorē magis ꝓportionatū. Similiter ille qui facit nauem nō facit puppim:ꝑtem ſcilicet anteriorē nauis maiorem p̄ter ꝓportioneꝫ:dato ꝙ illa pars ſit optime facta:⁊ ſi fecerit abijcit ⁊ facit minorem. Silr̄ Magiſter Chori:ſi vnus cātat altius omnibꝰ alijs p̄ter proportionem:dato ꝙ pulchrius ⁊ delectabilius cātet nō ꝑmittet eum cantare cuꝫ alijs. Quare Legiſlator ſi ſit aliqs in ciuitate excellentior oibus alijs in v̊tute ⁊ potētia:q̃uis ſm ſe ſit bonꝰ:qꝛ tū iproportiōalis eſt alijs ipm debet relegare a Ciuitate. Deinde cū dicit.

¶ Quare ſꝫ eas quas ꝯfitemur ſuperexcellētias quandam habet utilitatem ratio per quam Oſtraciſmꝰ fuit repertꝰ.

¶ Reſpondet cuidam obiectioni que poſſet fieri. Aliqs enim poſſet dicere ꝙ ſi ille qui excedit alios oēs in ciuitate deberet expelli ꝓpter exceſſum cuꝫ monarcha in aliqua monarchia excellat oēs alios talis debet expelli ⁊ nō p̄ncipari. Soluit dicēs ꝙ q̃uis monarcha excellat alios in p̄tāte tū nihil ꝓhibet ipm cōcordare cuꝫ alijs ſi p̄ncipet̄ ꝓpter bonū cōe:tūc eniꝫ concordabit cū alijs:ſicut monarcha qui non principaretur ꝓpter bonum cōmune tunc ibi laborandum eſſet ad expulſionem eius. Deinde cū dicit.

¶ Melius tū foret ſic ab initio per Legis cōditorem prouideri ut Reſpublica non indigeret tali medicia. Scđo aūt loco ſi qd tale accidat conāduꝫ eſt tali aliquo remedio corrigere:qđ tū factū nō eſt a ciuitatibꝰ:Nō eni reſpexerūt ad cōmodū publicū:ſed per ſeditionē uſe ſūt ciuili pulſione

¶ Docet corrigere quoddam dictum. Prius dictuꝫ eſt enim ⁊ declaratum ꝙ excellentes oēs alios debeant a Ciuitate relegari ⁊ hoc durum ualde:iō uolens hoc corrigere dicit Philoſophus ꝙ ſermo de relegatione

Tho.

facienda eius qui excedit oēs alios in potentia uel virtute aliqͦd iuſtū hēt ſed nō ſimplr̄ iuſtū: iō melius fuit a ꝑncipio ſic ordinare politiā ꝙ nō eſſet neceſſariū uti ipſa relegatione: qꝛ relegatio iſta periculoſa eſt: qꝛ nō relegant niſi potētes: iſti autem nocere poſſunt ciuitati. ⁊ iō melius fuiſſet ſic ordinaſſe ciuitatē ut non oporteret uti ea: ita ꝙ a ꝑncipio fuiſſet ordinatū ꝙ nō liceret alicui excedere determinatū gradū diuitiaruꝫ: nec excedere alios ſm̄ quēcūqꝫ gradū: nec recipere excedētes ſed equales. Et ſi cōtingeret aliquē excedere corrigeret ⁊ dirigeret aliq̄liter ſcd̄o loco. i. ſi ſecundario defecerit corrigeret tali relegatione: tunc eni eſſet utēdū relegatione: ſic aūt non fiebat in qͥbuſdā ciuitatibus: qꝛ relegantes huiuſmodi excedenteſ non reſpiciebant ad bonū cōe politie: ſꝫ ꝓpter cōmodū ꝓprium ⁊ malitioſe ⁊ ſeditioſe ⁊ ꝓpter malā affectionē quā habebāt ad illos. Deinde cum dicit.

¶ In his igitur ſpeciebus gubernādi que lapſe ſunt qͦd ad p̄uatum cōmodum pertinct ac iuſtum eſt patet: forſan autē non ſimpliciter iuſtum ⁊ hoc eſt manifeſtum: ſed in optima Republica magnam habet dubitationē: nō per excellētiam aliorū bonorum: ceu viriū ⁊ diuitiarū ⁊ amicitiaruꝫ Sed ſiquis excellat ꝟtute qd de eo ſit faciendū: non eni dicēdum eſt ut talis vir ſit de ciuitate pellendus: atqui neqꝫ gubernationi alioruꝫ talis vir erit ſubijciendus: perinde enim eſt ac ſi qui Iouem gubernare uelint poteſtatē diuidētes. Reſtat ergo ut videt̄ naturā huius taleꝫ eſſe ut oēs ſponte ſua illi parere debeāt: ita huiuſmodi quidem homines eſſe Reges perpetuos in ciuitatibus.

¶ Declarat qualiter iſte qui excedit omnes alios in ciuitate potentia uel virtute ſe debeat hēre in ciuitate ⁊ ciuitas ad ipſum: ⁊ dicit ꝙ in politijs non recte ordinatis ſed tranſgreſſiſ tm̄ expedit talem ſic excedentem relegare a ciuitate: ⁊ iuſtuꝫ ſit non ſimpliciter ſed ſm̄ qd eſt iuſtum ſicut in populari ſtatu. in ipſa enim intendit̄ eq̄litas ciuiū ⁊ iō cōtra finem illius politie eſt talis exceſſus ꝓpter qͦd iuſtum eſt in ea taliter relegari. Iteruꝫ in ſtatu paucorum non expedit talem eē ciuem: qꝛ per ſuam potentiā cōuerteret politiā illam ad utilitatē ſuam. Nec in Tyrannide expedit talem eſſe: qꝛ talis nimis tyrānizare uellet. Quare manifeſtū eſt ꝙ in tranſgreſſis iuſtum eſt talem relegare nō ſimplr̄ iuſtū ſe ſm̄ qd: qꝛ in iſtis politijs nō eſt iuſtuꝫ ſimplr̄ ſed ſm̄ quid ut dictū eſt ꝑus. Sed in optima politia magna dubitatio eſt qualr̄ ſe hn̄dum ſit circa talē: nō eſt aūt dubitatio de illo qui excedit oēs alios uel in fortitudine corporali uel in diuitijs uel in multitudine amicorū: ſed de illo qui excellat oēs alios in ꝟtute ſiue in bonis ſm̄ aīam qd opꝫ facere de iſto. nō eni dicēdum eſt ꝙ debeat expelli a ciuitate ⁊ transferri ad alium locū: hoc eni eſt cōtra rōnem ex quo eſt optimus. quare nullo mō eſt expellendus. Iterū non eſt aſſumēdus ad ꝑncipatuꝫ ſicut alij ut qn̄qꝫ principet̄ qn̄qꝫ nō. Silr̄e eni eēt ac ſi uellemus principari Iouem aliqn̄ ⁊ aliqn̄ nō. hoc eni deriſoriū eſt. Et iō relinquit̄ ꝙ cū talis ſit optimuſ ꝙ dignum ⁊ iuſtum eſt ꝙ oēs ſibi letanter obediāt ⁊ ut ſit rex uel ſi ſint tales plures ꝙ ſint reges ꝑncipantes non aliqn̄ ſic aliqn̄ non ſed ſemꝑ. Sed eſt cōſiderandum ꝙ Ph̄s videt̄ ſibi ꝯrīari: Dixit eni pri⁹ ꝙ melius eſt multitudinē aliquā ꝑncipari q̄ꝫ paucos. Dixit ēt ꝙ ſi vn⁹ ꝑncipet̄ alij eēnt iħonorati qͦd eſt icōuenīēs: in iſta ꝑte dicit ꝙ iſte qui ſic excedit oēs alios nō eſt ciuis: ſꝫ ille qui nō eſt ciuis nō debet ꝑncipari. quare iſte nō debet principari: cuius ꝯtrariū dicit hic. Ad hoc dicēduꝫ ꝙ ſi vnus inueniatur qui excedat oēs alios in ꝟtute iſte debet principari. Et rō hui⁹ eſt: qꝛ illū opꝫ magis ꝑncipari qui accedit magis ad ꝑncipatum nālem ⁊ ad ꝑncipatum vniuerſi. Sed iſte qui ſic excedit oēs alios in ꝟtute eſt huiuſmodi. Ergo expedit ipm̄ ſoluꝫ ꝑncipari. Maior ꝓpō apparet in aīali: pars eni que ꝑncipat̄ cor eſt. cor aūt vnum eſt ⁊ ꝑncipale a quo deriuat̄ ꝟtuſ ad ſingulas ꝑtes corporis. Iterū in vniuerſo eſt vnuſ ꝑnceps. Principatus aūt vniuerſi vnus ⁊ optimus eſt. q̄re ille in ciuitate qui magis vn⁹ ⁊ melior eſt accedit magis ad ſimilitudinē Principat⁹ vniuerſi ⁊ naturalis. Ergo ille ꝑncipatus erit melior in quo erit vn⁹ ꝑnceps ⁊ illū magis expedit ꝑncipari qui vn⁹ exiſtēs optimus eſt. talis eſt ille qui excedit oēs alios in ꝟtute. Ergo manifeſtuꝫ eſt ꝙ iſtū expedit magis principari q̄ꝫ aliuꝫ. Nec ualet qͦd ꝑͦ obijcit̄ ꝙ ſupi⁹ dixit ꝙ magis expedit multitudinē dn̄ari: qꝛ illud itelligenduꝫ eſt ubi eſt politia equalium ⁊ ſimiliū: ⁊ ꝟtus vnius nō excedat virtutem oīum aliorū: qͦd in ꝓpoſito nō contingit. Nec ualet qͦd ſcd̄o obijciebat̄: ſi vnus uel plures ꝑnciparentur ꝙ omnes alij eſſent inhonorati: qꝛ in politia recte ordinata quilibet diligit ſtatū proprium ⁊ gradūm alterius: ⁊ iō vult honorem ſibi ſm̄ gradum ſuū ⁊ vult alij honorē ſm̄ gradū illius: nec vult ſibi honorē alterius. Et ideo ſi ſit vnus excellens oēs in ꝟtute: oēs uolunt ſibi honorē qui debet̄ ei. ⁊ ideo nō ſunt inhonorati: quia quilibet habet honoreꝫ qui debetur ei. Nec ualet qͦd obijciebatur tertio de hoc qͦd dicit ꝙ iſte non eſt ciuis: uerū enim eſt: quia ſicut ille qui ꝑncipatur ꝓpter excellētiam ꝟtutis nō eſt ciuis ſed ſupra ciuem. eodem enim modo eſt aliqs ciuis ſicut ſe habet ad legem. Sed cū aſſumitur ꝙ non debet dominari niſi ciuis: non habet ueritatem in politia Regali ⁊ optima ſimpliciter: qualis eſt illa in qua dominat̄ ille qui dictus eſt.

f

Orſan ꝟo poſt hec congruū fuerit conſiderare de regia gubernatione: dicimus enim hanc eſſe vnam ex rectis ſpeciebus Rerumpublicarum. Conſiderandum eſt autem utruꝫ cōducat Ciuitati ⁊ Regioni quā recte gubernari oporteat Regem habere uel nō: ſed alia quedam ſpecies gubernandi magis conducat: uel an quibuſdam conducat quibuſdam non. Ante omnia ꝟo diſtinguendum eſt an ſit vnum genus eoꝝ uel differentias habeāt plures.

¶ Poſtq̄ꝫ diſtinxit Ph̄s politias ſm̄ diſtinctiones ꝑncipatuum: hic ꝓſequitur de vnaquaqꝫ ipſarum ⁊ hēt partes duas. Primo enim determinat de vnaq̄qꝫ ipſaruꝫ. Secūdo oñdit ex quibus corrumpunt̄ ⁊ ſaluantur in ꝑncipio. 5. libri: ibi⌊ De alijs qdem ⁊c̄.⌋ Prima diuidit̄ in duas. In ꝑͣ deteīat de optima politia. ſ. de regno. In 2ͣ deteīat de alijs in ꝑncipio. 4. libri: ibi⌊ In cunctis ⁊c̄.⌋ Adhuc ꝑͣ in duas. In ꝑͣ ꝑmittit intētū ſuū. Secundo ꝓſequit̄: ibi⌊ Facile eſt ⁊c̄.⌋ In ꝑma dicit ꝙ poſt ꝑdictas inquiſitiones de politijs forte bene ſe hēt tranſire ad cōſiderationem de regno.

Et rō huius eſt: qꝛ inter politias rectas regnū eſt optima ⁊ rectiſſima politiaꝝ. ⁊ iō regula ⁊ mēſura aliarū. optimū enim ꝑfectiſſimuꝫ eſt in vnoquoqꝫ gñe. ⁊ menſura eſt oīum aliorum ꝓpter qđ p̄mo dicēdū eſt de regno. Eſt aūt cōſiderādum de regno utrū ciuitati ⁊ regioni que debēt ihabitari expediat regi a rege uel non: ſed magis expediat regi ciuitatē ⁊ regionē aliqua multitudine uel aliq̄bus paucis viris. P̄mo aūt videndum eſt utrū ſint monarchie regalis plures modi ⁊ dr̄ie aut vnus modus ſolum. Deinde cū dicit.

¶ Facile eſt ītueri. Q̄ð plura genera ſunt nec eſt oīum Regum modus vnꝰ poteſtatis. In Lacedemoniorū eni Rep. videtur Rex eē maxime ſm̄ leges: neqꝫ enim ptātem hēt oīum: ſed cum egredit̄ extra regionem imperium habet eorū q̄ue pertinent ad bellum. Preterea ſacrificia deorumqꝫ Cerimonie ei cōmiſſe ſunt. Hec igitur Regia poteſtas eſt q̄ſi auctoritatē belli perpetuā hēre. Uite enim neciſqꝫ alicuius nō habet poteſtatē niſi dum bellū gerit: ut ēt apud antiquos fuiſſe videt̄.

¶ Proſequit̄ intētum ſuū: ⁊ hēt ptes duas: p̄mo diſtinguit modos monarchie regalis. Scđo ꝓſequit̄ de p̄ncipali mō ibi [Caput ue ⁊c̄.] P̄ma in duas. p̄mo ponit diuerſos modos huiꝰ monarchie. Scđo reducit iſtos ad duos modos ibi [Fere aūt ⁊c̄.] P̄a adhuc in duas. p̄mo ponit q̄tuoꝛ modos. ſcđo recolligēdo illos addit q̄ntū qui eſt p̄ncipalis ibi [Regie ⁊c̄.] P̄ma in 4or ſꝫ ꝙ ponit 4or modos. Secunda ibi [Eſt ⁊.] Tertia ibi [Tertia ⁊c̄.] Quarta ibi [Quarta ſpēs ⁊c̄.] Adhuc p̄ma in duas. In p̄ma ponit p̄mū modū. In ſcđa declarat quoddā dictū per dictū Homeri: ibi [Quod oſtendit ⁊c̄.] In p̄a dicit ꝙ parū cōſiderātibꝰ in politia Regali facile pōt apparere ꝙ p̄ncipatꝰ regalis plura ⁊ diuerſa genere ꝯtinet ⁊ iſtiuſmodi p̄ncipatus nō eſt vnus modus ſed plures. Eſt aūt vnus modus ipſius qui fuit in Lacedemonia: in iſto enim Regno Rex p̄ncipabat̄ ſm̄ legem ⁊ nō erat dn̄s oīum: qꝛ nō ferebat ſententias nec puniebat ſm̄ ſuā uolūtatē: tn̄ qñ exibat Regioneꝫ ad preliādum tūc p̄ncipabat̄ q̄ꝫtum ad oīa que pertinebant ad preliū iterū dn̄s erat oīum eoꝝ que ꝑtinebāt ad cultū diuinū. Iſtud aūt Regnū erat ſicut q̄dam ducatus exercitus iꝑialis: qꝛ iſte Rex ul̄e iꝑiuꝫ hēbat q̄ꝫtum ad ea que ſunt exercitus. Iterū iſtud regnū ꝑpetuuꝫ erat ita ꝙ rex nō qñqꝫ regnabat qñqꝫ nō. Sed nō erat dominus oīum in ciuitate: qꝛ nō iudicabat homicidā: nō enim erat dominꝰ ad puniēdū homicidiū niſi qñ exibat ad ꝑlia. poterat eni tūc dare leges ⁊ punire vniuerſaliter. Deinde cum dicit.

¶ Quod oñdit Homerus: Nā Agamemnon in Cōcionibꝰ maledictis ⁊ iurgijs uexabat̄: ſed cū a Cōciōe digreſſus in prelio erat occidendi hēbat ptātem: itaqꝫ iquit: Quē ego procul a pugna fugiētem conſpexero non ſibi ſat erit fugare canes ⁊ aues: naꝫ penes me occidendi poteſtas. Una ergo ſpēs Regia eſt auctoritas belli ꝑpetua: ⁊ qñqꝫ per genꝰ: qñqꝫ per electionē huiuſmodi regnū obtinet̄.

¶ Declarat qđ dictū eſt per dictū Homeri. Dixit enim ꝙ in iſto Regno Princeps eſt dn̄s oīuꝫ: ⁊ dicit ꝙ hoc ſignauit Homerus dicēs ꝙ Agamēnon cū eſſet in ciuitate ⁊ ueniret ad cōgregationē Ciuiū multotiēs opprimebat̄: ꝙ nō eēt dn̄s oīum: cū aūt egrederet̄ ad prelium dn̄s erat in oībus ⁊ iterficiēdi ⁊ dandi legē q̄ꝫtuꝫ ad ea que erant exercitus. Dicebat eni: Queꝫ videro fugiētē ex prelio talr̄ tractabo ipm̄ ꝙ nō poterit fugare canes nec aues: apud me eni eſt moꝛs: id eſt in ptāte mea eſt iterficere. Eſt ergo vna ſpēs monarchie Regalis que ducatus exercitꝰ eſt: qui Principatꝰ durat per totā vitā hoīs. Iſtoꝝ aūt qui p̄ncipant̄ in iſto Regno q̄dā regnāt per ſucceſſionē generis: q̄daꝫ ex electione: qꝛ ad hoc eliguntur. Deinde cū dicit.

¶ Eſt ⁊ alia inſup monarchie ſpēs: qualia ſunt apud quoſdā barbaros Regna.

¶ Ponit ſcđaꝫ ſpēm huius monarchie: ⁊ diuidit̄ in duas. In p̄ma ponit ſpēm illaꝫ. In ſcđa declarat q̄lis eſt. Scđa ibi [Uim habētia ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ p̄ter ſpeciem monarchie de qua dictuꝫ eſt: eſt alia ſpēs ſm̄ quā aliqui regnāt apud barbaros. Dicuntur aūt barbari qui deficiūt a rōne: barbari eni q̄ſi extranei dicuntur. Et qꝛ hō utit̄ rōne q̄cunqꝫ deficiūt a rōne barbari dicunt̄ ſicut apparuit in p̄mo. Deinde cū dicit.

¶ Uim habentia proximam tyrānidi: licet ſint legitima ⁊ ſm̄ morē patrie: ob id enim qꝛ magis apte ſunt ad ſeruiēdū nationes Barbaroꝝ q̄ꝫ Grecoꝝ: ⁊ eoꝝ qui icolūt Aſiā q̄ꝫ eoꝝ qui Europā ꝑferūt ſ̄uile iugū equo aīo: ⁊ ob h̄ tyrānica ſunt hiꝰ regna.

¶ Oñdit q̄lis eſt: ⁊ p̄mo ꝙ eſt uoluntaria. Secūdo ꝙ ſecura ibi [Sed habēt ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ hor regna ſꝫ que p̄ncipant̄ aliqui barbaris ſūt ſicut tyrānides monarchice: ⁊ qui p̄ncipant̄ in iſtis p̄ncipant̄ ſꝫ legē ⁊ ſꝫ leges patrias. Dicunt̄ auteꝫ leges patrie cōſuetudines que deſcēdūt a parentibꝰ in filios: iſti aūt ſm̄ tales leges p̄ncipant̄. Et qꝛ barbari nāliter ſunt magis ſeruiles q̄ꝫ Greci ⁊ hi qui ſunt circa aſiam ſunt magis ſeruiles q̄ꝫ qui circa Europam: qꝛ Europa eſt media inter Aphricā ⁊ aſiā ⁊ ſicut media eſt ſm̄ locum ſic hoīes medio mō ſe habēt in alijs diſpoſitionibus. Et iō iſti barbari ſuſtinent p̄ncipatū dn̄atiuū ſine triſtitia: qꝛ inclinationeꝫ hn̄t ad ſuſtinēdum ipm̄. Qꝫ aūt ſm̄ iclinationē naturale eſt: eſt uoluntariū. Quare manifeſtū eſt ꝙ tales uoluntarie ſuſtinēt talem p̄ncipatū dn̄atiuum qui eſt domini ad ſeruuꝫ. Quare manifeſtum eſt ꝙ p̄ncipantes in tali regno ꝓpter hoc aſſimilātur tyrannidi. Deinde cum dicit.

¶ Sed hn̄t ſecuritatē: qꝛ moribus ⁊ legibꝰ cōſiſtūt: ⁊ ea de cā̄ cuſtodiā hn̄t regiā non tyrānicā. Reges eni a ciuibus cuſtodiunt̄. Tyrāni ṽo ab externis mercede conductis: ⁊ reges ſꝫ leges ⁊ uolentibꝰ: Tyrāni ṽo iuitis dominant̄: Itaqꝫ alteri a ciuibus cuſtodiuntur: alteri cōtra ciues cuſtodiam parant. Sunt igit̄ hec de q̄bus dictum eſt due ſpecies monarchie.

¶ Oſtēdit ꝙ eſt ſecura ⁊ dicit ꝙ huiuſmodi monarchie ſpēs ſecura eſt. Et rō huius eſt: qꝛ p̄ncipans in tali regno p̄ncipat̄ ⁊ ſm̄ genꝰ ⁊ cōſuetudines que deſcēdunt a parētibꝰ. Et qꝛ ſm̄ genus dn̄atur uoluntarie: regnāte eni patre aliquo mō aſſueſcūt ſubditi filio: ⁊ iō poſtmodū regnāte filio uoluntarie ſibi ſubijciunt̄: qꝛ conſueti ſunt. Iterū p̄ncipant̄ ſm̄ cōſuetudinē ⁊ ſm̄ leges que aūt iſunt ẜm cōſuetudinem delectabilia ſunt: ⁊ iō minus odiunt eos. Et ꝙ ſit ſecura ſignū eſt: qꝛ iſti barbari cuſtodiūt Regem ſuūꝫ qꝛ diligunt eum ⁊ libēter ſubijciunt ei. Tyrānum aūt cuſtodiunt alieni ⁊ ciues reges ſuos cuſtodiunt cum armis: qꝛ ẜm legem ⁊ uoluntarie ſubijciunt eis: tyrāni autē p̄ncipant ſubditis īuoluntarijs: ⁊ propter hoc Tyranni ſuper ciues hn̄t cuſtodiam: diffidunt enim de ſubditis. Sic igitur apparet ꝙ he ſunt due ſpecies monarchie Regalis. Deinde cum dicit.

Tertia eſt ſpēs ut antiqtus in Grecia fuere quos uocabāt Eſynetas. Eſt aūt hoc (ut ſimplr̄ dicamꝰ) electiua Tyrānis differēs a barbarica: nō eo ꝙ legitime: ſꝫ eo ꝙ nō ꝯſuete: ptās aūt hiꝰ aut uiuēte eo durabat aut tp̄e: uel rebus geſtis finiebat.

Ponit tertiā ſpēm: ⁊ p̄mo ponit eam. Scd̄o declarat qd̄dā dictum per exēpluꝫ: ibi[Qualē elegerunt ⁊c̄.] In prima dicit ꝙ illa eſt ſpēs monarchie Regalis que erat apud antiqs Grecos qui dicebant Eſynete. Eſt aūt huiuſmodi monarchia ut ſimplr̄ eſt dicere Tyrannis ẜm electionē. Et dicit: ut ſimplr̄ dicamus: qꝛ Tyrānis que eligit ſimplr̄ nō eſt Tyrānis. Differt autem iſta a barbarica Tyrānide de qua dictū eſt: nō eo ꝙ in iſta que eſt ẜm electionē nō p̄ncipet p̄nceps ẜm legem: in illa aūt p̄ncipet: ſed in hoc ſolum differūt ꝙ iſta nō eſt patria. i. p̄nceps nō p̄ncipat ſꝫ ſucceſſionē generis: uel nō eſt ſic aſſueta ſicut ſunt ea que ſūt patria ſed per electionem. in iſto v̄o principatu: quidā principantur per totam vitam ſuā ⁊ eliguntur ad vitā ſuaꝫ. alij principant uſqꝫ ad aliqua tēpora determinata: quia ſic eliguntur. alij principantur quantum ad aliquas actiones. Deinde cum dicit.

Qualē elegerūt qn̄qꝫ mithilenei Pittacū aduerſus exules ſuos: qbus preerant Anthimenides ⁊ Alceus poeta: oſtendit hoc Aolcus in quodā loco ſuoruꝫ carminū: icrepat eniꝫ ꝙ pittacuꝫ hoiem obſcuri generis ⁊ ſine felle laborāti ciuitati prefecerint tyrānū. huiuſmodi igit ſpēs qꝛ tyrānice ſunt dn̄ationē hn̄t: qꝛ v̄o electiue ſunt ⁊ uolentium Regie.

Declarat qd̄ dictū eſt per exempluꝫ. Dictum eſt eni ꝙ in iſto p̄ncipatu principatur Tyrānus per electionē: qlis fuit ille quē elegerunt qdam dicti Mithilenei: cū eni quidā eēnt ꝓfugi a ciuitate illoꝝ elegerūt quendā Pittacū noie cōtra ꝓfugos illos ut fugaret illos atqꝫ extirparet: tunc autē principabant iſtis Mithileneis duo: quorum vnꝰ erat Anthimenides: alius Alceus poeta. Dixit autē Aolcus hoc in quodā loco ſuorum carminū: dixit inqꝫ ꝙ iſti elegerunt ſibi Pittacum tyrānuꝫ ⁊ increpebat eos ꝙ eum in malum patrie p̄fecerunt. Iterum p̄fecerūt ciuitati hoiem ſine felle. Fel auteꝫ dicit cōmouere ad irā: ira aūt ualet ad fortitudinē v̄tutis. Vn̄ dicit 3° Eth. Virtute imitte furori ⁊ v̄tutem erige furore. Volebat igit dicere ꝙ cū deberet eē fortis cōtra inimicos ciuitatis nō mouebat: erat eniꝫ timidus nec potēs eos opprimere. Iterū qꝛ elegerant hoiem grauis felicitatis: qꝛ felicitatē ſuā poſuit in uoluptatibꝰ ⁊ grauabat ſubditos ut poſſet exercere uoluptates ſuas. Iteruꝫ icrepabat eos: qꝛ cum cōueniſſent ⁊ fuiſſent cōgregati approbauerūt eum eligentes. Iſte autē monarchie erāt regales ⁊ tyrānice. Tyrānice quidem: qꝛ p̄ncipantes in eis principabantur principatu dn̄atiuo. Et qꝛ principabant uoluntarie ⁊ per electionē Regalis. Deinde cum dicit.

Quarta ſpēs regni eſt quales erant Heroicis tp̄ibus ſpontanee ⁊ ẜm morē ⁊ legem. ꝓpter bn̄ficia enim a p̄mis collata in populos uel per artes uel per bellum uel per cōgregationē in vnū uel per acquiſitionē Regionis delatū fuit eis Regnuꝫ de populorum uoluntate ⁊ ſucceſſoribus: id erat ẜm patrie morem.

Ponit quartā ſpēꝫ ⁊ diuidit in tres. In prima ponit illā ſpēm. Scd̄o oſtēdit quorū erāt dn̄i principātes in iſto regno ibi[Hi ⁊ ⁊c̄.] Tertio oſtendit quō hꝰi monarchia augmētata fuit: ibi[Veteres igit ⁊c̄.] In prima dicit ꝙ quarta ſpēs monarchie regalis eſt ſꝫ ꝙ aliqui principant aliqbus ẜm v̄tutem Heroicā. Et principantes dicebant Heroes. i. attingentes ad v̄tutem pfectā ⁊ actum eiꝰ ultra cōem ſtatuꝫ hoium: ⁊ fuit iſta tp̄ibus Heroum. Iſti aūt uolūtarie principabant ẜm legē. Primi aūt principātes iſto principatu aſſumpti fuerūt ad iſtū principatū ꝓpter bn̄ficiū qd̄ cōtulerunt multitudini: aut qꝛ iuenerunt artē aliquā utileꝫ regioni: ſicut Saturnus in Italia primꝰ docuit artem ſeminādi triticū ꝓpter qd̄ reputatus fuit deus apud ipſos: aut qꝛ primo preliati fuerūt cōtra inimicos multitudinis: aut qꝛ primo cōgregauerūt inducētes eos ad vitā ciuilē: aut qꝛ emerūt regioneꝫ: ⁊ iō facti fuerūt Reges ꝓpter huiuſmodi bn̄ficia ⁊ hoc uolentibꝰ ſubditis uoluntarie eos aſſueſcētibus principantes ẜm ſucceſſionem generis ⁊ erant quaſi principantes patrie. i. principantes ẜm leges deſcendentes a parentibus in ipos. Deinde cum dicit.

Hi ⁊ imperium hēbant belli ⁊ rei diuine cultum exercebant niſi talia eſſent ſacrificia que ſacerdotiuꝫ requirerēt: ⁊ preterea de cōtrouerſijs iudicabāt: ⁊ hoc faciebāt alij iureiurādo preſtito: alij ſine iureiurando. Erat autem illis iuſiuranduꝫ per Sceptri eleuationem.

Oñdit quoꝝ erāt dn̄i: ⁊ dicit ꝙ iſti dn̄i erāt oium que ptinebāt ad bellum: iterū oium poſſeſſionuꝫ ſubſtātiarum que nō erant ſacerdotales ſiue ptinentes ad cultū diuinū ſicut erant poſſeſſiones ſacerdotū: ⁊ cū hoc ferebant ſentētias ⁊ iudicabāt. Iſta aūt faciebant ita ꝙ qdam eoꝝ nō iurabant ꝙ fideliter hꝰi exercerēt. qdam aūt iurabāt. Iuramētū aūt ipoꝝ erat eleuatio ſceptri. ſ. baculi Regalis. Deinde cum dicit.

Veteres igitur illi Reges antiquis tēporibus ciuitates ⁊ gentes ⁊ nationes externas cōtinue gubernabāt: poſtea v̄o p̄im ipſis Regibus: dimittentibus: partim multitudine detrectante illud ſolum in quibuſdam Ciuitatibꝰ relictū eſt Regibus: ut Cerimoniarum erga deos haberēt facultatē ac belli duces in externis eſſent.

Declarat quō hꝰi monarchia augmentata fuit: ⁊ dicit ꝙ in temporibus antiquis primo principatus fuerūt in aliqua ciuitate ⁊ in eis que circa ciuitateꝫ: ſicut ſunt caſtra: deinde gentibus: deinde principatꝰ fuerūt ciuitatibus circumuicinis:poſt hec autez regibus permittentibus ⁊ indulgẽtibꝰ uel multitudine ciuili cogente uel uſurpãte ſubſtãtie paterne Regum remãſerunt in ciuitatibꝰ principantibus ipſis Regibus hñtibus ducatũ uel dominiũ circa exteriora:⁊ in remotis a ciuitate ubi exẽpta ciuitate principali ⁊ imuni facta a tributo Regali Rex quaſi in exterioribus principabatur. Deinde cum dicit.

¶ Regie ergo poteſtates tot ſunt ſpecies: quatuor videlicet. Una qualis erat temporibus Heroum uolentium ſcilicet ⁊ in qbuſdam determinatis rebus: Dux enim belli ⁊ iudex controuerſiarum ⁊ dominus Cerimoniaꝝ erga deos. Altera erat Barbarica ex progenie: ſcilicet dominatio ſm leges tñ. Tertia quaz Eſynetiam uocant: quã eſſe diximus electiuam Tyrannidez. Quarta Laconica. Ea autem eſt ut ſimpliciter dicaz imperium belli in quodã genere perpetuum: iſta quidem igit̃ per hunc modũ inter ſe differunt.

¶ Recolligit iſtos modos ⁊ addit qntum:⁊ primo recolligit iſtos quatuor. Secũdo addit etiã qntũ:ibi⌊ Quinta eſt ſpẽs.⌋ In prima dicit ꝙ monarchie regalis ſunt quatuor ſpẽs numero. Una ſpẽs in qua principabant̃ aliqui ſm ṽtutem Heroicã ſm aliqua tẽpora. In iſta ṽo monarchia principabat̃ Princeps uolẽtibus ſubditis. Erat aũt dominus in qbuſdaz determinatis nõ in oibus: Rex enim erat dux exercitus ⁊ ferebat ſentẽtias ⁊ eorũ que ꝑtinebant ad cultum diuinũ dñs erat: ſicut electionis Sacerdotis: punitionis ⁊ talium: ſed nõ poſſeſſionũ. Secũda ſpẽs eſt ſm quã aliqui principant̃ barbaris: ⁊ in iſto principatu principabat̃ Rex ſm ſucceſſionẽ generis ⁊ ſm legẽ ⁊ eſt principatus dominatiuus. Tertia ſpẽs eſt que dicit̃ Eſynetia ⁊ dicit̃ iſta monarchia Tyrãnis ſm electionez. Quarta ſpẽs eſt Laconica in qua princeps dominabat̃ ſm legem. Huiuſmodi monarchia dicebat̃ ducatus exercitus ad prelium ut ſimpl'r eſt dicere qđ dicit: qr nõ oium dominus erat ſed eorũ que pertinebant ad prelium: iſte autẽ ducatus erat ſm ſucceſſionẽ generis ⁊ perpetuus. Iſte igitur ſpecies iſto modo adinuicem differunt. Deinde cum dicit.

¶ Quinta eſt ſpecies quãdo vnus omniũ habet poteſtatẽ quẽadmoduz vnaqueqꝫ gens ⁊ ciuitas vnaqueqꝫ publice ordinata ad exẽplar gubernationis domus. Ut enĩ gubernatio Patriſfamilias eſt Regia quedã poteſtas domi: ita Regia poteſtas eſt ciuitatis ⁊ gentis vniꝰ aut pluriũ quaſi domeſtica quedã gubernatio.

¶ Addit qntam ſpẽm ⁊ dicit ꝙ quinta ſpẽs monarchie regalis eſt in qua dominꝰ eſt oiuz principãs: ſic nanqꝫ gens ⁊ ciuitas ordinata ſunt ſm ꝙ gubernatio domꝰ ordinat̃. In gubernatione enim domus vnus principat̃ ad utilitatẽ ſubditorum ⁊ dominus eſt oium qui ſunt in domo: ita etiaz eſt in regno: vnus principat̃ ad utilitatez ſubditorũ: ⁊ ideo ſicut gubernatio Patriſfamilias eſt quedam Regia poteſtas: ita Regia poteſtas eſt quedam domeſtica gubernatio Ciuitatis ⁊ gentis: ſiue ſit vna Ciuitas ⁊ vna gens ſiue plures Ciuitates ⁊ gentes. Deinde cum dicit.

¶ Fere autem due ſunt regni ſpecies de quibus conſiderationem facere expedit. Una hec de qua diximus. Altera Laconica. Nam aliarum plereqꝫ inter has medie ſunt pauciorum enim domine q̃z omnimoda poteſtas Regia. Plurium ṽo q̃z Laconica. Itaqꝫ conſideratio fere circa duo uerſatur. Unum conducat ne Ciuitatibus perpetuum belli ducem habere: ⁊ hunc uel per genus: uel per electionem. Alterum conducat ne vnum hẽre poteſtatem omnium: an nõ.

¶ Reducit iſtos modos ad pauciores. ſ. ad duos. Et primo facit hoc. Secũdo oſtendit de quo iſtorum dicendum eſt nũc: ibi⌊ De duce igit̃ ⁊c.⌋ In prima dicit ꝙ fere due ſunt conſiderande ſpẽs Monarchie Regalis ad quas alie aliquo modo reducunt̃. Et primo dicit ꝙ diſtinguendo eas per ꝓprias rationes plures ſunt. Sed conſiderãdo eas inq̃ꝫtum reducunt̃ ad duas due ſunt. Una eſt Laconica in qua principat̃ aliquis ſꝫ legem. Alia eſt Regnum. Laconica aũt differt a regno: qr in Laconica Rex principatur ſm Legem. Iterum non eſt dominus omnium: ſed in Regno principatur ſm virtutem ⁊ eſt dominus omnium. Alie autem ſunt medie inter iſtas uel priuationes ipſarum: quia in aliquibus principantes plurium ſunt domini q̃z in Laconica Monarchia. Sed pauciorum q̃z in regno: ſicut in Monarchia in qua principatur aliquis ſm virtutem Heroicam ꝙ etiam illa que dicitur electa tyrãnis. Manifeſtum igitur ex iſtis ꝙ de duobus reſtat cõſiderare. Primum quidem de Ducatu exercitus utrũ magis expediat eſſe ducem exercitus ⁊ perpetuum: uel non. ⁊ utrum magis expediat ꝙ iſte aſſumatur uel per generis ſucceſſionem uel per electionem. De Regno etiam reſtat conſiderare utruz expediat vnũ eſſe Principem omnium uel non expediat eſſe vnuz: ſed plures magis. Deinde cum dicit.

¶ De duce igitur belli conſiderare ad Leges potius pertinet q̃z ad aliquam ſpeciem Reip. Nam in omni Rep. id cadere poteſt: quare dimittamus hanc primam partem. De Rege autem quoniam hec eſt vna gubernandi legitima ſpecies conſiderare oportet: ⁊ dubitationes que in ea cadunt percurrere.

¶ Oſtendit de quo iſtorum eſt dicendum. Et dicit ꝙ de Ducatu exercitus conſiderare pertinet ad Legiſlatorem magis q̃z ad Politicum. In omnibus enim politijs fit Ducatus exercitus. Et ideo conſiderare de ipſo dimittatur ad preſens. Sed Monarchia Regalis ſpecies eſt politie: ꝓpter hoc de iſta ꝯſiderandũ ⁊ trãſferẽde ſunt dubitatiões que pñt circa ipſam accidere.

c Aput ṽo huiꝰ queſtionis eſt utruz expediat magiſ ab optimo hoie regi: uel ab optimis legibꝰ gubernari.

¶ Poſtq̃z Phs diſtinxit Monarchiã Regalem ⁊ poſuit qnque modos ipſius: ꝓſequit̃ de p̄mo mõ: ⁊ p̄ncipaliter dicto. ſ. de Regno. Et p̄mo ꝓſequit̃ quaſdã dubitationes: ex qbus apparet nã Regni. Scđo oſtendit ꝙ eadem eſt v̄tus Regis optimi ⁊ optimi viri in fine huiꝰ tertij: ibi⌊ Ueruꝫ ex eodē.⌋ Prima in duas. Primo inqrit utrum magis expediat Ciuitatem regi optimis Legibus uel optimis hoibus. Secūdo utruꝫ vno optimo viro uel pluribus: ibi⌊ Cū v̄o tres ⁊c̄.⌋ Adhuc p̄ma in duas. Primo inqrit an melius ſit Ciuitatem regi optimis Legibus an optimis viris. Secūdo mouet alias dubitationes: ibi⌊ Si autē ⁊c̄.⌋ Adhuc p̄ma in duas. Primo p̄mittit dubitationē. Secūdo ꝓſequiť ibi⌊ Qui guber. ⁊c̄.⌋ In p̄ma igiť dicit ꝙ p̄mo inquirendum eſt de Regno utrum magis expediat Ciuitatem regi ab optimo viro: an optimis Legibus. Deinde cum dicit.

¶ Qui gubernationē hois preferunt aiunt Leges ſolum vniuerſaliter ꝓuidere: nō autem ad ſingularia ordinari. Itaqꝫ in quacunqꝫ arte litteris p̄cipere fatuū eſſe. Et in Egypto poſt tertiā diē mouere: licet medicis qȯ ſi p̄us periculo id agunt ſuo. Patet ergo ꝓpter eādē cām non eſſe per litteras ⁊ leges optimā gubernationē.

¶ Proſequiť. Et p̄ᵒ arguit ꝙ melius eſt Regnū regi ab optimo viro. Scđo arguit in ꝯtrariū: ibi⌊ Atqui ⁊c̄.⌋ ꝙ meliꝰ ſit Regnū regi ab optīo viro q̃ꝫ ab optimis Legibus: oſtendit rōne ⁊ exemplo. Et dicit ꝙ quidā opinanť ꝙ Ciuitati expedit magis regi ab optīo viro: qꝛ ab eo melius eſt Ciuitatē regi qui pōt terminare caſus oēs emergentes. Sed hoc nō pōt Lex. qꝛ Lex nō dicit niſi ulē. Nihil autē de ꝑticulari. Particularia autem infinita ſunt ⁊ nō pn̄t apprehendi. Iterum Lex nō ordinat qȯ dicit ad ea que emergunt: ſed hoc pōt facere optimus vir per prudentiā ſuā. Habet enim rectuꝫ iudicium de agibilibus ⁊ appetitū rectū per v̄tutē moralem: ⁊ tunc iterponit exēplum anteq̃ꝫ cōcludat cōcłonem. Et dic̄ ꝙ ſic videmus in artibꝰ alijs ꝙ nō eſt ſemper bonū agere ſm̄ artē ſcriptā. qꝛ aliqua ſunt ſcripta ſm̄ que ſi agereť eēt nocumētuꝫ alicui: ſicut apparet in Medicina. Nō enim Medicus in oībus cōſiderat ea que ſcripta ſunt in Medicina: qꝛ multa ſunt dimiſſa prudētie Medici. Sicut apud Egyptios ſcriptū fuit ꝙ Medicis poſt tertiū diē liceret mouere hoc eſt agere per Medicinā ad expulſionē morbi: qꝛ ante tertiū diem nō poterat bn̄ videri nā morbi: ⁊ ſi moueret an̄ tertium diem in periculo ſuo erat. Hoc autē obſeruare in oībus nō erat bonū. In aliqbus eni citius: in aliqbus tardius: hoc expedit ſm̄ diuerſitatē Medicine ⁊ morbi facere: ſilr eſt in Politia ꝙ nō expedit ſemꝑ per ſcriptū uel per Legem regi. qꝛ Lex qn̄qꝫ deficit in aliquo ꝑticulari: ⁊ tunc indiget aliquo dirigēte. Quare manifeſtū eſt ꝙ meliꝰ eſt Regnū regi ab optimo viro q̃ꝫ ab optimis Legibus. Deinde cum dicit.

¶ Atqui ⁊ illā adeſſe oportet gubernātibꝰ vniuerſalē rōnem. Et melius certe cui nō adeſt turbatio aliqua oīno q̃ꝫ cui naturaliter ineſt. Hac igitur turbatione Lex caret: mens v̄o humana nō caret.

¶ Arguit ꝙ melius eſt Ciuitatē regi ab optimis Legibꝰ Et p̄ᵒ facit hoc. Secūdo obijcit in cōtrariū: ibi⌊ Sed forſan ⁊c̄.⌋ In p̄ᵃ dicit ꝙ p̄ncipantibꝰ oꝫ ineſſe ulēꝫ rōnem. Iō melius eſt Ciuitatē regi ab eo qui nō hēt paſſiones cōiūctas q̃ꝫ ab eo qui naturaliter habet eas: qꝛ paſſiones ꝑuertūt iudiciū rōnis. Eſt enim Paſſio motus appetitus ſub fantaſia boni uel mali. Sed Lex nō hēt paſſiones cōiunctas: hoc autem hēt quare melius eſt Ciuitatem regi ab optimis Legibus q̃ꝫ ab optimo viro. Deinde cum dicit.

¶ Sed forſan dicet aliqs ꝙ per hiꝰ rōnem ꝓbabilius deliberabit circa ſingula.

¶ Obijcit in cōtrariū ⁊ ponit obiectionē. Secundo remouet eā: ibi⌊ Qȯ igiť ⁊c̄.⌋ In p̄ma dicit ꝙ dicet alialiqs q̄ſi in ꝯtrariū ꝙ q̃uis hō hēat paſſiones ſibi nāliter cōiunctas: tn̄ bonꝰ hō cōſiliabiť de ſingularibus ⁊ ſꝫ deliberationē habitā ip̄e recte iudicabit. Quare adhuc melius eſt Ciuitatē regi ab optimo viro q̃ꝫ ab optima Lege. Deinde cū dicit.

¶ Quod igiť neceſſe ſit ipſum Legis conditorē eſſe ac Leges poni: manifeſtuꝫ eſt. Sed nō inuiolabiles: qꝛ trāſgrediunť. Nā in ceteris qdem inuiolabiles eſſe opꝫ. At de qbuſcunqꝫ Lex: aut ꝓuidere nō poteſt oīno: aut non bn̄ ꝓuidere. Utrum in his vni viro optimo dāda ſit ꝑtās uel multis.

¶ Remouet iſtā obiectionē inducēdo q̃ꝫdam aliā dubitationē ex cuius diſſolutiōe apparet ſolutio iſtius obiectiōis. Et diuidiť in duas. In p̄ma facit qȯ dictuꝫ eſt. Scđo infert quedā Correlaria: ibi⌊ Si ergo ⁊c̄.⌋ Adhuc p̄ma in duas. Primo ponit dubitationē. Secūdo ſoluit ꝓbādo alterā ꝑtem: ibi⌊ Eteni nūc ⁊c̄.⌋ In p̄ᵃ dicit ꝙ manifeſtū eſt ꝙ p̄ncipantē in Ciuitate opꝫ ſcire leges ⁊ ponere eas: nō opꝫ tn̄ ꝙ ſit dn̄s oīum: ex quo eni dn̄atur ſm̄ Legē nō oꝫ ꝙ in oībus dn̄etur: ſed opꝫ ꝙ dn̄etur in illis que nō pn̄t per Legem terminari uel ſimplr̄ uel nō bene: ⁊ tūc eſt dubitatio utrū in iſto caſu magis oporteat vnū p̄ncipari in iudicādo de ꝑticularibus de quibus non poteſt Lex bene determinare uel multos. Deinde cum dicit.

¶ Etenim nūc plures ſimul cognoſcūt de cauſis ⁊ deliberāt ⁊ iudicāt. Sunt aūt huiuſmodi iudicia de ſingularibꝰ ⁊ cū vnuſquiſqꝫ per ſe fortaſſe deficiat. Ciuitas aūt ex multitudine cōſtet: ut cōuiuium ad qȯ plures conferunt: melius eſt q̃ꝫ vno atqꝫ ſimplex menſa. Sic iudicia multorū ſepe meliora ſunt q̃ꝫ vniuſcuiuſqꝫ.

¶ Soluit ꝓbādo alterā ꝑtem. Et diuidiť in tres ſm̄ ꝙ ꝓbat ꝙ melius ſit in iſto caſu iudicare per plures per tres rōnes. Secunda ibi:⌊ Preterea ⁊c̄.⌋ Tertia ibi:⌊ Qȯ ſi ⁊c̄.⌋ In p̄ma dicit ꝙ quādo emergit caſus ꝑticularis qui nō pōt terminari per Legeꝫ tunc cōueniūt plures ⁊ diſceptāt de illo adinuicē ⁊ inqrunt per cōſilium de illo ⁊ poſt cōſiliū iudicāt ⁊ talia ſunt oīa iudicia de ꝑticularibꝰ de qbus Lex nō pōt terminare. Sic autē pn̄t facere plures ⁊ nō vnꝰ: qꝛ plures cōſiliantes ſemꝑ plura pn̄t videre q̃ꝫ vnꝰ. Ergo manifeſtum eſt ꝙ vnꝰ cōparatus ad plures deterior eſt in iudicādo ⁊ iudiciū eiꝰ cōparatū ad iudiciū pluriū deteriꝰ eſt: ſic̄ eni Ciuitas ex multis pulchrior eſt q̃ꝫ ex paucis: ⁊ iudiciū multoꝝ melius eſt q̃ꝫ vniꝰ: ſicut cena cōpoſita ex multis ferculis. i. ſicut cena in qua ſunt plura fercula pulchrior eſt q̃ꝫ cena ſimplex ubi nō eſt niſi vnū ferculuꝫ. Manifeſtū igiť ꝑꝑ hoc ꝙ meliꝰ ⁊ certiꝰ iudicabit multa turba ſiue pl̄es q̃ꝫ vnuſquiſqꝫ de turba: ⁊ breuiter rō Phi in hoc ꝯſiſtit. Per illū debet fieri iudiciū in caſu nō deteriatio per Legē qui certiꝰ pōt iudicare. Sꝫ in tali caſu melius ⁊ certius pn̄t iudicare plures: ergo in tali caſu debet fieri iudiciū per plures. Minorem huius rōnis declarat. Deinde cum dicit.

¶ Preterea multitudo minꝰ ſubiacet corruptioni: quēadmodū aque magna congeries: ſic etiaȝ plures q̃ȝ pauci incorruptibiliores ſunt. At cum vnus iudicat ſi ira uel alia huiuſmodi perturbatio vincat: neceſſariū eſt iudiciū corrumpi: Sed in multitudine difficile foret omnes iraſci atqȝ errare. Sic multitudo liberoruȝ hoīum qui nihil agāt preter Legeȝ: niſi in quibus Lex ipſa neceſſario deficiat.

¶ Ponit ſecūdam rationē ad idē. Et dicit ꝙ manifeſtū eſt ꝙ plures magis ſunt indifferētes reſpectu paſſionū turbantiū ⁊ peruertētiū iudicium rectuȝ q̃ȝ vnus ſiue pauci. Sicut aqua maior ⁊ amplior magis eſt idifferēs ut fluat ad multa loca q̃ȝ parua. Parua enim aqua cito fluit ad vnā ꝑtem: ⁊ iō vnꝰ pōt magis occupari paſſionibus q̃ȝ plures. Cum auteȝ vnꝰ fuerit occupatus ab aliqua alia paſſione: corrūpit᷑ iudicium. Ubi aūt ſunt plures difficile eſt corrūpi iudiciū ꝓpter impetus paſſionū: qꝛ ſi aliq̄ ſūt paſſionati cū rep̄ment᷑ paſſiōes eoꝝ: ꝑ rōnē aliorū ⁊ iō difficile erit eos peccare: ⁊ maxīe ſi ſit multitudo nō vilis: ſed ſit eoruȝ qui liberi ſunt ſm virtutē. Tales enim nihil agēt ꝑter legeȝ niſi ubi Lex deficit. Cōſiſtit autē rō Phi in hoc: per illū debet fieri iudiciū in tali caſu qui nō terminat᷑ per Legeȝ qui magis indifferens eſt reſpectu paſſionum: ſed plures ſunt magis indifferens reſpectu paſſionum q̃ȝ vnus: quare melius debet fieri iudicium per plures q̃ȝ per vnuȝ. Deinde cum dicit.

¶ Quod ſi hoc nō facile in pluribus ſi plures ſint boni viri ⁊ Ciues: Utrum incorruptior erit vnus in gubernando uel cuȝ erunt plures ⁊ boni omnes: uel patet ꝙ plures.

¶ Ponit tertiaȝ rōnem. Et primo ponit eam. Secūdo obijcit in ꝯtrarium: ibi ⌊ Enimuero ⁊c̄. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ ſi dicat᷑ ꝙ nō eſt facile ꝙ plẽs bene iudicēt in tali caſu ſi fuerint ꝗcūqȝ indifferenter. Si t̄n fuerint boni viri ⁊ ciues: adhuc querēdū eſt ſi ſic dicat᷑ utrū vnꝰ Princeps difficilius poſſit peruerti ⁊ corrūpi q̃ȝ plures nūo boni viri. Et manifeſtū eſt ꝙ plureſ boni viri difficiliꝰ ꝑuertent᷑ ⁊ corrūpent᷑ q̃ȝ vnꝰ bonꝰ: ⁊ per illū melius eſt fieri iudiciū qui difficilius pōt corrūpi ⁊ peruerti: ſed plures dfficilius pn̄t corrumpi ⁊ peruerti q̃ȝ vnus. quare melius eſt ꝙ fiat iudiciū per plures q̃ȝ per vnum. Deinde cū dicit.

¶ Enimuero plures inter ſe factionibus cōtendunt. Unus autem nō ꝯtendit: ſed aduerſus hoc forſan ponendū eſt ꝙ ſtudioſi viri ſunt omnes ut ille vnus.

¶ Obijcit in ꝯ̃riū. Et dic̄ ꝙ aliq̄s dicet ꝙ meliꝰ eſt ꝙ fiat iudiciuȝ per vnū q̃ȝ per plẽs: qꝛ plẽs faciēt diſſenſiōes adinuicē. Unus aūt ſibi non pōt diſſentire. Quare meliꝰ eſt fieri iudiciū per vnū q̃ȝ per plures. Et ſoluit hoc dicēs ꝙ contra hoc dicendum eſt ꝙ iſti plures ſtudioſi ſunt ſicut ille vnus. Et manifeſtum eſt ꝙ ſtudioſos non eſt poſſibile adinuicem diſſentire ſm ꝙ huiuſmodi. Deinde cum dicit.

¶ Si ergo plurium gubernatio bonorum aut virorum oīum optimantiū dicit᷑. Unius autē Regnum optabilius eſſet Ciuitatibus ab optimis gubernari q̃ȝ a rege. Et cum poteſtate ⁊ ſine poteſtate mō reperiri queāt plures: ſimiliter.

¶ Infert duo Correlaria ⁊ habet duas ꝑtes ſm ꝙ duo īfert. Secūda: ibi ⌊ Et ob ⁊c̄. ⌋ In p̄ma concludit preeminentiam ſtatus optimatum ad Regnum. Et dicit ꝙ ſi ita ſit ut declaratū eſt ꝙ melius ſit plures bonos iudicare q̃ȝ vnum. Et illa Politia in qua p̄ncipantur plures ſapientes ſit ſtatus optimatū: illa in qua vnus ſolus ſapiens ſit Regnum: manifeſtum eſt ꝙ ſtatuſ optimatū melior eſt q̃ȝ Regnum dato ꝙ utranqȝ potentiā hēat uel nō hēat adhuc eſt melior ſtatꝰ optimatū q̃ȝ Regnū. Deinde cū dicit.

¶ Et ob hoc forſan Rex ab initio repertꝰ eſt ꝙ difficile erat viros plures excellenti ꝟtute repiri: preſertim cū tūc Ciuitates parue forēt. Preterea ob bn̄ficia accepta regeſ creauere: qđ opꝰ eſt bonoꝝ viroꝝ.

¶ Ponit 2^{m} correlarium: ⁊ eſt de ordine introductiōis politiarum. Et diuidit᷑ in parteſ ꝗnque. Primo enim concludit qualiter Monarchia Regalis p̄mo fuit introducta. Scđo qualiter ſtatus optimatum: ibi ⌊ Sed cū poſtea. ⌋ Tertio q̄liter paucorū potentia: ibi ⌊ Cuȝ ꝟo ⁊c̄. ⌋ Quarto qualiter Tyrānis: ibi ⌊ Ex his ⁊c̄. ⌋ Quinto qualiter ſtatꝰ popularis: ibi ⌊ Tyrānis ⁊c̄. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ ꝓpter hoc ꝙ melius eſt Ciuitateȝ regi ⁊ iudicia dari per plures q̃ȝ vnuȝ. Ciuitates p̄mo regebant᷑ vno rege: qꝛ in Principatu faciliuſ fuit inuenire vnuȝ ſapientē q̃ȝ plures: ⁊ iō primo Principatus Regalis fuit cōceſſus vni. Iteruȝ in principio Ciuitates parue fuerūt: ⁊ iō ſufficiebat vnus ad regendū. Iteruȝ p̄fecerunt ſibi aliquē in Regem ꝓpter bn̄ficium eis ab illo collatū: uel qꝛ pugnauit contra inimicos pro illis uel inuenit artem aliquā eis neceſſariam: hoc auteȝ eſt opus boni viri: ⁊ iō talē tanqȝ bonū ⁊ virtuoſum fecerūt ſibi Regem. Deinde cum dicit.

¶ Sed cum poſtea contingeret ut plures pari virtute reperirentur: nō amplius tollerarunt Regem: Sed cōmune quiddaȝ querentes Reſp. conſtituere.

¶ Declarat qualiter poſtmodū itroductus fuit ſtatꝰ optimatum. Et dicit ꝙ poſtmodū accidit ꝙ plures exercitabant ſe in operibꝰ virtutū: qꝛ plures facti ſunt virtuoſi: ſimiliter ⁊ tunc querebāt p̄ncipatum pluriū ſimilium in virtute nec ſuſtinuerūt principatum Regalem inſtituentes Principatū equalium in virtute: iſte autem eſt ſtatus optimatū: poſt igitur Regnum uenit ſtatus optimatū. Deinde cū dicit.

¶ Cum ꝟo deterioreſ facti lucruȝ ſibi quererēt ex gubernatione Rerump. paucoꝝ hinc potentiā exortā fuiſſe credendū eſt. Honorabāt enim diuitias.

¶ Declarat qualiter poſt uenit ſtatus paucorum. Et dicit ꝙ poſtmodum contingit ꝙ iſti principantes facti ſunt diuites de bonis communibus ⁊ iclinabant᷑ ad uoluptates deficientes a rōne ⁊ p̄ncipabant᷑ ꝓpter diuitias. Et ſic cōuerſus fuit ſtatus optimatum in ſtatū paucoꝝ. Fecerūt enim diuitias honorabiles ⁊ debere p̄ncipari ꝓpter ipas. Deinde cū dicit.

¶ Ex his ꝟo in tyrānides tranſiere.

¶ Declarat de tyrānide. Et dicit ꝙ poſtmodum contingit ꝙ vnus factus fuit ditior alijs ⁊ potentior in amicis ſubiugauit alios: ⁊ ſic cōuertit ſtatum paucorum in Tyrannidem principans propter commodum ſuū. Deinde cum dicit.

¶ Ex tyrānis rurſus ad plebem: ſemꝑ eni ad pauciores redigentes: Propter queſtus cupiditatem multitudinē corroborauerunt: ut tandē inſurgens multitudo ad popularem ſtatū Ciuitates redegerit. Factis nēpe maioribus Ciuitatibus non facile eſt aliam q̄ popularem gubernādi ſpeciem remanere.

¶ Declarat qualiter ītroductus fuit ſtatus multorum. Et dicit ꝙ poſt tyrānidē factus fuit ſtatus multorum cum eniꝫ tyrannus opprimeret diuites ꝓpter turpe lucrum ciues ducētes politiā ad pauciores extorſiones fugientes turpe lucrū Tyrāni īduxerunt multitudinē fortiorem fecerunt eam ut inſurgerent cōtra tyrānuꝫ: ⁊ contigit ꝙ populus inſurrexit ⁊ expulſus eſt tyrannus ⁊ remanſit poteſtas penes populū: ⁊ tūc fuit Politia popularis. Et hec eſt cā q̄re in pluribus Ciuitatibus dn̄atur populus: qꝛ ppl̄us multus eſt ⁊ ideo ptātē habet. Veruntn̄ ubi populus dn̄atur aliquid accipitur ab alijs Politijs. Faciunt eni aliquos Capitaneos ⁊ vnuꝫ ſupra illos. Ulterius dicit ꝙ qꝛ cōtingit fieri maiores Ciuitates fortaſſis nō cōtingit defacili fieri aliā Politiā p̄ter popularem. Ex dictis aūt apparet ſolutio obiectionis p̄us facte ad ꝓbandum ꝙ vnus deberet iudicare q̄uis habeat paſſiones ſibi naturaliter cōiunctas: qꝛ conſiliabit de ſingularibus: ⁊ ſic recte iudicabit. Eſt enim dicendum ꝙ melius poterant conſiliari plures q̄ vnus: ⁊ ſic melius iudicare: quare adhuc melius eſt Ciuitatem regi per plures q̄ per vnum. Deinde cum dicit.

¶ Sin autē quis ponat optimū eſſe Ciuitatibꝰ a Rege gubernari quomodo fiet in filijs: utrū per genus erit ſucceſſio? At ſi qualeſcunqꝫ pernitioſum eſt: ſed nō relinquet Regnū huiuſmodi natis Rex: cū id in ſua ſit ptāte: at nō facile iā eſt in hoc fidem habere. Arduum eni ac maioris virtutis q̄ ſm̄ humanam naturam.

¶ Inducit alias dubitatiōes. Et diuidit in duas ſm̄ ꝙ ponit duas. Secūda ibi [Queſtio eſt ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ ſi quis dicat ꝙ optimū eſt Ciuitateꝫ regi ab vno dubitatio erit de illo qualiter ſit aſſumendus: utrum per electionē uel per generis ſucceſſioneꝫ. ⁊ ꝙ nō debeat aſſumi per generis ſucceſſioneꝫ oſtendit: Quia dubium eſt de filijs ſuccedētibus quales futuri ſint: ⁊ poteſt ꝯtingere ꝙ malus ſit filius. ſi ergo aſſumať ille vnꝰ per generis ſucceſſionem continget aſſumi malum ad Principatū: hoc aūt eſt īconueniens: ergo nō eſt aſſumendus per ſucceſſionem. Sed qꝛ forte aliquis diceret ꝙ pater bonus exiſtens vidēs malum filiū non tradet filio Regnuꝫ: ſed alij. Ipſe iſtud remouet ⁊ dicit ꝙ iſtud difficile eſt credere patri. ſ. dimittere filiū ⁊ tradere alij Principatū. Hoc enim eſt ſupra cōmuneꝫ facultatem hominum. Oportet enim ꝙ dimittat Principatuꝫ magis dilecto. Et magis dilectus ſm̄ nām eſt ꝓpinquior ſm̄ naturam: filius autem ſicut alter pater: Et ideo ſicut pater plus diligit ſe q̄ quēcunqꝫ alium: ſic poſt ſe naturaliter plus diligit naturalem filium q̄ quēlibet alium: quare citius dimittet ſibi Regnum q̄ alicui alij. Et eſt ītelligendum ꝙ per ſe ſemper melius eſt aſſumi Regem per electioneꝫ q̄ per ſucceſſionem: Sed per ſucceſſionem melius per accidēs primum: patet ſic. Melius eſt aſſumi Principantem illo mō quo per ſe contingit ipſum accipi meliorem: ſed per electionem cōtingit aſſumi meliorem q̄ per ſucceſſionem generis: quia melior ut in pluribꝰ inuenitur in tota multitudine q̄ ſit vnus. Et electio per ſe eſt appetitus ratione determinatus. tamē per accidens eſt melius aſſumere per generis ſucceſſionem: quia in electione contigit eſſe diſſentionem īter eligentes. Iterum quādoqꝫ eligentes mali ſunt: ⁊ ideo cōtingit ꝙ eligant maluꝫ. Utrunqꝫ autem iſtorum malū eſt in Ciuitate. Iterum conſuetudo dominandi multum facit ad hoc ꝙ aliqs ſubijciať alteri. Et ideo regnante patre aſſueſcunt filij ſubijci: ideo īclinať ad hoc ut ſubijciatur ei. Iteruꝫ ualde durum ⁊ extraneum eſt ꝙ ille qui eſt hodie equalis alicui cras domineť ⁊ ſit Princeps illi. Et iō per accidēs melius eſt Principantē aſſumi per ſucceſſioneꝫ generis q̄ per electionē. Deinde cū dicit.

¶ Queſtio eſt ēt utrū hēre debeat qui regnaturus eſt circa ſe potentiā quandam qua poſſit cōpellere nō parētes: uel quomodo gubernationē exercebit. Si enim habeat ptāteꝫ a Legibus cōceſſam ⁊ nihil ex uolūtate ſua faciat p̄ter Leges: tn̄ necīa erit ſibi potētia per quā Leges tueri queat.

¶ Mouet ſcd̄am dubitationem. Et diuiditur in duas partes. In p̄ma mouet dubitationē. In ſcd̄a ſoluit: ibi [Forſan quidē ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ de potētia Principantis in Monarchia Regali eſt dubitatio utrum oporteat ipm̄ habere potentiā per quā poſſit cogere ⁊ punire rebelles nolentes obedire ſibi: uel qualiter opꝫ Principatū regere ⁊ diſpenſare ⁊ ꝙ oporteat ipm̄ habere potentiā ad puniendū rebelles apparet: qꝛ videmus ꝙ p̄ncipās ſm̄ legē nihil agens ſm̄ uolūtateꝫ ultra Legē opꝫ ꝙ hēat potētiā per quā puniat nolentes obedire Legi uel cōmittētes contra Legē: q̄re ſilr̄ opꝫ Principantē ſm̄ ſuam uoluntatē qualis eſt in monarchia Regali habere potentiā ad puniēdū nolētes obedire ſibi. Deinde cū dicit.

¶ Forſan quidē de huiuſmodi Rege non difficile eſt determiare. Nā opꝫ ipſum vires hēre: ſed tales ut vnoquoqꝫ ſeparatim: ⁊ ſimul pluribus potentior ſit: populo tn̄ ſit īpotētior ut antiq ſolebāt cuſtodiam Ciuitatis tradere: ⁊ qn̄ aliquem p̄ficiebāt quē Eſinetē uocitabant uel Tyrānum: ⁊ Dionyſio ſic poſtulanti circa ſe habere aliquos cuſtodie cauſa cōſuluit q̄dam Syracuſanis tot eſſe dandos.

¶ Soluit iſtā dubitationē. Et dicit ꝙ forte ſoluere dubitationē circa Regē nō eſt difficile. Manifeſtū eſt eniꝫ ꝙ opꝫ ipm̄ hēre potētiā ⁊ maiorē potētiā q̄ ſit potētia vniꝰ. Quia ſi nō hēret maiorē non poſſet illū uel illos punire ſi nollent ei obedire. Iterū ⁊ maiorē oꝫ ipm̄ hēre potētiā q̄ pluriū ſil' aliter nō poſſet illos punire: minorem tamen q̄ ſit potentia totius Ciuitatis reſpectu multitudinis: qꝛ ſi hēret maiorem potētiā q̄ Ciuitas opprimeret eam ⁊ cōuerteret Principatum in Tyrannidem ſicut fecerunt q̄dam antiqui quando p̄fecerunt quendam in Regem queꝫ dicebant Eſinetem uel Tyrānum dederunt ſibi cuſtodias maioris potētie q̄ vnius uel plurium inſimul: minores tamen q̄ Ciuitatis totius. Similiter cum q̄dam alius Dionyſius peteret cuſtodiaꝫ a Siracuſanis: conſuluit q̄dā illis ꝙ darent tot cuſtodias que non excederent potentiam Ciuitatis uel multitudinis ne opprimeret eam. maiorem tñ cuſtodiā ꝗ vnius uel plurium inſimul. Sic igitur manifeſtum eſt ꝙ Pꝛincipantē ẜm Legē opoꝛtet habere potētiam ad puniēdum rebelles.

u Erum de eo rege qui cuncta ex uoluntate ſua gerit conſideratio nūc eſt facienda. Nam ille qui ẜm Leges dicitur Rex: nō facit ut diximus Regie gubernationis ſpeciem: quia in cunctis Rebuſp. cadere pōt ut ſit q̄dam ducendo exercitui quotiens Ciuitas bellū gerit perpetuo pꝛefectus: puta in populari ſtatu ⁊ optimatiū gubernatione: pluresqꝫ auctoritatem vni committunt belli gerendi. Eſt autem talis quedam deputatio apud Dyrachium ⁊ apud Sipontinos: licet apud Sipontinos paulo cōſtrictioꝛ.

¶ Poſtꝗ Philoſophus inquiſiuit utrum magis expediat Ciuitatē regi optimis Legibus: an optimo viro. In parte iſta inquirit utrū magis expediat ipam regi vno viro optimo an pluribus. Et diuidit in partes duas. In p̄ma dat intentionem ſuam ⁊ cauſam intentionis. In ſcd̄a ꝓſequitur: ibi⌊ Sed Regia ⁊c.⌋ In prima dicit ꝙ poſt p̄dicta reſtat dicendum de Rege ſimpliciter qui in omnibus ẜm ſuam uoluntatē agit ⁊ regit ⁊ non ẜm ꝙ mouetur ab alio: ⁊ de iſto facienda eſt conſideratio. Et cauſa huius eſt: quia ille qui p̄ncipatur ẜm Legem non eſt Rex ſimplr: nec Pꝛincipatꝰ ſuus eſt ſpecies Regni: ſicut dictum fuit ſuperius. Et ꝙ non ſit ſpecies Regni apparet: quia ille Pꝛincipatus qui eſt Ducatus exercitus reperitur in oībus Politijs: ſicut in ſtatu multorum ⁊ Optimatum. In iſtis enim faciunt vnum dominum ad regendum ⁊ diſpenſandum: ⁊ multi alij vnū faciūt Ducem: Nō ergo iſte Ducatus eſt ſpecies Regni. Talis autem fuit Pꝛincipatus qui fuit circa Dyrachium ⁊ Sipontū: licet apd̄ Sipontinos ſit paulo conſtrictioꝛ minore exiſtēte ꝗ prima. Deinde cum dicit.

¶ Sed regia illa poteſtas pleniſſima per quā Rex omnia ex uolūtate ſua gubernat. Uidetur quibuſdam nō eſſe ẜm naturam ut vnus oīum dn̄s ſit Ciuiū: cum ex ſimilibus Ciuitas cōſtet.

¶ Pꝛoſeqtur: Et diuidit in parteſ tres. In p̄ma ꝓponit dubitationē. Secūdo arguit ad ipam: ibi⌊ Nā ſīlibus ⁊c.⌋ Tertio declarat ueritatem: ibi⌊ Sed hec foꝛſan ⁊c.⌋ In p̄ma reſumens itentionem ſuam. Dicit ꝙ de Regno ſimpliciter in quo aliquiſ dominatur omnibꝰ ẜm ſuam uoluntatem non ẜm Legem: Eſt nunc dicendum ꝙ quibuſdā apparet ꝙ nō eſt ẜm naturam: nec ex iclinatione naturali conſonum rationi ꝙ vnus ſit dominus oīum ẜm uoluntatem ubi ciuitas conſtet ex ſimilibus ẜm virtutem. i. ẜm diſpoſitionem naturalem. Deinde cum dicit.

¶ Nam ſimilibus natura idem ius eſſe neceſſarium eſt: ⁊ eādeꝫ dignitatem ẜm naturam. Quare ut pareꝫ habere impares alimoniam: aut ueſtem nociuum eſt coꝛporibus: ita ⁊ in honoribus res ſe hn̄t: ſimiliter ergo ⁊ inequale eq̄alibus.

¶ Arguit ad queſtionē ⁊ oſtēdit ꝙ non eſt naturale vnū dominari pluribus ſimilibꝰ illi ẜm virtuē ⁊ diſpoſitionem naturaleꝫ. Et diuiditur in partes quatuoꝛ ẜm ꝙ adducit quatuoꝛ rationes ad ꝓbationē huius. Secunda ibi⌊ Atqui ⁊c.⌋ Tertia ibi⌊ Inſup ⁊c.⌋ Quarta ibi⌊ Foꝛſan vō ⁊c.⌋ Pꝛima in duas. Pꝛimo ponit rationē illam. Secundo infert ex dictis ꝙ melius eſt Ciuitateꝫ regi Lege ꝗ viro: ibi⌊ ex quo ⁊c.⌋ In p̄ma dicit ꝙ ſimilibuſ ẜm diſpoſitionē naturalē ⁊ ẜm virtutem idē eſt iuſtum ⁊ eadem virtus. Dicimus eniꝫ ꝙ iuſtum eſt equale: ergo quoꝝ eadē virtus ⁊ diſpoſitio naturalis: idem eſt iuſtum ⁊ dignitas: quia dignitas attēditur ẜm virtutē ⁊ quorū non eſt eadem virtus nec dignitas eadem nec iuſtū ideꝫ. Si igitur ponamus ꝙ aliqui ſint ſimiles in virtute eorum erit eadem dignitas ⁊ iuſtuꝫ. Quare non expedit aliquē vnū dn̄ari ẜm uoluntatē iſtis: qꝛ non ineſſet eis eadē dignitas. Et ſicut videmus in de nālibus ꝙ nō expedit ineq̄les hēre par alimētum aut eandem ueſtē: quia qđ ꝓficuum eſt vni nociuū eſt alij. Sunt enim aliqui calidi aliqui frigidi. Et manifeſtuꝫ eſt ꝙ iſti indigent diuerſis alimētis: eodē modo eſt circa honores. Si enim inequales ẜm virtuteꝫ equale recipiant: iniuſtuꝫ eſt: ⁊ ſi equales inequale: ſimiliter iniuſtuꝫ. Si autē aliquī ſint ſimiles in virtute ⁊ diſpoſitione naturali ⁊ vnus p̄ncipetur ẜm ſuā uoluntatē alijs manifeſtuꝫ eſt ꝙ equales inequale recipiunt: hoc ergo eſt inequale ⁊ iniuſtuꝫ: quare manifeſtū eſt ꝙ nō expedit vnū dn̄ari ẜm v̊tutē eq̄libꝰ ⁊ diſpōne naturali. Deinde cū dicit.

¶ Ex quo nō magis pꝛeeſſe ꝗ ſubeſſe iuſtum eſt: ⁊ per viciſſitudinem eodem mō. Et hec iam Lex: nā inſtitutio Lex eſt. Meliꝰ eſt igit̄ ut Lex dn̄et ꝗ aliq̄s ciuium.

¶ Infert ex dictis ꝙ melius eſt optimam Legem p̄ncipari ꝗ optimum virū. Et p̄mo facit hoc. Scd̄o adducit rōnem ad ꝓbationem huius: ibi⌊ Quecūqꝫ ⁊c.⌋ Pꝛima in duas. In p̄ma facit qđ dictū eſt. In ſcd̄a ex eodē ifert ꝙ meliꝰ eſt legem p̄ncipari ꝗ plꝛes optimos: ibi⌊ Eadēqꝫ ⁊c.⌋ In p̄ma dicit ſicut dictuꝫ eſt iuſtum eſt equaleſ ẜm v̊tutem ⁊ diſpoſitionē naturalē habere equale: ꝓpter qđ manifeſtū eſt ꝙ ſi ſint plures eq̄les uł ſīles ẜm v̊tutē ⁊ diſpōnē nālem ꝙ vnꝰ nō eſt magis natus p̄ncipari uel ſubijci ꝗ alius. Et iō vnus nō debet magis p̄ncipari ꝗ alius: ⁊ qꝛ neceſſe aliquem p̄ncipari, iuſtū eſt ꝙ viciſſim ⁊ ẜm quendā oꝛdinē p̄ncipent̄ ⁊ eodē mō. Pꝛincipari aūt eos ẜm oꝛdinē ⁊ viciſſim lex quedā eſt. Eſt eni lex oꝛdo q̄dam: q̄re manifeſtuꝫ eſt ꝙ melius eſt ⁊ eligibilius legem p̄ncipari ꝗ vnū aliqueꝫ ciuem. Deinde cum dicit.

¶ Eadēqꝫ iſta ratione ſi quoſ pꝛeeſſe opoꝛtet: ita ſunt pꝛeficiendi ut cuſtodes legum atqꝫ miniſtri neceſſe eſt eſſe aliquos magiſtratꝰ cum p̄tāte: ſed non vnuꝫ hunc eſſe debere aiunt in ciuiū paritate.

¶ Ex eodē ifert ꝙ meliꝰ eſt legē p̄ncipari ꝗ plures: paucos tñ. Et dicit ꝙ ẜm eandē rōnem ſi melius eſt pluꝛeſ p̄ncipari ꝗ vnū illos tñ melius eſt p̄ncipari ẜm legem ꝗ ẜm uolūtates ꝓpꝛias ⁊ iuſtū ad ſeruandū legē ⁊ miniſtros eē legis. Sicut eni dictuꝫ eſt p̄us ꝙ eq̄libus ẜm v̊tuteꝫ debet̄ eq̄lis honoꝛ ⁊ dignitas. Ergo ſi Ciuitas ſit ex eq̄libus ẜm v̊tutē eq̄lis honoꝛ debet̄ illis. Ergo nō expedit aliquos ex illis ſemp p̄ncipari. Sed neceſſariū eſt eſſe diuerſos p̄ncipatꝰ: ita ut iſti mō p̄ncipent̄ alij alias ẜm quēdā oꝛdinē. Quare opꝫ eos p̄ncipari ſm quendam ordinem. ſed hoc eſt lex quedam: quare manifeſtum eſt ꝙ plures ſm legem principari q̃ꝫ ſm proprias uoluntates: ſi plures ſit melius principari q̃ꝫ vnum. Deinde cum dicit.

¶ Quecũqꝫ tamẽ videtur per legeꝫ q̄dem terminari non poſſe: per hominem ṽo cognoſci poſſe: prudẽter cauẽs lex adiungit. Cetera iuſtiſſima intentione iudicari debere per eos qui iudicijs p̃ſunt. Ac inſuper emẽdare ꝑmittit: quod videant conantibuꝫ ut melius diſponatur q̃ꝫ ſicut iacet.

¶ Adducit rõnem ad ꝓbandum ꝙ melius ſit legem p̃ncipari uel hoiem ſm legem q̃ꝫ viruꝫ bonum ſm ꝓpriã uoluntatem. Et diuidit in duas. In prima facit qḋ dictum eſt. In ſcḋa ſoluit rõnem adiunctã prius per ſile ad ꝓbandum ꝙ melius ſit hoiem p̃ncipari q̃ꝫ legẽ: ibi [Videt autem ⁊c̃.] Adhuc prima in duas. Primo oñdit de qbuꝫ fertur lex ⁊ que oꝫ dimittere p̃ncipi. Secundo ponit rõnem ad ꝓbandum ꝙ melius eſt legem p̃ncipari q̃ꝫ hoiem: ibi [Qui igitur ⁊c̃.] In p̃ma dicit ꝙ illa quecunqꝫ non p̃nt terminari per legem nec nõ ſm ſe põt facere nota ⁊ manifeſta niſi per prudentiam ⁊ multam ⁊ longam experẽtiam: lex ṽo de ꝑticularibꝰ nihil ordinat ſm ſe ſed tñ in vniuerſali. Eſt enim enũciatio vniuerſalis. Et iõ dictũ eſt ip̃aꝫ deficẽ in aliquo ꝑticulari ⁊ talia dimitti principi que opꝫ ipm diſponere ⁊ iudicare ſm rectam ſñiam. Iterũ ſi aliqḋ inueniat ſm rõnẽ melius q̃ꝫ lex poſita determinet: iſtud dimittẽdum eſt Principi ut ipſe ordinet pro lege: ita ꝙ duo dimittunt Principi vnũ eſt iudicare ⁊ diſponere recte ꝑticularia per legem ubi poſſibile eſt hoc fieri per legem. Scḋm eſt ꝙ ubi lex ſcripta deficit in aliquo caſu ꝑticulari dirigat: ⁊ hoc eſt per ṽtutem ipſius propriam. Vel ſi Lex poſita non ſit bene ordinata ſm rõnem dimittit Principi ut illa dimiſſa inueniat meliorem uel per ſe uel de conſenſu multitudinis: ⁊ ordinet per legem. Deinde cum dicit.

¶ Qui igitur legẽ preeſſe iubent vident iubere deum preeſſe ⁊ leges. Qui aũt hoieꝫ iubet preeſſe adiũgit ⁊ beſtiam ſeuã. libido quippe talis eſt: atqꝫ obliquos agit etiã viros optimos qui ſũt in poteſtate: ex quo mẽs abſqꝫ appetitu lex eſt.

¶ Adducit rõnem ad ꝓbandũ ꝙ melius eſt legem p̃ncipari q̃ꝫ optimũ virũ ſm ꝓpriam uolũtatem. Et eſt intelligẽdum ꝙ vnũqḋqꝫ maxime dicit illud uel ſm illḋ qḋ eſt p̃ncipale in eo: ſicut dicit 4° Ethicoꝝ. Principale ṽo in hoie eſt itellectus. Et iõ maxime hõ dicit itellectus uel ſm itellectum. ⁊ tũc dicit hõ maxime operare cum operat ſm itellectum. Cõtingit aũt ꝙ hõ aliqñ oꝑatur ſm itellectum ita ꝙ non impedit a ſenſu oino nec ſenſu utit: nec q̃ꝫtũ ſibi neceſſarius eſt: ⁊ tunc dicit hõ ſimplr oꝑari qr oꝑatur. ſm id qḋ ſimplicius eſt in eo: Sed qr indiget ſenſu: cõtingit aliqñ oꝑationi itellectus cõiungi appetitum ſenſitiuũ: ⁊ tunc dicit hõ cõpoſitus. ⁊ cum homo operatur ſm itellectum nec impeditur a ſenſu: tunc operatur maxime ſm itellectum ⁊ rõnem ⁊ ſm diuinum aliquid inexiſtens. tum qr intellectus diuinum aliquid in eo eſt. tum quia oꝑatur ſupra cõem modum hominum. Dicit igitur ꝙ ille qui p̃cipit itellectui p̃ncipari uel hoiem ſm itellectũ: ita ꝙ nõ coniungat appetitus ſenſitiuꝰ aliqualiter retrahẽs: p̃cipit uelut deum: hoc eſt hoiem ſm aliquid diuinum principari ⁊ legem. qui autem vult hoiem principari a comitante appetitu ſenſitiuo apponit beſtiã: ideſt apponit aliquid per qḋ aſſimilat homo beſtijs: ſcilicet appetitum ſenſitiuũ. Sed meliuꝫ eſt principari aliquid diuinum q̃ꝫ coniunctum beſtie: qr ſi principet homo ſm itellectum cum appetitu ſenſitiuo: cuꝫ in appetitu ſint paſſiones ꝑuertentes ipm: ⁊ per conſequens iudiciuꝫ rationis. Continget tandem ꝙ principans exiſtens in paſſione cõcupiſcentie ⁊ furoris qḋ bonos viros ⁊ virtuoſos iterficiet. hoc autem eſt iconueniens. quare melius eſt hominem per itellectuꝫ abſolute principari q̃ꝫ per itellectũ cõiunctum appetitui ſenſitiuo. Cum igit lex ſit ſine paſſione ⁊ ſit ſm rõnem relinquit ipſam eſſe itellectum ſine appetitu ſenſitiuo. quare melius eſt legem p̃ncipari q̃ꝫ hoiem. Deinde cũ dicit.

¶ Videtur aũt de artibus falſum eſſe exẽpluꝫ ꝙ ſm litteras medicari uanum eſſet meliuſqꝫ fore ſi poſſidẽtibꝰ arteꝫ utamur: nam illi q̄dem nihil cõtra rõneꝫ per amicitiam agunt: niſi ꝙ recuſant mercedem accipe cum ſanos fecerit: ac in Magiſtratibus multa per affectionem ⁊ gratiaꝫ cõſueuerunt delinquere cum ſi de fide medici timeretur ac ſuſpitio foret ne ſuſcepto ab inimicis precio necare uelit: tunc ex litteris curam magis optaremus.

¶ Diſſoluit rationem que p̃us adducebatur ex ſimili in artibus operatiuis ad ꝓbandum ꝙ melius ſit hoiem principari q̃ꝫ legem: ⁊ p̃mo per interemptionem aſſumpti. Secundo iterimendo ſimilitudinẽ: ibi [Preterea ualidiores ⁊c̃.] Prima in duas ſꝫ ꝙ dupliciter ꝓbat ꝙ non eſt uerũ qḋ aſſumebatur. Secunda ibi [Atqui ⁊c̃.] In prima dicit ꝙ illud quod aſſumebat prius ex ſimili in artibus non videt eſſe uerum ſed falſum. Aſſumebatur enim ꝙ non eſt bonum operari per artem: imo prauũ ſit. nec in politicis eſt bonum p̃ncipari per legem: iſtud autem non eſt uerum: inimo melius eſt ꝙ habentes artem operentur per eam q̃ꝫ alio aliquo modo. Et ratio huius eſt quia operantes per artem ſm ꝙ huiuſmodi non habẽt paſſiones nec affectiones ſibi cõiunctas. ⁊ ideo ꝓpter amicitiã nihil operãtur p̃ter rationem: ex quo operantur per artem. Operantes eniꝫ per artem curãt egrotos mercedeꝫ recuſantes per gratiam ſolum: Sed qui operantur per prudentiã ꝓpriaꝫ poſſunt hẽre paſſiones cõiunctas ꝑuertentes appetitũ ſenſitiuũ ⁊ per conſequens iudicium rõnis: ⁊ multas faciunt ſequentes paſſiones dimittentes rõnem: Sicut p̃ncipantes in politicis per paſſiones ⁊ affectiões multa faciunt per gratiam dimittentes rationem rectam: Et propter hoc quando amici egroti alicuius ſuſpicantur ꝙ medici uolunt illum interficere propter lucrum quod recipiunt ab aliquo: tunc nolunt ꝙ operentur circa egrotum: nec curent eum ſm induſtriam propriam: ſed uolunt ꝙ operentur per artem. Quare manifeſtuꝫ eſt ꝙ melius eſt operari per artẽ q̃ꝫ per iduſtriã ꝓpriã. Nõ igit prauũ eſt operari per arteꝫ quẽadmodũ accipiebat p̃us. Deinde cũ dicit.

¶ Atqui egrotãtes medici alios ad ſe medicos uocant: ⁊ magiſtri Paleſtre alios magiſtros: quaſi nequeant ueruꝫ diſcernere qui de ſe ꝓprijs iudicant ⁊ in affectu cõſtituti ſunt. Quare manifeſtuꝫ eſt quod iuſtũ querẽtes mediũ querũt: lex eni mediũ.

¶ Declarat ſcḋo aſſumptũ eſſe falſuꝫ ⁊ dicit ꝙ meliꝰ eſt operari per illud per qđ certiꝰ operari pōt eſt ⁊ rectiꝰ: ſed per artem certius ⁊ rectius poteſt operari q̃ per rationem: quia operantem per rōnem contingit hēre paſſiones peruertentes iudicium. ⁊ ꝓpter hoc medici egrotātes ad ſeipſos uocāt ſanādos alios medicos: ꝓpter hoc ſcilicet ꝙ ſūt in paſſiōe: q̃uis hēant hītum artis ⁊ turbati a paſſione non pn̄t recte iudicare. Siliter illi qui ſunt magiſtri paleſtre cuz ſe exercent uocāt alios magiſtros ut videant ſi bn̄ operenť: tanq̃ nō potentes recte iudicare de ꝓprijs: qui ut in pluribus nō bn̄ iudicāt nec uere de eis. Quare manifeſtū eſt ꝙ per paſſiones turbať iudiciū rōnis. Operās aūt per artez paſſiones nō hēt ſm ꝙ hꝰ. q̄re certius ⁊ melius pōt iudicare q̃ per rōnem. ⁊ tunc infert quandaz ꝯclōnem que ſeqtur non ex imediate dictis ſed ex p̄us dictis: ⁊ ſequiť ſic: Dictum eſt ꝙ nō eſt iuſtuz virū p̄ncipari aliqbus ſilibus ⁊ eq̄libus ſm v̄tutē ⁊ nālem diſpōnē. ſed iuſtum eſt eos viciſſim ⁊ ſm ordinez p̄ncipari ⁊ hoc eſt p̄ncipari ſm legem. ergo iuſtū eſt p̄ncipari ſm legem ⁊ operari. Ergo cum lex ſit mediū palam eſt ꝙ querētes iuſtum querūt mediū. Deinde cum dicit.

¶ Preterea ualidiores: ⁊ de ualidioribus rebus leges ſunt ille que ex moribus ꝓueniunt q̃ que ex litteris. Quare ſi minꝰ fallitur hō q̃ hi qui ſm litteras: non tn̄ q̃ hi qui ſm cōſuetudinem.

¶ Soluit rōnem per iterpretationem ſilitudinis: ⁊ dicit ꝙ rō adhuc in alio deficit: nō enim eſt ſimile in artibus ⁊ in politijs: ⁊ hoc apparet: qꝛ leges politiaruz que cōfirmate ſunt per conſuetudinem: qꝛ hoīes ſm illā viuere aſſueti ſunt: ſunt p̄ncipaliores ⁊ de p̄ncipaliorībꝰ q̃ leges opatiuarum artium: qꝛ leges politiarum ſunt de agibilibus in ordine ad finem politie ⁊ de his per que ꝑficiť aīa. ſed leges artis ſiue ea que ſunt ſꝫ artem ſunt de his per que corpus ꝑficiť: ſicut medicina. Sicut ergo aīa eſt melior q̃ corpus ⁊ p̄ncipalior: ſic leges que ſunt de his per que ꝑficitur aīa p̄ncipaliores ⁊ meliores ſunt q̃ ille que ſunt de diſpōnibus ⁊ de cōferētibꝰ ad corpus. Quare manifeſtum eſt ꝙ quāuis hō ſm artem iudicet ſecure ⁊ cum certitudine tn̄ certius per leges que ſunt ſm ꝯſuetudinem nō ſꝫ artem cū iſte ſint p̄ncipaliores. Deinde cum dicit.

¶ Atqui nec facile eſt vnuz diſcernere: opꝰ erit ergo ut pl̃es ſint ſub eo iudicantes: ita q̃ qđ refert hoc ſtatim ab initio ꝓuidē uel expectare ut ip̄e vnus alijs iſta cōmittat.

¶ Ponit ſecūdam rōnem ad p̄ncipale: ſcilicet ad ꝓbandum ꝙ nō eſt nāle vnū dn̄ari pluribus ſimilibꝰ ſm virtutem: ⁊ dicit ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ non expedit vnū p̄ncipari ſilibus ſm v̄tutem: ſed magis plures: qꝛ p̄ncipantem opꝫ ad multa inſpicere: ſed vnus non pōt bn̄ iſpicere. Quare manifeſtū eſt ꝙ opꝫ ꝙ ſint alij multi principātes ſub ip̄o. Ergo ſi a p̄ncipio fuiſſent multi principātes nō videreť in aliquo differre: ſed melius fuiſſet ordinatum ꝙ ſint multi ſub ip̄o. Si ergo vnus nō pōt p̄ncipari niſi habeat ſub ſe aliquos p̄ncipantes ubi aūt oēs ſunt ſimiles ⁊ equales ſm v̄tutem nullus nāliter ſub alio eſt: manifeſtū eſt ꝙ nō eſt nāle vnū p̄ncipari ſilibꝰ ⁊ eq̄libꝰ ſm v̄tutē. Deinde cum dicit.

¶ Inſuper quod prius dicebatur ſiquidem vir ſtudioſus quoniā melior ſit preeſſe debet: vno autem duo boni meliores ſunt. Hoc enim eſt quod Homerus ait: Duo ſimul euntes. Et optatio Agamemnonis: Utinam tales mihi decem cōſultores adeſſent.

¶ Ponit tertiā rōnem: ⁊ primo ponit eam. Secundo regrediť ad ſoluendum rōnem p̄us adductam ad ꝓbandum ꝙ melius ſit bonum virū principari q̃ bonam legem ibi⌊ Sunt aūt ⁊c. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ ex hoc ꝙ prius dictum eſt manifeſtum eſt ꝙ nō eſt nāle vnuz dn̄ari pluribꝰ ſed plures: qꝛ ſm ꝙ dictū eſt v̄tuoſis p̄ncipari debet: qꝛ melior eſt. cum ergo duo ſint meliores vno in ſimilibus manifeſtum ꝙ melius eſt plures dn̄ari q̃ vnum. Et hoc eſt quod dicit Homerꝰ: Duo ſimul euntes. Non plus ponit ſed ſupplenduz eſt ꝙ ſocietas erit melior: quia vnus iuuabit alium. Et hoc eſt qđ Agamēnon petijt in oratione ſua ꝙ haberet tales conſultores ꝙ nō eſſet iuſtum ipſum eis p̄ncipari ſed ꝙ illi eēnt comprincipantes cum illo. Manifeſtum igitur eſt ꝙ melius eſt plures principari q̃ vnum. Non eſt ergo ſꝫ naturam ꝙ vnus p̄nciperť pluribus ſimilibus ſm virtutem. Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem etiam nunc Magiſtratus cum poteſtate iudicandi de quibuſdam: ceu Iudex de quibus lex ꝓuidere nō poteſt: nam de quibus lex determinare poteſt nemo dubitaret: Sed cum quedaz cōprehendi legibus poſſint: quedam nō poſſint: ⁊ hec ſint illa que dubitationez ⁊ queſtionem faciunt: utrum melius ſit ab optima lege: an ab optimo viro gubernari. nam que in conſultationez ueniunt de eiſdem ferri legem impoſſibile eſt. Nō igitur hoc aiunt ꝙ neceſſarium ſit hominem in huiuſmodi rebus iudicare: ſed ꝙ nō vnū ſolum ſed plures. Iudicat enim vnuſquiſq̃ in Magiſtratu bene ſi ſit eruditus primo a lege.

¶ Regrediť ad diſſoluendum rationem prius adductaz ad ꝓbandum ꝙ melius eſt p̄ncipari bonum virum q̃ legem: ⁊ dicit ꝙ in actionibus politicis ſunt quedam que oportet dimitti iudicio principantis: ſicut ſunt illa de q̄bus lex non poteſt determinare. Manifeſtum eſt ꝙ nullus dubitat utrum bene ordinata ſit nec itromittet ſe aliq̄s ad iudicandum de ipſis tanq̃ lex nō bene ordinauerit. propter quod in iſtis melius eſt legem p̄ncipari: cum lex ſit ſine paſſionibus per quas ꝑuertitur appetitus: per conſequens iudicium rōnis: q̃ p̄ncipez. Sed quia lex datur in vniuerſali aliqua poſſunt comprehendi per legem: alia v̄o comprehendi impoſſibile. Ex iſtis oritur dubitatio: Utrū melius eſt principari optimā legez uel optimū virū. Illa v̄o de quibus Principes conſiliant non poſſunt eē ordinata per legem. quoniā ſi eſſent non inquireret de iſtis per conſiliuz. ⁊ ideo in talibus iudicabit p̄nceps: in alijs v̄o de q̄bus determinauit lex non iudicabit. Et ſic manifeſtum eſt ꝙ iſta non cōtradicunt legem p̄ncipari in vniuerſali ⁊ Principem in particulari: Non enim recte pōt dici ꝙ non ſit expediens hominem bonum iudicare de talibus per legem non determinatis. Sed dici poteſt ꝙ non expedit vnū ſolū: ſed magis plures. Tūc enim plures iudicabunt optime: maxime ſi ſint inſtructi ſm legem. Deinde cū dicit.

¶ Forſā v̄o abſurdū videri poſſet ſi meliꝰ cernat duobꝰ oculis: ⁊ duabus auribꝰ audiat ⁊ duobꝰ pedibus duabuſqꝫ manibus agat q̃ plures pluribus: cũ ⁊ nũc q̄dẽ Reges ⁊ Tyranni oculos plures ſibi cõparent ⁊ aures ⁊ manꝰ ⁊ pedes ꝑficiẽdo amicos: ⁊ curationẽ rerum eis cõmittendo: qui niſi ſint amici nõ faciunt ẜm illorũ intẽtionẽ. Si ꝟo ſint amici ⁊ ſtatus illorum ⁊ perſonarũ: amicus autem par ⁊ ſimilis. Quare ſi eos cenſet ꝑficiendos certe pares ac ſimiles gubernationi preeſſe cenſet oportere. Que igitur contendẽtes cõtra Regiã gubernationẽ aiunt fere iſta ſunt.

¶ Ponit quartã rõnem ⁊ dicit ꝙ inconueniens eſt dicere ꝙ vnus duobꝰ oculis ⁊ duabꝰ auribus melius percipiat q̃ multi multis auribus ⁊ multis oculis. Et inconueniens eſt dicere ꝙ vnus melius operetur duabus manibus ⁊ duobꝰ pedibus q̃ multi multis pedibus ⁊ multis manibus. Siľr incõueniens eſt ꝙ vnus melius iudicet per ſuã prudentiã q̃ multi. Et iõ videmꝰ ꝙ p̄ncipes faciũt ſibi multos oculos ⁊ multas manus ⁊ pedes: qꝛ faciunt ſibi multos cõprincipantes: hos enim uocat pedes ⁊ manus ⁊ oculos: qꝛ per hos diſcernit ⁊ operatur. Faciunt autẽ comp̄ncipes illos qui ſunt amici ſui ⁊ Principatus: qꝛ ſi nõ eẽnt amici utriuſqꝫ ſed alterius ſicut p̄ncipes nõ curarent de bono principis ſed p̄ncipatus. Iterũ ſi nõ deligerent p̄ncipatũ ſed principem non curarent de bono p̄ncipatꝰ. Oportet autem comp̄ncipãtes curare de bono p̄ncipis ⁊ p̄ncipatus: ⁊ iõ faciunt cõprincipantes amicos ſui ⁊ p̄ncipatus: qꝛ amici non faciunt niſi qđ rectũ eſt ⁊ honeſtum: ⁊ ſi ſint amici p̄ncipis ⁊ p̄ncipatus ꝓcurant bonuꝫ utriuſqꝫ. mõ ita eſt ꝙ amicos opꝫ eſſe ſimiles. Quare ſi iſtos oportet eſſe comp̄ncipantes illi manifeſtum eſt ꝙ ſimiles ⁊ equales ẜm v̄tutem oportet ſimiliter p̄ncipari. Non igiẗ naturale eſt vnũ ẜm ſuã uoluntatem p̄ncipari aliq̄bus ſimilibus ⁊ equalibꝰ ei ẜm v̄tutem. Et adiungit recapitulando dicens ꝙ iſta ſunt que faciunt dubitare de regno: ⁊ eſt itelligenduꝫ circa id qđ dictum eſt ꝙ aſſumit p̄ncipes ſibi cõprincipãtes amicos ſui ⁊ principatus ꝙ rõ p̄ncipis ſumitur a rõne principatus. ⁊ iõ bonũ p̄ncipis eſt in ordine ad p̄ncipatus bonum: ⁊ iõ qui diligit principẽ ẜm ꝙ princeps eſt diligit principatũ. Sed ille qui principaẗ duobus modis poteſt cõſiderari uel ẜm ꝙ p̄nceps uel ẜm ꝙ hõ talis: ⁊ ideo põt aliquis diligere ipm̄ uel ẜm ꝙ princeps uel ẜm ꝙ talis hõ. Si diligat ipſum ẜm ꝙ princeps diligit principatũ ⁊ ꝓcurãdo bona vniꝰ ꝓcurat bona alterius. Si diligat ipm̄ ꝙ talis uel talis non opꝫ ꝙ diligat p̄ncipatũ ⁊ tunc procurat ẜm ꝙ talis uel talis nõ procurando de bono principatus.

ſ Ed hec forſan in q̄buſdã ita ſe habent: in quibuſdam aũt nõ ita. Eſt eniꝫ quoddã natura dominabile: aliud regibile: aliud populare ⁊ iuſtũ ⁊ utile. Tyrannicum ꝟo non eſt ẜm naturaꝫ: nec ulla aliarum gubernationum que rectaꝫ trãſgrediunẗ formã: hec eniꝫ fiũt preter naturaꝫ.

¶ Poſtq̃ phs poſuit rõnes ad oñdẽdum ꝙ non eſt nãle vnũ p̄ncipari pl'ibꝰ ẜm v̄tutẽ: in p̄te iſta determiat v̄itatẽ: ⁊ diuidiẗ in duas. In p̄ª ꝓponit itẽtionẽ ſuã cũ q̄dã diſtictiõe. In ſcđa manifeſtat eã ibi[Sed ex his ⁊c.] In p̄ª dicit: ita dictũ eſt ꝙ nõ expedit vnũ dñari m'ltis ſilibꝰ: ſed forte in aliq̄bꝰ expedit: in aliq̄bꝰ aũt nõ expedit. Unde eſt itelligẽdum ꝙ aliq̄d eſt iuſtuꝫ ⁊ ꝯferens ẜm nãm in ordine ad dñatiuã: aliud eſt iuſtũ ⁊ cõferẽs in ordine ad politiam. ⁊ manifeſtum eſt ꝙ iſta nõ ſunt vnũ ⁊ idem. Et hoc apparet qꝛ principatꝰ dñatiuꝰ eſt in quo aliq̄s p̄ncipaẗ alteri qui natus eſt ſubici: ſic eſt ſeruꝰ. ⁊ p̄ncipaẗ p̄mo ⁊ p̄ncipaľr ad bonũ ꝓpriũ. Principatus aũt politicꝰ eſt in quo p̄ncipaẗ aliq̄s liberis ⁊ eq̄libus ẜm v̄tutẽ ⁊ ad bonũ ſubditoꝝ. Sicut ergo p̄ncipatus iſti ſunt diuerſi ſic iuſtũ qđ eſt in ordie ad vnũ nõ eſt idẽ ꝙ iuſtũ in ordine ad aliũ p̄ncipatũ: ⁊ iõ manifeſtum eſt ꝙ nõ ſunt idem iuſtũ dñatiuũ ⁊ iuſtum politicum. In tyrãnide aũt ⁊ in aliȷ̈s trãſgreſſis nõ eſt iuſtum ſimpľr: qꝛ in illis politiȷ̈s in q̄bus eſt finis preter nãm nõ eſt iuſtum ſimpľr: ſed in trãſgreſſis politiȷ̈s eſt finis p̄ter nãm. ſunt enim hꝰⁱ politie p̄ter nãm. ergo in ipſis nõ eſt iuſtũ ſimpľr uel ẜm nãm. Deide cũ dicit.

¶ Sed ex his que dicta ſunt patet ꝙ in ſimilibus ⁊ paribus nec utile eſt: neqꝫ iuſtũ ut vnus ſit dominus oiuꝫ: neqꝫ ſi nõ ſint leges: ſed taꝫ ipſa ſit lex atqꝫ ſi ſint legem neqꝫ bonus bonorum neqꝫ nõ bonoruꝫ nõ bonus neqꝫ ſi ẜm virtutem ſit melior niſi per quẽdam modum.

¶ Declarat ſolutionẽ in ſpãli: ⁊ p̄mo declarat ꝙ in ſilibus ẜm nãm ⁊ eq̄liter ſe hñtibꝰ ad v̄tutem nõ eſt iuſtũ eẽ vnuꝫ dñm niſi aliquo mõ. Scđo declarat q̄s eſt ille modus ibi[Quis aũt.] In p̄ma dicit qđ pꝫ ex dictis ꝙ nõ eſt ẜm nãm nec expedit nec iuſtum eſt vnuꝫ p̄ncipari ſilibus ⁊ eq̄libus ẜm v̄tutem: ſiue nõ principetur ẜm legem ſed ẜm uolũtatem ſuam tanq̃ ſit ipſe lex: ſiue non p̄ncipeẗ ẜm ſuam ꝓpriam uolũtatem ſed ẜm legem ſiue etiaꝫ Princeps ſit bonus ⁊ ſubditi boni: ſiue ipſe ſit malus ⁊ ipſi mali: ſiue ſit melior ⁊ excellentior oibus aliȷ̈s in v̄tute morali. Quomodo auteꝫ apparet hoc ex dictis. Sicut enim dictũ eſt: iuſtum eſt qđ ſimilibus ẜm v̄tutem ſit eadem dignitas: ſi auteꝫ ſimilibus ẜm v̄tutem vnus p̄ncipa retur nõ eſſet eis eadem dignitas. Iterũ dictũ eſt prius ꝙ plures plura pñt videre ⁊ rectius iudicant q̃ vnus ex iſtis: manifeſtum eſt ꝙ nõ eſt iuſtum ſimilibus exiſtentibus ẜm v̄tutem vnũ ex illis p̄ncipari. Deinde cum dicit.

¶ Quis aũt iſte ſit modus dicẽdum eſt: diximus ꝟo aliqualiter ⁊ ante: primo determinandũ eſt q̄d cõgruat Regi: quid Optimatibus: q̄d Reipublice.

¶ Declarat quis eſt modus ille quo expedit vnum p̄ncipari pluribus: ⁊ p̄mo permittit intentum ſuum. Secũdo ꝓſequitur: ibi[Regibus ⁊c.] In p̄ma dicit ꝙ dicendũ eſt q̄s eſt modus ille quo expedit vnũ p̄ncipari pluribus ⁊ qualiter. Aliqualiter autẽ dictuꝫ eſt prius quis eſt modus ille ſcilicet ubi queſiuit: Utrũ excedẽs omnes alios in virtute eſſet ciuis. Sed anteq̃ dicamus quis eſt modus ille: dicenduꝫ eſt quid ſit Regius ſtatus ⁊ Optimatum ⁊ politicus. Et ratio huius eſt: quia iſta ſunt obiecta Politiaruꝫ ⁊ ex rõne iſtoꝝ aliq̃liter apparebit ꝓpoſitum. Deide cũ dicit.

¶ Regibus congruit huiuſmodi multitudo que natura apta ſit ferre genꝰ preſtãs virtute ad p̄ncipatuꝫ ciuilem. Optimatibus vͦo cõgruens eſt multitudo que nata ſit ad ferenduꝫ gubernationē eoꝝ qui ſūt ẜm virtutem primarij. Ad ciuilem gubernationē aūt Reip. congruit ea multitudo in qua populus inaſcit̄ bellicus qui gubernari poſſit ⁊ gubernare ẜm leges ⁊ equitatem: impartiens tenuioribus honores ⁊ Magiſtratus.

¶ Proſequit̄ ⁊ p̄mo declarat̄ quid eſt vnūqđq; iſtoruꝫ. Scđo declarat modum illum ibi [Quādo igit̄ ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ Regius ſtatus eſt cui ſubijcit̄ multitudo que nata eſt ſubijci ẜm inclinationem nālem. ſ. alicui ſuperexcellenti in virtute ad p̄ncipatuꝫ politicum uel regalem. Status vͦo Optimatuꝫ eſt cui ſubijcit̄ multitudo que nata eſt ſuſtinere dñium multitudinis ſtudioſoꝝ: que. ſ. multitudo ſtudioſoꝝ nata eſt regi principatu Optimatuꝫ ⁊ liberoꝝ ab his qui p̄ncipant̄ ẜm virtutem in ordine ad politicum p̄ncipatum. Politicus aūt eſt multitudo que nata eſt ſubijci ⁊ p̄ncipari qñq; ẜm legem ẜm quam diſtribuitur p̄ncipatus uel dignitates tenuioribus. Deinde cum dicit.

¶ Quādo igit̄ aut totuꝫ genus: aut īter alios vnuꝫ aliquem ita p̄cellere cõtingat ut vnius ipſius virtus maioꝛ ſit alioꝝ oīum virtute tunc iuſtuꝫ eſt hoc eſſe Regiuꝫ genus ⁊ oīum dominari ⁊ hunc vnum eſſe Regē. Ut enim dictuꝫ eſt prius nõ ſolum id habet iuſtitiā quā p̄ferre ſolēt Rerūp. inſtitutores ⁊ qui Optimatū ⁊ qui paucorum potentiā ⁊ qui popularē: oēs eniꝫ ẜm excellentiā tribuūt: ſed excellentiā nõ eandem ſed ẜm prius dictā: neq; interficere neq; in exiliuꝫ agere: neq; relegare hunc poſſe decet: neq; dignari ut per vices gubernet: nõ enim natura fit ut pars ſuperet totuꝫ. habēti vͦo tantā excellentiā hoc accidit. Reſtat ergo ut huic ſuadenti pareat̄ ⁊ poteſtatem eum habere non per vices ſed ſimpliciter.

¶ Declarat quis eſt ille modus ẜm quēm expedit vnuꝫ principari pluribus ⁊ qualiter: ⁊ primo facit hoc. Secundo recapitulat ibi [De regia ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ ſi cõtingat vnū totū genus uel vnū īter alios ſic differre in genere ab alijs ẜm virtutem ut virtus eius excedat virtutem oīum alioꝝ iuſtum eſt hoc genus eſſe regale uel illum ſi ſit vnus ⁊ regnum ⁊ dñium eē vnum oīum: hoc enim eſt ẜm nām ꝙ ille qui excedit ẜm v̄tutem ſit dñs alioꝝ. Ergo ſi virtus alicuius excedat virtutem alioꝝ nāle eſt ꝙ iſte ſit Rex ⁊ dñs. nec ſolum ꝓpter hoc iuſtum eſt iuſtum eſſe regem qꝛ excedit abſolute ſicut eſt prius dictum ꝙ oēs illi qui inſtituerunt politias dixerunt ꝙ iuſtum eſt principari illum qui excedit ſicut ⁊ qui Optimatum ⁊ qui paucoꝝ potentuꝫ ⁊ qui popularem ſtatum inſtituerunt. oēs enim conſiderantes ad exceſſum dixerunt illum qui excedit debere principari: q̄uis non eundem exceſſum ponerent: ſed quidam ẜm virtutem: quidaꝫ ẜm diuitias: alij ẜm libertatem: ſed expedit iſtuꝫ principari qui excedit alios ẜm virtutem. nec expedit interimere uel relegare uel fugare: hoc enim eſſet tollere regulaꝫ viuendi a ciuitate uel regione. Iterū non expedit iſtum principari ẜm partem ſed oībus: nec ẜm aliquod tēpus ſed ſemp: qꝛ pars non eſt nata excedere ſuum totum: ſed iſte in virtute excedit omnes alios ergo alij ſunt pars reſpectu iſtius. ergo non ſunt nati excedere ipm ſed ſemp excedens magis ẜm virtutem debet principari. Quare relinquit̄ iſtum debere principari oībus ⁊ ſemp ⁊ dñm eſſe ⁊ oēs illi tali obedire: quaſi ex inclinatione nāli. Sed eſt intelligēduꝫ ꝙ q̄uis multi ꝯueniant in virtute ⁊ diſciplina oportet tñ qñq; vnum principari p̄ncipatu regali: eſt enim aliqua multitudo virtuoſoꝝ ⁊ in hoc dignitatem habet ⁊ dicit̄ multitudo politica. alia eſt que deficit a rõne multum: ⁊ hec dicit̄ dominatiua: utrāq; expedit regi principatu regali: primā inquātuꝫ eſt vnus qui excedit oēs alios in virtute. aliā aūt expedit regi vno inquātum eſt aliquis qui excedit oēs alios in virtute: ſed differt qꝛ in prima principatus politicus multuꝫ diſtat a dñatiuo p̄ncipatu: in ſcđa autem multū appropinquat: qꝛ multitudo iſta a rõne deficit: p̄ma aūt nõ. Item differt: qꝛ 2^{m} regnum diuturnius eſt q̄ primuꝫ: qꝛ ad ſcđm minus de v̄tute ſufficit q̄ ad primuꝫ: ⁊ ideo facilius pōt inueniri vnus qui excedat alios: in primo nõ. In p̄ma enim multitudine qꝛ oēs attingunt ad rõnem ꝯtingit eſſe aliquos qui poſſunt inuenire diuerſas vias ⁊ modos ad expellendum p̄ncipem: non ſic eſt in ſcđa: qꝛ in ſcđa deficiunt a rõne: ⁊ ideo nõ poſſunt inuenire vias ⁊ cautelas ꝯtra p̄ncipātem: ⁊ ideo ſecundus principatus plus durat q̄ primus. Deinde cum dicit.

¶ De Regia igitur gubernatiõe ⁊ quas differētias habeat ⁊ utrum utile ſit ciuitatibus uel nõ ⁊ quibus ⁊ quomodo in hūc modum determinatuꝫ ſit.

¶ Recapitulat ⁊ dicit ꝙ de monarchia regali quas habet differentias ⁊ modos ⁊ que ſunt: ⁊ utrum nõ expediat vnum principari ⁊ quibus nõ expediat ⁊ quibus expediat ⁊ quomodo dictum eſt. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Cum vͦo tres dixerimus eſſe gubernandi ſpecies: haruꝫ vͦo neceſſariuꝫ ſit eā eſſe optimā que ab optimis gubernetur. talis aūt eſt in qua cõtingit aut vnum aliquem oīum: aut genus totuꝫ: aut multitudinem virtute p̄ſtantē gubernare eos: qui gubernari ualeant ad eā vitā que ſit maxime expetēda: ⁊ in primis libris oſtēſum ſit neceſſarium eſſe ut ſit eadem virtus boni viri ⁊ ciuis optime ciuitatis: patet ꝙ eodem modo ⁊ per eadem ſit vir bonus: ⁊ ciuitatem ſtatueret quis ab optimis gubernari uel a Rege.

¶ Declarat ꝙ eadeꝫ eſt virtus optime legis ⁊ viri ſtudioſi ⁊ adiungit etiam ſtatum Optimatū: ⁊ p̄mo hoc declarat. Secundo continuat ſe ad dicenda ibi [His determinatis. Prima in duas. p̄mo oñdit ꝙ eadem eſt v̄tus per quam aliquis inſtituit Remp. Optimatum ⁊ Regnum Optimum ⁊ viri ſtudioſi. Secūdo ex dictis infert vnam eſſe diſciplinam ⁊ per conſequens vnam v̄tutē Regis optimi ⁊ politici ⁊ optimi viri: ibi [Itaq; eadem ⁊c̄.] In prima dicit ꝙ cum ſint tres politie recte ordinate ẜm ꝙ dictum eſt prius: illa inter oēs optima eſt que regitur ⁊ diſpenſatur ab optimo viro uel ab optimis viris: quia ad optimum finem ordinatur: ſemper enim quod fit ab optimo agente ad optimum finem ordinatur per ſe. Illa igitur que ab optimo uel optimis viris diſpenſatur optima eſt. Talis autem eſt politia illa in qua p̄ncipatur vnus uel totum vnuꝫ genus: uel in qua multitudo excellens ſm virtutem p̄ncipatur in qua quidam poſſunt ſubici ⁊ principari ad electiſſimam ⁊ ꝑfectiſſimam vitam .ſ. que eſt ſm virtutem ꝑfectiſſimam. Oſtenſum aũt fuit ꝙ aliquo modo eadem eſt virtus optimi viri ⁊ optimi ciuis: quare manifeſtum eſt ꝙ eodem modo ⁊ per eandem virtutem ꝑ quam aliquis eſt vir ſtudioſus inſtituit has politias .ſ. Regnum ⁊ Optimatum ſtatum. Deide cum dicit.

¶ Itaqꝫ eadem fere diſciplina ⁊ iidem mores facient ſtudioſum virum qui faciũt ciuilem ⁊ regium.

¶ Ex dictis infert vnam eſſe diſciplinam ⁊ per ꝯñs v̄tutem vnam Regis optimi ⁊ politici ⁊ optimi viri: ⁊ dicit ꝙ ſi eadem eſt virtus per quam inſtituit politia optimi viri ⁊ viri ſtudioſi manifeſtum eſt ꝙ eadeꝫ erit diſciplina ⁊ eedem ꝯſuetudines que faciunt viruꝫ ſtudioſum ⁊ que faciunt ciuem politicum ⁊ Regales viros. Ratio auteꝫ huius ꝯñtie eſt: qꝛ per illam virtutem per quam aliqua cauſa per ſe ⁊ p̄mo inſtituit aliquem effectum per eandem eſt ⁊ determinat: per idem eniꝫ eſt aliquid ⁊ opat. Sed per virtutem boni ⁊ ſtudioſi viri inſtituit Rex politiam regalem ⁊ inſtitutor ſtatus optimatum ſtatum optimatum ut ꝓbatuꝫ eſt prius. Ergo per eandem ſunt. hic aũt rex. hic aũt iſtitutor ſtatus optimatum. Deinde cum dicit.

¶ His determinatis conãdum iam erit de optima Rep. dicere: queadmodum fiat: ⁊ quomodo conſtituat: nã neceſſe eſt de illa ꝯuenientem ꝯſiderationem facere.

¶ Cõtinuat ſe ad dicenda ⁊ dicit ꝙ his determinatis ꝯſiderandum eſt qualiter ⁊ quomodo ſit inſtituenda optima Reſp. ⁊ quomodo neceſſe eſt euꝫ qui debet de ea facere ſpeculationem ꝯuenientem prius in vniuerſali de ea conſiderare.

¶ Finis tertij libri politicoꝝ Ariſtotelis.

¶ Excellentiſſimi theologie profeſſoris Magiſtri Ludouici Ualentie procuratoris ordinis Predicatoꝝ: ad Reuerendiſſimum in Chriſto patrem ⁊ dñm dominum. F. Cardinalem Seneñ. Epitoma per concluſiones tertij libri Politicoꝝ Ariſtotelis.

¶ Qui de Rep. conſiderat debet p̄mo tractare quid ſit Ciuitas: tum quia nõ aliter poſſumus iudicare an qđ quiſqꝫ: puta Tyrannus facit: ciuitas itelligatur feciſſe: quod qñqꝫ ſolet in dubitationem uenire. Tuꝫ quia Reſp. ciuitatis ordinande gratia inſtitui videt.

¶ Eadem quoqꝫ rõne de ciue opus eſt dicere: cum ciuis ſit ciuitatis pars: ac etiaꝫ quia diſſentiunt homines in conſtituendo quis ciuis proprie ſit.

¶ Non is uere ciuis eſt dicendus qui ciuitatem incolit: cum ⁊ aduene qñqꝫ in ciuitate exiſtant.

¶ Neqꝫ is ciuis eſt qui iuriſdictioni ſubdit ciuitatis: qꝛ ⁊ extraneos ſubdi ꝯtingit ob cõtractus initos: quos tñ ꝯſtat nõ eſſe ciues: niſi forte ſm qđ ciues dicant.

¶ Sunt etiam pueri ciues ſm quid ⁊ ſenes nõ ſimpliciter. Pueri enim nondum ſcripti ſunt in numero ciuium. Senes autẽ cum inutiles ſint negocijs Reip. iaꝫ emiſſi ſunt. Hoc etiã mõ ⁊ ꝓfugos ⁊ ĩfames ciues ſm qđ poſſumus dicere.

¶ Simpliciter is ciuis eſt diffiniendus qui Magiſtratũ gerere põt in Rep. ⁊ hec quidẽ diffinitio ſi ſm actum intelligatur maxime populari ſtatui cõuenit. ſi v̄o ſm facultatem eque omnibus conuenit.

¶ Non ſunt putãdi ciues ſolum illi qui ex ciuibus nati ſunt: aut qui auos ⁊ ꝓauos ciues habuerũt: alioquin qui ab initio edificatis urbibus ciuitatem incoluerũt nõ eſſent ciues: neqꝫ etiã cõperto auo de illo poſſet ſciri an ciuis eſſet ſi uſqꝫ in tertiaꝫ eius gñationem opus eſſet ꝓcedere: nã ⁊ illa cõperta uſqꝫ ad aliã tertiã gñationem ꝓcedere neceſſe eſt: ⁊ ſic in infinitum.

¶ Qui non eſt iuſte ciuis. Ciuis tñ eſt: ſicut ⁊ qui iniuſte principatur princeps tñ eſt.

¶ Unitas ciuitatis nõ eſt ex menibꝰ accipiẽda: ſic nãqꝫ tota regio ſi vno muro circũdaret vna ciuitas eſſet.

¶ Unitas ciuitatis accipiẽda eſt ex forma reip. qua mutata eiſdem manentibus hominibus non eſt eadem ciuitas niſi materialiter.

¶ Nõ eſt oĩno idem ciuis bonus ⁊ vir bonus: ciuis eniꝫ bonus ea debet virtute p̄ditus eſſe que ad ſalutẽ reip. cõducat: ſed vir bonus prudẽtia debet pollere que qñqꝫ nõ eſt eadem cuꝫ virtute que Reip. ꝯfert que alia ⁊ alia eſſe habet ſm diuerſas Reip. ſpecies. Et qꝛ oportet oẽs ciues eſſe bonos ciues ut Reſp. optima ſit cuꝫ tñ nõ poſſint oẽs eẽ boni viri. Item qꝛ cum ciuitas ex diuerſis ꝯſtet partibus ⁊ officijs non eadem oĩum bonoꝝ ciuiũ virtus eẽ põt: ⁊ tñ eadẽ eſt boni viri virtus.

¶ Qñqꝫ tñ eadem eſt virtus boni ciuis ⁊ boni viri: non eſt enim bonus Princeps niſi qui prudẽtia ac ceteris moralibus virtutibus inſtructus eſt quibus etiam bonus vir quis efficit: ſed quia nõ omnis ciuis eſt Princeps nõ vniuerſaliter oportet eandem eẽ v̄tutem boni viri ⁊ boni ciuis: licet autem bonus ciuis ſimplr ea virtute p̄ſtare debeat qua ⁊ bene p̄ncipari ac bene ſubici poſſit: ſitqꝫ eadem virtus boni viri ⁊ boni Principis: ex hoc tñ nil aliud ſequit niſi ꝙ eadem ſit virtus boni viri ⁊ boni ciuis inquãtum bñ p̄ncipari põt nõ autem ſimplr ⁊ inquãtum bñ ſubijci põt: bonus enim vir nõ põt eſſe abſqꝫ prudẽtia: bñ aũt ſubijci põt abſqꝫ prudẽtia. ſatis eſt enim rectam habere opinionem de agẽdis que ſibi cõmittuntur.

¶ Artifices ⁊ mercenarij in ciuitate nõ ſunt cenſendi ciues cuꝫ nõ poſſint Magiſtratus exercere: fortaſſis tñ in populari ſtatu ciues eſſe poterunt: nam cum liberi ſint poterunt poteſtatem habere: in Optimatũ v̄o ſtatu nullo modo ſunt ciues: cum ille tm̃ ſit eoꝝ qui v̄tute preſtant: ciuis exercitationeꝫ nõ hñt: in paucoꝝ v̄o ſtatu mercenarij non erũt ciues cum ſit tm̃ diuitum: artifices v̄o in eo forte ſtatu poterũt ciues eẽ poſt multas congregatas diuitias.

¶ Reſp. eſt inſtitutio ciuitatis quãtũ ad omnes Magiſtratus: p̄ſertim autem quantum ad p̄muꝫ cum illius ſit ceteros ordinare.

¶ Finis Ciuilis ſocietatis eſt bñ viuere ad hoc enim cõmunicatio vite confert ⁊ publice ⁊ p̄uate: ⁊ ſimilr finis eius eſt viuere: vita enim quam naturaliter deſideramus per ſocietatẽ iuuat ⁊ defendit.

¶ Principatus liberoꝝ gratia ſubditoꝝ eſt ⁊ qñqꝫ eſt perpetuus: qđ quidem eſſe debet qñ qui principat bonitate v̄tutis alios excedit ſed nunc ex uſurpatione fit: qñqꝫ v̄o mutatur: qđ ꝯtingit qñ cõciues virtute eq̃les ſunt. Is tñ principatus iniuſtus reddit cum nõ ad utilitatem ſubditoꝝ dirigit cuius gratia eſſe debet.

¶ Principatus vnius publicis cõmodis intendẽs Regius uocat: proprijs tyrannus. Principatus paucoꝝ cõmunem promouens utilitatem optimatum dicitur p̄uatam diuitum. Principatus multoꝝ cõmuni bono ſtudẽs reſp. appellat: p̄uato bono ſtatus pauperũ.

¶ Status pauperum ⁊ diuitum non differentia multitudinis ⁊ paucitatis differunt cum ſe per accñs hẽat contingit enim: paucos eſſe diuites ⁊ multos paupes ſed diuitijs ac paupertate diſtinguunt cuz vnus ad diuitias ordinetur alter ad libertatem quam pauperes optant.

¶ Diffiniētes Remp. per iuſtum vident ſolum attendere ad iuſtuz ſm qd. Remp. enim paucoꝝ diffiniūt per iuſtuz qđ in diuitijs reperit. Diffinientes v̄o Remp. multoꝝ: diffiniunt per iuſtuz qđ ad libertatē ſpectat. Cōſtat aūt diuitias ⁊ libertatem nō eſſe bona ſimplr. Quare nec iuſtum in eis eſt iuſtuz ſimpliciter. Rurſuz cōſiderant iuſtitiaz ex parte rerum tm̄: ⁊ non ex parte perſonarum. Juſtitia aūt penſanda eſt tam ex parte rerum q̄z ex parte pſonarum. Non cōſiderauerunt autez antiqui iuſtum niſi ex parte reruz. Quia de ſeipſis praue iudicantes inordinato in ſeipſos affecti amore diſtributiones rerum ſibimet fieri uolebant.

¶ Amplius exiſtimabant inequalitatem ⁊ equalitatem diuitiarum ac libertatis eſſe equalitatem ⁊ inequalitatem ſimpliciter. Unde ſm harum rerum differentiam bona publica iure diſtribui putabant. Jterum Reſp. non eſt inſtituta gratia diuitiarum cum diuitie alteri⁹ cauſa ſint. Non ergo ex diuitijs iuſtum eſt ſimpliciter Remp. paucoꝝ determinari.

¶ Ciuitas non eſt inſtituta ſolum vite gratia. Sic enim ⁊ animalia felicitatem politicam participarent que ciuitatis finis eſt.

¶ Ciuitas non eſt inſtituta gratia ſocietatis bellice: aut contractuum. Sic enim Thuſci ⁊ Carthaginēſes cuz in his cōmunicent conciues eſſent: qđ falſum eſſe conſtat cum nec eiſdem magiſtratibus cōmunicent: nec ſe inuicem bonos ciues ſtudeant efficere. Jterum ſi qui etiam ſitu nō diſtantes in cōnubijs cōmunicent ſoluz. Jn ceteris v̄o alijs viuant moribus: non ſunt cōciues habendi. Propinquitas ergo ⁊ diſtantia ſitus non facit ciuitatem aut vnam aut plures. Ergo idem etiam putandum eſt de his qui ſolum in contractibus ⁊ belli ſocietate cōmunicant.

¶ Ciuitas eſt cōmunicatio bene viuendi cōpoſita ex domibus ⁊ diuerſis generibus gratia vite perfecte ⁊ per ſe ſufficientis. Conſtat eniz hec diffinitio Ciuitatis ex pluribus generibus. Exprimitur enim forma cum dicitur cōmunicatio bene viuendi. Materia tam ꝓpinqua q̄z remota cum dicitur compoſita ex domibus ⁊ diuerſis generib⁹. Finis v̄o cū dicit gratia vite pfecte.

¶ Ciuitatis finis eſt cōmunicatio in actionib⁹ que fiūt ſm perfectam virtutem practicam que prudentia dicitur. Unde finis Ciuitatis eſt felicitas practica. Oportet igitur in eodem loco Ciues habitare ut in his communicent. Et qui plura conferunt Ciuitati ex his que ad perfectam virtutem ſpectant plus obtinent in rep. Conſequens ergo eſt ciuitatem diffiniendaz eſſe ex iuſto ſimpliciter: qđ eſt equalitas reſpectu virtutis.

¶ Expedit magis reſp. q̄ a multitudie regatur ſi rationis ⁊ prudentie particeps ſit: q̄z paucis virtute p̄ditis. Licet enim quiſqꝫ multitudinis per ſe acceptus inferior ſit ſtudioſis: omnes tamen ſimul aliquid preclarum efficient. Sicut in Muſica ⁊ poetis ⁊ alijs diſciplinis ſolet contingere: ut quod a multis inuentum eſt perfectum ſit.

¶ Non eſt tamen tutum multitudinem regere cum facile ſit ut ad iniuſtitiam declinet. Sinenda tamen eſt aliquid participare in Rep. in conſulendo ⁊ decernēdo ne perturbatio ſequatur: ſi omnino excludatur ab honoribus Reip.

¶ Lex quoqꝫ Solonis que multitudini conferebat poteſtatem eligendi magiſtratus ⁊ repetendi ab eis rōnē non eſt iniuſta: ſi multitudo etiam prudentes habeat. Neqꝫ enim ſcientis ſolum eſt iudicare: ſed utētis. Unde ⁊ multitudo que rep. utitur poterit iudicare de his que ad remp. ſpectant.

¶ Lege iuſta regi debent Reſp. Que v̄o lege nō ſunt deciſa: Regis arbitrio debent decerni.

¶ Finis Reſp. debet eſſe cōmunis utilitas. Hec eniz optimum bonum eſt. Optime autem ſocietatis qualis eſt ſocietas Ciuilis finis eſt optimum bonum.

¶ Non ſunt diſtribuenda bona Reſp. huic magis ut illi minus ſm exceſſum ⁊ imparitatē cuiuſlibet boni. Eſt enim danda in qualibet arte ⁊ ſcientia prerogatiua rerum iuxta actum illius artis ⁊ ſcientie: ut fiſtule fiſtulatori iuxta actum fiſtulandi: ⁊ non ſm nobilitatem ⁊ diuitias. Rurſum nec quodlibet bonum cuilibet bono poteſt conferri. Sicut tarditas ⁊ uelocitas non recte conferuntur ad bonum quod in magiſtratibus attenditur.

¶ Nec diuitibus ſolis nec ſtudioſis: nec ingenuis magiſtratus in rep. debetur: ſed potius multitudini que ex his omnibus conſtat: qꝛ cuilibet eoꝝ aliquid deeſt qđ ad optimum reſp. ſtatum pertinet. Jtem quia ſi diuitibus ſolis deberetur ditiſſimuz vnum ſolum regere interdum ꝯtingeret. Si ſtudioſis eodem modo vni poſſet regimen ciuitatis contingere. Si v̄o ingenuis: ſimiliter vni qui nobiliſſimus eſſet regimen dari deberet.

¶ Leges ferende ſunt pro bono publico: hoc enim eſt finis ciuitatis. Hoc v̄o in quibuſdā eſt libertas. Jn quibuſdam diuitie. Sed ſimpliciter eſt vita ſm perfectaz virtutem: qua quis pōt bene imperare ⁊ ſubijci.

¶ Qui omnes alios ciues virtute excedit etiam ſi oīum ſimul virtute accipiatur non eſt habendus ciuis. Eſt enim ueluti deus. Neqꝫ ſub lege eſt cuz ip̄e ſibi ſit lex. Hunc tamen ſolum regere ſemper iuſtuz eſt in optima rep. licet ubi inter ciues eſt virtutis equalitas. Aut nemo eſt qui omniuz ſimul virtutem excedat dignius ſit multitudinem regere ut ſuperius dictum fuit q̄z vnuz: aut paucos.

¶ Quinqꝫ cōſtant eſſe Monarchie ſpecies. quarum vna Heroum eſt qui ſm virtutē Ciuiuz ꝯſenſu ⁊ per tēpus aliquod ⁊ in certis cauſis regebant Ciuitatē. Alia v̄o Barbarica per genus quidem deſcendens ac Legib⁹ imperans: Sed ⁊ altera Eſinea Tyrannis per electionem conſtituta. Altera autem Laconica perennis ſm leges cui tantum plenum erat belli imperiuz. Ultima v̄o in qua rerum omnium habet poteſtatem ad modū quo ſe habet paterfamilias in domeſtica gubernatione. Eſt enim regia poteſtas quaſi domeſtica quedam gubernatio: ſicut ⁊ gubernatio patriſfamilias eſt quedam regia poteſtas domi.

¶ Si ciues virtute equales ſint non eſt equum vnuz regere: equalibus enim inequalia tribuerent. Pluresqꝫ etiam ⁊ certius ⁊ liberius poſſunt iudicare. Si tamen vnus omnes antecellat illum quidem plena ac perpetua poteſtate omnibus imperare iuſtum eſt. Non enī pars toto anteponi debet. Quiſqꝫ aūt ciuis partez obtinet virtutis qua rex huiuſmodi preſtat: ſua enim virtute omnes inſimul excedit.

Finis.

¶ Politicoꝝ Ariſtotelis liber quartus.

iN cunctis artibus ⁊ ſciẽtijs que nõ circa partẽ ſed circa genus aliqd̓ perfecte exiſtũt vnius eſt ꝯſiderare qd cuiqȝ ꝯueniat generi: ceu exercitatio corpori qualis quali cõueniat: ⁊ que ſit optima. Optime eniȝ natura diſpoſito ⁊ optime affluẽti optimã ꝯuenire neceſſarium eſt: ⁊ que plurimis: vna oĩb⁹. Etenim hoc Gymnaſtice eſt. Preterea ꝟo ſiquis nõ exactã illã cupiat habitudinez ⁊ ſciam circa certamina: nihilominus Magiſtri Gymnaſioꝝ eſt hanc potentiã p̄parare. Eodẽqȝ modo in Medicina: ⁊ in fabricatione Nauiũ: ⁊ veſtiũ: ⁊ in oĩ alio artificio videmus cõtingere.

¶ Concludit differentiā inter politiā ⁊ Optimatuꝫ potentiam quātum ad aliquas ſpēs: ⁊ p̃mo facit hoc. 2° recapitulat ibi [Q̄ð igit̃.] In prima dicit ꝙ tria ſunt ad que p̃ncipal̃r attendentes in politia altercantur de p̃ncipatus equalitate. ſ. libertas: virtus: diuitie. Quidam enim dicunt ꝙ p̃ncipatus debet diſtribui ſm̄ dignitatem libertatis: ut qꝛ equales ſunt in libertate eq̄liter ꝑticipent p̃ncipatu. Alij dicūt ꝙ nō debet fieri diſtributio p̃ncipatus ſm̄ dignitatem libertatis: ſed ſm̄ dignitatem diuitiarum ut qui abūdantes ſunt in diuitijs. Alij dicunt ꝙ ſm̄ nulluꝫ iſtoꝝ debet fieri diſtributio p̃ncipatus: ſed ſm̄ dignitatem virtutis: ut qui eq̄liter attingunt ad virtutē equal̃r attingāt ad p̃ncipatuꝫ ⁊ ſic altercant̃ aliqui ſm̄ cuius iſtoꝝ equalitatem debeat diſtribui equal̃r p̃ncipatus. Quartuꝫ aūt de quo aliqui altercant̃ qð uocat̃ nobilitas: annexuꝫ eſt uel aſſequit̃ duobus. ſ. virtuti ⁊ diuitijs. Nobilitas enim eſt virtus generis: hoc eſt inclinatio ad virtutem deſcendens a parētibus in filios ⁊ in parētes ab alijs prioribus. ⁊ ſic ſm̄ quandā antiquitateꝫ. Simil̃r nobilitas eſt diuitie antique: nō ꝙ diuitie ſint de rōne nobilitatis. poſſibile enim eſt ꝙ in pauꝑibus ſit inclinatio ad v̾tutem orta ex parētibus ⁊ ſm̄ antiquitateꝫ: ſed pro tāto dicit̃ nobilitas diuitie antique: qꝛ ſūt neceſſarie ad virtutem. cum igit̃ ita ſit manifeſtum eſt ꝙ politia mixta ex diuitibus ⁊ egenis dicēda eſt politia cōmuni noīe: ſed illa que mixta eſt ex tribus. ſ. diuitibus ⁊ egenis ⁊ virtuoſis Optimatuꝫ ſtatus eſt vna de tribus optimatum potentijs alijs a prima que eſt uera Reſp. optimatum non mixta. Deinde cum dicit.

¶ Q̄ð igitur ſint alie Reſp. preter monarchiam ⁊ popularē ⁊ paucoꝝ potentiuꝫ dictuꝫ eſt: ⁊ quales iſte: ⁊ in quo differant inter ſe ⁊ Optimatuꝫ gubernatio: ⁊ alie ſpecies que ad Optimates declinant. ⁊ quō non longe diſtant inter ſe manifeſtuꝫ eſt.

¶ Recapitulat ⁊ dicit qð dictum eſt iam ꝙ p̃ter monarchiaꝫ regalem ⁊ paucoꝝ potentiam ⁊ popularem ſunt alie ſpēs politie ⁊ quales ſunt ⁊ que: q̄m optimatum ⁊ politia. Iterum dictum eſt qualiter ſpēs Optimatū adinuicem differunt ⁊ qualiter politia differt ab optimatum ſtatu: ⁊ manifeſtum eſt ex dictis ꝙ non multū diſtant adinuicem politia ⁊ Optimatum ſtatus qui reſpicit diuites ⁊ pauperes. i. virtuoſos: qꝛ ſoluꝫ in hoc ꝙ reſpicit virtuoſos: alia non: ⁊ ita diuites ⁊ pauꝑes ſic politia. ꝓpter qð manifeſtū eſt ꝙ nō multū diſtāt.

q Uomodo aūt fiat preter popularem ⁊ paucoꝝ potētiū illa que appellatur Reſp. ⁊ quo in ordine reponenda ſit deinceps dicemus: ⁊ ſimul apparebit quibus diffiniant popularē ⁊ paucorum gubernationem. Sumēda eſt enī horuꝫ diſtinctio: poſtea ex his ab utraq; tanq; regulā ſumētes cōparare opꝫ.

¶ Poſtq̄ phs declarauit ꝙ politia cōmuni noīe noīata eſt cōpoſita ex populari ſtatu ⁊ paucoꝝ qualiter differat ab Optimatum ſtatu quātum ad aliquam ſpeciem oſtendit qualiter inſtituat̃: ⁊ habet duas partes. In p̃ma premittit intentum ſuum. In ſcða proſequitur ibi [Sunt aūt ⁊c̄.] In prima dicit ꝙ poſtq̄ declaratum eſt ꝙ politia eſt compoſita ex populari ſtatu ⁊ paucoꝝ cōſequenter dicēdum eſt qualiter Reſp. cōmuni noīe nominata ſit quedā politia alia a ſtatu populari ⁊ paucoꝝ: cum tamen ex illis componatur. Dicēdum etiaꝫ eſt qualiter inſtituatur. Viſis aūt rōnibus quibus determināt̃ur gubernatio paucoꝝ ⁊ popularis ſimul apparebit ratio politie. Et ideo ſumēda eſt diſtictio iſtarum duarum politiarum: deinde qualiter ex iſtis duabus accipiendo ab utraq; ⁊ aliq̄d dimittendo: ſit vnū mixtum uel totum aliquod continens aliq̄d utriuſq;. Deinde cum dicit.

¶ Sunt autē diffinitiones tres cōpōnis ac mixture: aut enim ambo ſumēda quoruꝫ utreq; leges ponunt: ceu circa iudicia. In paucoꝝ enim potentia diuitibus penā cōſtituūt niſi in iudicādo aſſint. Pauꝑibus ꝟo mercedē nullā. In popularibus autē pauperibus mercedē; diuitibus aūt penā nullā. Cōe ac mediū iſtoꝝ ambo hec: itaq; ⁊ ciuile: mixtum eſt enim ex ambobus. Vnus igit̃ modus hic eſt cōbinationis.

¶ Proſequit̃: ⁊ diuidit̃ in duas. In p̃ma oſtendit qual̃r ex illis inſtituatur politia. Scðo oſtendit quis ſit terminus ⁊ rō bone cōmixtiōis: ibi [Modus igit̃ ⁊c̄.] Circa p̃mam partem intelligenduꝫ eſt ꝙ circa p̃ncipatum tria eſt ꝯſiderare. Primuꝫ eſt ꝑſonas p̃ncipantes. Scðm eſt actus p̃ncipantium. Tertium eſt modus inſtitutionis p̃ncipantiū. ſm̄ hoc iſta pars diuidit̃ in tres partes. In p̃ma declarat terminum ⁊ rationeꝫ mixtionis politie ex ipſis quantum ad actus p̃ncipantiū. Secundo quātum ad perſonas que debent aſſumi ad p̃ncipatum: ibi [Alius.] Tertio quātum ad inſtitutionē ipſorum: ibi [Tertius.] In p̃ma dicit ꝙ termini ſiue rationes cōpoſitionis ſiue mixtionis politie ex gubernatione paucorum ⁊ popularium tres ſunt: ⁊ vna rō eſt quantum ad actum ꝑncipantium qui eſt iudicare. Ut aũt appareat hec ratio mixtionis aut ſumẽda ſunt ea que utreqꝫ oꝛdinant: ſaltem ẜm partem quãuis nõ ẜm totum ⁊ ſimpliciter. Uerbi gratia: de iudicio lex fuit in Paucoꝝ ſtatu ꝙ ſi diuites nõ uenirent ad iudicãdum ⁊ diſceptandum ꝙ haberent damnuꝫ: puta ꝙ punirent in aliquo: ⁊ ſi paupes uenirẽt nullã mercedem repoꝛtarent. manifeſtuꝫ eſt aũt ꝙ iſta lex introducta fuit in fauorem diuitũ ⁊ in odium egenoꝝ: qꝛ lex iſta data fuit ut paupes excluderent a ꝑncipatu: ex quo enꝫ nullã mercedem repoꝛtãt ẜm legem nõ ueniunt: ⁊ ſic excludunt. Data etiam fuit ut diuites ꝑticiparent ꝑncipatu: qꝛ ex quo dãnuꝫ repoꝛtarent ſi nõ uenirent cõpellunt uenire. In cõtrariuꝫ aũt in populari ſtatu fuit alia lex ꝙ egeni uenientes ad diſceptãdum ⁊ iudicãduꝫ hẽant mercedem: diuites ꝟo nullum dãnum. Et manifeſtum eſt ꝙ iſta lex data fuit in odium diuitum ⁊ in fauorem egenoꝝ: qꝛ per iſtam legem vident excludi diuites ⁊ ſolum paupes ꝑticipare pꝛincipatu. Illud ꝟo qđ eſt cõmune iſtis duabus legibus eſt mediuꝫ in quo ꝯſiſtit ratio cõpõnis politie. Si enim accipiat ex paucoꝝ potẽtia diuites repoꝛtare dãnum: ex populari paupes repoꝛtare mercedem: hoc eſt medium ⁊ cõmune illis ⁊ hoc eſt politicum. Quare manifeſtum eſt quomõ politia componit ex iſtis: ⁊ tunc cõcludit ꝙ vnus modus mixtionis politie ex ſtatu populari ⁊ paucoruꝫ eſt iſte qui dictus eſt. Deinde cum dicit.

¶ Alius aũt mediuꝫ cape eoꝝ que ab utriſqꝫ iubent: ceu Concionari. hec quidem a nullo cenſu uel exiguo penitus: he ꝟo a magno cenſu: cõmune certe neutruꝫ: ſed mediuꝫ utriuſqꝫ cenſus.

¶ Determinat rõnem mixtionis quãtum ad perſonas que debent aſſumi ad pꝛincipatuꝫ: ⁊ dicit ꝙ alia eſt ratio mixtionis. ſ. quantum ad perſonas quas fauentes Paucoruꝫ potentie ⁊ Populari dicunt debere uocari ad congregationes ſiue ad pꝛincipatuꝫ: qꝛ fuit lex in Populari ꝙ nullus aſſumeretur ad pꝛincipatum ẜm dignitatẽ diuitiaruꝫ uel honorabilitatẽ: ſed ſi deberẽt aſſumi ẜm aliquã honorabilitatem ꝙ aſſumerent ẜm paruam in paucoꝝ: E contrario fuit lex ꝙ aſſumerent ẜm honorabilitatem maximã. Manifeſtum eſt autem ꝙ neutruꝫ iſtoꝝ eſt cõmune: ſed ſunt diuerſa ⁊ ſepata. Si ꝟo accipiat medium in hoc cõſiſtit ratio politie: ꝙ ſ. accipiat pꝛinceps ẜm mediã honorabilitatem. Quare manifeſtum eſt quõ politia inſtituẽda eſt ex populari ſtatu ⁊ paucoꝝ quãtum ad perſonas que debent aſſumi ad pꝛincipatum. Deinde cum dicit.

¶ Tertius ꝟo ex duobus iuſſis: hoc quidẽ ex populari lege: illo aũt ex paucoruꝫ gubernatione. Dico aũt tale aliquid videtur populare quidẽ magiſtratus ſoꝛtiri. Paucoꝝ aũt gubernationis eligere: ⁊ populare nõ ex cenſu tribuere: Paucoꝝ autẽ ex cenſu: Optimatuꝫ igit ac ciuile ab utraqꝫ utrũqꝫ accipere: ex Paucoꝝ quidem gubernatione electiuos facere Magiſtratꝰ: ex populari aũt ſumere nõ per cẽſum.

¶ Declarat rationem mixtionis politie quantum ad inſtitutionem perſonarum que debent aſſumi ad pꝛincipatum: ⁊ dicit ꝙ tertia ratio mixtionis eſt quantuꝫ ad modum eligendi ſiue inſtituendi perſonas per ꝑncipãtes: diuerſus enim eſt modus eligendi in ſtatu populari ⁊ paucoꝝ. In populari enim lex fuit ꝙ per ſoꝛteꝫ acciperent ꝑncipantes ⁊ nõ ẜm honorabilitateꝫ magnã diuitiaruꝫ. In paucoꝝ ꝟo fuit lex ꝙ acciperent ẜm leges ⁊ ẜm dignitates diuitiarum. Accipere autẽ aliqđ ab utraqꝫ politicum ⁊ optimatum ſtatui cõuenit. malum enim eſt ꝙ oẽs accipiant per ſoꝛtem: ⁊ etiam malum eſt ꝙ oẽs accipiant ẜm honorabilitatem diuitiarum: ⁊ ideo utrũqꝫ iſtoꝝ dimittẽdum eſt. Sed accipiatur ab potẽtia paucoꝝ ꝙ accipiẽdi ſunt per electioneꝫ ⁊ ꝙ nõ ẜm aliquam honorabilitatem diuitiarum: ſed per ſoꝛtem ex populari ſtatu ⁊ tunc erit politicũ. Quare manifeſtum eſt quõ politia cõponit ex Populari ⁊ paucoꝝ quantum ad modum inſtituendi ꝑſonas pꝛincipantes. Deinde cum dicit.

¶ Modus igitur admiſcẽdi talis: bene aũt admiſcuiſſe popularẽ ⁊ paucoꝝ gubernationem. Finis eſt quãdo eadeꝫ Reſp. dici põt popularis ⁊ paucoꝝ gubernatio.

¶ Declarat quis eſt terminus ⁊ ratio bone mixtionis. Scđo manifeſtat per exẽplum ibi [Patet enꝫ.] Tertio declarat quid opoꝛtet obſeruari in politia bñ mixta: ibi [Opoꝛtet enim ⁊c.] In pꝛima dicit ⁊ ꝙ ratio ⁊ terminus bone mixtionis paucoꝝ ſtatꝰ ⁊ popularis in politia aliqualiter quãdo cõtingit dicere ꝙ Reſp. que mixta eſt ex ſtatu paucoꝝ ⁊ populari. Et tunc bñ mixta eſt Reſp. ex illis quando in Rep. apparent ille due. Hoc enim cõtingit qꝛ mixta eſt ex illis. In mixto enim manent miſcibilia aliqualr ⁊ in medio extrema. Mediuꝫ enꝫ cõparatuꝫ ad utrũqꝫ extremoꝝ apparet eſſe utrũqꝫ. Tunt igit bene mixta eſt Reſp. ex paucorũ ⁊ multoꝝ ſtatu qñ in Rep. apparet paucoꝝ ⁊ multoꝝ Reſp. Deinde cum dicit.

¶ Patet enim hoc accidere dicẽtibus eas bene eſſe cõmixtas: accidit hoc etiam medio. Cõſpicit nãqꝫ in eo utrũqꝫ extremorum: qđ contingit Lacedemonioꝝ Reip. Sunt enim ꝑmulti qui aggrediunt dicere eam eſſe popularẽ: ꝓpterea ꝙ populariter cõplura in illa ſunt cõſtituta pꝛemium circa educationẽ pueroꝝ. Pari modo diuitum filij educant ⁊ pauperũ: ⁊ erudiunt per eum moduꝫ per quem ualeãt pauperum filij erudiri. Silrqꝫ in ſequẽti etate cũ viri facti ſunt. In nullo enim magis ꝯſpicuus diues qꝫ pauper. Cibi quoqꝫ ijdem utriſqꝫ in comeſſationibus. Ueſtitu etiã tali diuites utunt: qualem ⁊ pauperũ quiuis habere põt. Pꝛeterea duoꝝ maximorũ Magiſtratuũ alterũ eligit populus: alteꝝ gerit. Senatores enꝫ per populũ eligunt. Ephori aũt ex popularibus cõſtituũtur. Alij ꝟo dicunt eſſe illã paucoꝝ gubernationẽ: qm̃ multa habeat que paucoꝝ potẽtiã aſſerãt: ceu oẽs dignitates per electionẽ ꝯferri: per ſoꝛtẽ ꝟo nullã. Et inſup apđ paucos ptãtem eẽ necãdi: ⁊ in exiliũ pellẽdi: ac cetera huiuſmodi permulta.

¶ Declarat per exẽplũ. Et dicit ꝙ in Rep. Lacedemo-

Tho.

nioꝝ manifeſtuꝫ eſt ꝙ in Rep. appet popularis ⁊ paucoꝝ: qꝛ multi dicunt ꝙ illa Reſp. eſt popularis: qꝛ habet multa de ſtatu illo. Verbi gratia. Primo ſilr ſe habet circa nutritionem ſicut popularis. Pueri enim in Lacedemonia diuitum ⁊ egenoꝝ eodē modo ⁊ ex eiſdem alimētis nutriunt: ſilr eodeꝫ modo erudiunt ⁊ illo modo quo poſſunt erudiri pauperū filij. Silr in ꝯſequēti etate cuꝫ facti ſunt viri eodem modo ſe hn̄t ſicut diuites. In alimētis enim ⁊ ueſtimētis nō eſt diuerſitas inter pauperē ⁊ diuitem: talibꝰ enim induunt diuites quibus paupes pn̄t ſi uolunt. Iteruꝫ hēbant duos magnos principatus populares: populus enim eligebat principē in vno p̄ncipatu. Eligebant enim ſenes a populo. Ad p̄ncipatuꝫ aūt quēdaꝫ attingebat populus. ſ. ad p̄ncipatuꝫ Ephoroꝝ. Et dicit principatꝰ iſte eoꝝ qui ptātem hn̄t ꝯuocandi multitudineꝫ ⁊ exequēdi per eam que ad ip̄m ptinēt: ſic igit apparet ꝙ reſp. Lacedemonioꝝ videbat eſſe quibuſdā popularis alijs videbat eſſe paucoꝝ. ſ. ꝙ oēs Principātes aſſumunt per electionem ⁊ nullus per ſortem. Item pauci erant principātes quātuꝫ ad ꝯdēnationem mortis ⁊ relegationem: ⁊ ſilr quātuꝫ ad alia talia. Sic igit apparet ꝙ in Rep. cōmuni noīe noīata debēt apparere popularis ⁊ paucoꝝ ſtatus. Deinde cum dicit.

¶ Oportet eni in Rep. bn̄ tēperata utrūqꝫ videri in eſſe: ⁊ neutrū: ⁊ ꝯſeruari per ſeipſam nō aliunde: ⁊ per ſeipſaꝫ nō per alios multos extraneos qui uelint. Nā ⁊ praue Reſp. hoc pōt ꝯtingere. Sed ne uelle quideꝫ gubernationē alterā quoquomō partiuꝫ ciuitatis oīno: quēadmodū igit oporteat Remp. ꝯſtituere: ⁊ ſilr illas que appellant optimates dictum eſt.

¶ Oñdit qd opꝫ obſeruari in Rep. Et dicit ꝙ in Rep. bene mixta ex populari ⁊ paucoꝝ ſtatu opꝫ ꝙ utrunqꝫ extremoꝝ eē videat ⁊ neutrum. Opꝫ qdeꝫ ꝙ utrunqꝫ videatur: qꝛ in mixto manēt aliquo modo miſcibilia. Quare ſi bene fuerit mixta Reſp. ex illis opꝫ ꝙ in rep. aliquo modo appareat paucorum ſtatus ⁊ popularis. Item nō opꝫ ꝙ neutruꝫ videat. ſ. ſm actuꝫ. nā in mixto nō ſaluant miſcibilia ſm actus ꝓprios. Et ideo in Rep. non debet apparere ſtatus paucoꝝ ſimplr ⁊ ſm actum ſuuꝫ ſimplr: nec popularis. Item opꝫ hic obſeruari ꝙ Reſp. ſit talis ꝙ per ſeipſam poſſit ſaluari: non per aliud extrinſecuꝫ: ſed per ſe. Nō ex eo ꝙ ſint aliqui plures extrinſeci qui uelint ſaluationē eius: qꝛ hec pōt ineſſe tyrānidi uel alicui alij praue uel male ordinate. Sed opꝫ ꝙ ſaluet ꝓpter hoc ꝙ nulla pars huiꝰ Reip. uelit aliam Remp. ſed tm̄ iſtam. Et tunc recapitulat ⁊ dicit ꝙ patet qualiter ſe habet Reſp. ſilr qualiter ſe hn̄t ſtatus Optimatuꝫ mixte: dictum eſt.

r

Eſtat nunc ut de Tyrannide dicamus: nō ꝙ multis uerbis indigeat ſed ut habeat in hoc tractatu locū ſuuꝫ. Qñquidē hāc quoqꝫ poſuimus partem eſſe aliquā publice gubernationis.

¶ Poſtqꝫ phs determinauit de Rep. qualiter mixta eſt ex ſtatu paucoꝝ ⁊ multoꝝ: ⁊ qualiter habet īſtitui: determinat de tyrānide. Et diuidit in duas. In p̄ma premittit intētum ſuum. In ſcḋa ꝓſequitur: ibi [De regno ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ poſtqꝫ determinatum eſt de Rep. cōmuni noīe noīata. Dicēduꝫ eſt de tyrānide nō ꝙ debeat fieri ſermo ꝓlixus de ea: eſt enim Reſp. peſſima. Et ideo breuiter dicēduꝫ eſt de ipſa ut hēatur pars quedā p̄ſentis tractatus. Intētio eniꝫ phi in iſto libro eſt determinare de rep. Tyrānis eſt reſp. quedā ideo dicēdum eſt de ipſa. Deinde cum dicit.

¶ De regno igitur determinauimus in ſuperioribꝰ libris: ubi tractatū eſt a nobis nūquid regia gubernatio utilis foret ciuitatibus: an inutilis: ⁊ quaꝫ ⁊ vnde conſtituere oportet ⁊ quomodo.

¶ Proſequit ⁊ qꝛ Tyrānis eſt tranſgreſſio a regno: recolligit p̄mo quedā determinata de regno. Scḋo ꝓſequit de ipſa ibi [Tyrānidis vō ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ in p̄cedentibus dictum eſt de Monarchia Regali ubi cum cōſideratuꝫ eſt de ipſa monarchia utrum ciuitatibus expediat vnum principari aut nō expediat. Et dato ꝙ expediat: ꝯſideratum fuit qualem vnuꝫ: qm̄ optimum: ⁊ vnde aſſumēdus eſt quoniā ex optimis viris ⁊ qualiter. Deinde cum dicit.

¶ Tyrānidis vō ſpēs duas ibidem diſtinximus. Propterea ꝙ earū potētia quodāmodo alterat ad Regiā gubernationeꝫ: ex eo qꝛ ambe ptātes iſte ſunt ſm leges. Nā ⁊ apud quoſdā Barbaroꝝ eligūtur aliqui ad gubernādū ſoli cuꝫ abſoluta oīmodaqꝫ ptāte. Et apud Grecos eodem modo quidā eligebant qui ſoli gubernarent: quos uocabāt Eſynetas. hn̄t vō hec inter ſe differētias quaſdā erāt enim Regie: ex eo qꝛ ſm leges ⁊ ex eo qꝛ uolētibus imperabāt. Tyrānice aūt ex eo qꝛ pro arbitrio dominationem exercebant.

¶ Proſequit de Tyrannide. Et p̄mo ponit duos modos eius quos poſuit p̄us capitulo de Regno: Scḋo ponit modū vnuꝫ qui ꝓprie dicit Tyrānis: ibi [Tertia ſpēs ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ due ſunt ſpecies Tyrānidis de qbus dictum eſt ſuperius cum de Regno determinaret que ualde ſunt ꝓpinque Monarchie Regali ꝓpter potētiam quam hn̄t p̄ncipantes ſm illas ſupra ſubditos: ⁊ p̄ncipantes ſm iſtas ſpecies p̄ncipant ſm Leges qḋ ptinet ad Monarchiam Regalem. Eſt eni vna iſtarum ſpecierum ſm quam in qbuſdam Ciuitatibꝰ Barbaroꝝ aſſumit Monarcha qui regit eos ſm leges ⁊ ꝯſuetudinē. Eſt aūt ꝯſuetudo eoꝝ ꝙ aſſumant ſibi Monarchā uel per electionem uel per ſucceſſionē qui regat eos ſm leges. Scḋa ſpēs eſt ſm quaꝫ aliqui eligunt ſibi principem ad fugandum inimicos ſm ꝙ apud Grecos olim eligebant quidaꝫ qui uocabantur Eſynete. Iſti enim eligebant quoſdaꝫ in principes ad fugandum aduerſarios. Iſte aūt due ſpēs hēbant in ſe quedā oppoſita ⁊ differētia: qꝛ videlꝫ cuꝫ regerent hꝰꝛ reges ſm leges ⁊ uolentibus imparent: erant eoꝝ monarchie regales: cuꝫ vō p̄termiſſis legibus ſm quas regere debebāt plena ptāte ſm arbitrium ſuum dn̄arent Tyrānice regnabant: ⁊ Monarchie ille Tyrannides erant. Deinde cum dicit.

¶ Tertia ſpēs Tyrānidis que maxime ꝓprie videt id nomē hēre. Oppoſita eſt regie poteſtati abſolute. Nā neceſſe eſt tyrānidem illā que nullis ſubiaceat legibus: ⁊ dn̄et parium ac melioꝝ ad ꝓpriā utilitatē non ad utilitatem ſubditoꝝ. Quapropter inuolũtaria eſt cuꝫ nemo liber ſponte ſua ferat huiuſmodi ſeruitutẽ. Spẽs igitur tyrannidis tot ⁊ tales ſunt.

¶ Ponit modum qui ꝓprie dicit᷑ Tyrannis. Et dicit. ꝙ tertia ſpecies que ꝓprie ⁊ maxime videt᷑ eẽ Tyrannis videt᷑ eſſe cõuertibilis cum Monarchia Regali p̄mo ⁊ p̄ncipalr̃ dicta: nõ ꝙ ſit eadem illi: ſed per oppoſitũ. Quia ſicut in Regno p̄ncipat᷑ vnus ſm uoluntatem ſuã ⁊ rõne ordinata ad utilitatem ſubditoꝝ: ſic in iſta principat᷑ ſm uoluntatem ſuã. Eſt aũt hꝰᵒⁱ tyrãnis nullis ſubiacẽs legibꝰ incorrigibilis principatus ſimiliuꝫ ⁊ melioꝝ ꝓp bonũ ſuũ nõ ꝓp bonuꝫ ſubditoꝝ. In iſta aũt diffõne p̄ncipatus eſt loco gñis icorrigibilis loco differẽtie. Et dicit᷑ icorrigibilis: qꝛ nõ eſt natꝰ corrigi. Illud enim dicit᷑ corrigibile qđ a diſpõne praua ad bonã põt mutari ſaluata natura eius: nunc aũt iſte p̄ncipatus ita peſſimus eſt ꝙ a diſpõne ſua praua ad bonaꝫ nõ põt mutari ſaluata eius natura: imo corrũpent᷑ per pariũ ⁊ meliorum tangit᷑ materia principatus. Sunt enim in iſto p̄ncipatu equales ⁊ liberi ⁊ virtuoſi. Cauſam finalem tangit cum dicit ꝓpter bonum proprium nõ ſubditoꝝ. Ex quo ſequit᷑ ꝙ iſte Principatus nõ eſt uoluntarius: qꝛ nullus liber uoluntarie ſubicit᷑ tali p̄ncipatui. Et ratio huiꝰ eſt. Quia nullus qui eſt bñ diſpoſitus ſm naturam ⁊ inclinat᷑ ad virtutem vult ſubici ei qui p̄ncipat᷑ nõ ſm virtutem: ſed ꝓpter bonum ꝓprium. imo magis inclinat᷑ ad p̄ncipandum ſimplr̃ qꝫ ſubiciẽdum. Nunc aũt liber bene diſpoſitus eſt ſm naturam ⁊ inclinat᷑ ad virtutem. Ergo manifeſtuꝫ eſt ꝙ nõ vult ſubici ei qui nõ p̄ncipat᷑ ſm virtutem: ſed inclinatur magis ad p̄ncipandum. Sed Tyrannis p̄ncipatur nõ ſm virtutem. quare manifeſtuꝫ eſt ꝙ Principatus iſte inuolũtarius eſt. Dixit aũt liberoꝝ ꝓpter Pricipatum ſeruilem. In illo enĩ Principatu ſubditi ſubiciuntur Tyranno uoluntarie: qꝛ inclinant᷑ ad ſubiciẽdum tali Principatui: ſicut in p̄ncipatu Barbaroꝝ. Ulterius ꝯcludit ꝙ he ⁊ tot ſunt ſpecies Tyrannidis ⁊ ꝓpter cauſas dictas.

q Ue ꝟo ſit optima Reſp. ⁊ que vita optima pluribꝰ ciuitatibus ⁊ hominibus neqꝫ per virtuteꝫ indicãt que ſupra vulgus emergat: neqꝫ per doctrinã que igenio idiget ⁊ adiumentis externis: neqꝫ per gubernationẽ que ad uotũ fiat: ſed vitã eam ꝓbãt quã plurimi cõſeq poſſint: ⁊ gubernationẽ eã quã plurime ciuitates ualeãt recipe: nã quas uocãt optimates de quibus modo diximus partim exterius cadũt plurimis ciuitatibꝰ: partim appropinquãt illi que Reſp. uocatur. Quãobreꝫ de ambabus tanqꝫ vna ſit dicẽdum eſt. Iudiciuꝫ aũt de omnibus iſtis ex eiſdem principijs eſt.

¶ Poſtqꝫ phs determinauit de Rep. cõi noīe noĩata: ⁊ de Tyrãnide declarat que ſit optima Reſp. pluribꝰ ciuitatibꝰ ⁊ pluribꝰ hoibꝰ ſimplr̃. Et diuidit᷑ in duas. In p̄ma dat intentuꝫ ſuuꝫ. In ſcđa ꝓſequitur: ibi[Si recte ⁊c̃.] In prima dicit ꝙ poſtqꝫ determinatum eſt de rep. ⁊ tyrãnide: dicẽduꝫ eſt que eſt optima reſp. ⁊ que eſt optima vita pluribꝰ ciuitatibꝰ ⁊ pluribꝰ hoibus: ⁊ non dicẽdum eſt nobis que eſt optima vita ſimplr̃ ſm ueritatem in cõparatione ad ſimplices ⁊ idiotas. i. ſm quas ſimplr̃ viuũt. Nec dicẽdum eſt que eſt optima vita in cõparatione ad diſciplinam eſt enim ſpeculatiua. Iſte enim indigẽt bona iclinatione nãli ⁊ bono ſucceſſu fortune. Iſta aũt hẽre difficile eſt. Iterum nõ dicendum eſt de rep. optima que eſt ſm uoluntatẽ ⁊ electionem ſimplr̃. Sed dicẽdum eſt de vita optima que poſſibilis eſt pluribus hoibus ⁊ ciuitatibus. ⁊ de Rep. ad quã poſſunt ꝑtingere plurime ciuitates. Status autẽ optimatũ de qbus dictum eſt p̄us. ſ. ille que ſunt ſimplices ⁊ mixte que magis accedũt ad ipſam non ſunt poſſibiles multis ciuitatibus: ſed magis cadunt extra optimuꝫ pluribus ciuitatibus. Quidã aũt magis appropinquãt ei quã dicimus remp. Et ideo de illis optimatibus ⁊ de hac rep. dicẽduꝫ eſt ſicut de vna rep. qꝛ ex eiſdem p̄ncipijs ſit iudiciuꝫ de ipſis. Et iſte due ſunt optime ⁊ poſſibiles pluribus ciuitatibus ⁊ hoibus de quibus nunc dicẽdum eſt. Deinde cum dicit.

¶ Si recte dictuꝫ fuit in Ethicis vitaꝫ beatam eſſe ſm virtuteꝫ nõ impeditã. Uirtutem aũt ipſaꝫ eſſe mediocritateꝫ. Neceſſe eſt mediuꝫ eẽ vitã optimã eius quã ſinguli adipiſci ualeant mediocritatis.

¶ Proſequit᷑: Et p̄mo oñdit que ſit optĩa vita ⁊ Reſp. poſſibilis pluribus Ciuitatibꝰ. Scđo qualr̃ alie Reſp. ſe hñt ad iſtam: ibi[De alijs aũt ⁊c̃.] Prima in tres. In p̄ma oſtendit que ſit optima vita hominis. Scđo ꝙ iſta eadem eſt Reip. poſſibilis pluribus Ciuitatibꝰ: ibi[Et has ⁊c̃.] In tertia que ſit optima Reſp. poſſibilis pluribus Ciuitatibus: ibi[In cunctis ⁊c̃.] In p̄ma dicit ꝙ ſicut dictum eſt in libro Ethicoꝝ. Optĩa vita hominis eſt operatio ſm virtutem nõ impedita. Non enim ꝯſiſtit in actu p̄mo: qꝛ exñs in actu p̄mo in potentia eſt ad 2ᵐ actum: ergo nõ eſt ꝑfectus ſimplr̃. Sed felix ꝑfectus eſt ſimplr̃ nec in habitu: qꝛ in potentia eſt ad actuꝫ ſcđm: quare ꝯſiſtit in oꝑatione ultima: qꝛ illa nõ eſt amplius in potẽtia ad aliã: ſed virtus eſt medietas quedã. Eſt eniꝫ habitus electiuus in mediocritate exñs determinata rõne ⁊ ut ſapiens determinabit. Quare optima vita hois eſt vita media: ⁊ loqmur de tali medietate que poſ'is eſt hoibꝰ. Deide cũ dic.

¶ Et has oẽs diffinitiones neceſſe eſt eſſe circa ciuitatis virtutẽ: vitiũ ⁊ rempublicã. Eſt eniꝫ reſpublica vita quedã ciuitatis.

¶ Declarat ꝙ idem eſt terminus ⁊ eadem ratio Ciuitatis ⁊ Reip. ⁊ virtutis uel malitie. Et dicit ꝙ eadem eſt rõ ciuitatis bone ⁊ reip. bone: ⁊ ciuitatis male ⁊ reip. male. Et ratio eſt. qꝛ reſp. cõparat᷑ ad ciuitateꝫ ſicut vita. Eſt eniꝫ reſp. ordo ciuitatis. Ordo aũt vita eſt quedam eius cuius eſt. Ideo reſp. vita ciuitatis. Et ſicut ceſſante vita ceſſat illud cuius eſt. ſic ceſſante reſp. ceſſat ciuitas. Sicut ergo eadem eſt ratio vite ⁊ illius cuius eſt ⁊ ꝑfectionis ⁊ illa cuius eſt: ſic eadem eſt ratio reip. bone ⁊ ciuitatis bone. De mala repub. ⁊ ciuitate mala non probat: quia apparet ex eo qđ dictum eſt de bona rep. Deinde cum dicit.

¶ In cunctis aũt ciuitatibꝰ ꝑtes ſunt tres. Naꝫ alij diuitijs excellunt. Alij pauꝑtate nimia dep̃muntur. Alij ſunt inter hos medij. Cum igitur cõfeſſi ſimus mediocritatem ⁊ medium eſſe optimuꝫ palam ꝙ bonoꝝ fortune mediocris poſſeſſio eſt optima omniuꝫ exiſtimanda.

¶ Probat que ſit optima reſp. pluribus ciuitatibꝰ. Et

Tho.

primo probat que ſit optima ciuitas. Scđo concludit que ſit optima Reſp. ibi⌊ Patet igitur ꝛc. ⌋ Adhuc prima in duas. Primo oſtendit ꝙ Ciuitas eſt optima que eſt ex medijs. Secũdo ꝙ talis Ciuitas bene ſaluat̃ ibi⌊ Conſeruat̃ ꝛc. ⌋ Adhuc p̄ma in duas. Primo oñdit qui ſunt optimi ciues quoniā medij. Secũdo que optima ciuitas: ibi⌊ Uult quidem ꝛc. ⌋ Ad hec p̄mo concludit ex p̄cedentibus ꝙ medij ſunt optimi ciues. Scđo probat per rõnes: ibi⌊ Hec enim ꝛc. ⌋ In p̄ma dicit dictum eſt ꝙ eadem eſt ratio bone Reip. ⁊ bone ciuitatis. Sunt aũt ciuitatis tres partes. Quidā eniꝫ ſunt opulenti ualde. Quidā egeni ualde. Alij ſunt medij qui nec nimis diuites nec nimis pauperes ſunt: ſed medio modo ſe habent. Cum igitur omnes concedant ꝙ medium eſt optimum qm̃ vita ſ̄m virtutem eſt optima virtus etiam eſt in medio: manifeſtum eſt ꝙ medij in ciuitate ſunt optimi ⁊ poſſeſſio ipſoꝝ media exiſtēs optima eſt inter ceteros. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Hec enim facilis eſt ad obedientiā mandatoruꝫ. At enim ſi moduꝫ excedant in alterutrā partem: ceu ſi forma: ſi viribus: ſi nobilitate generis: ſi diuitijs: uel his cōtrarijs: ceu paupertate nimia: ſi imbecillitate egregia: ſi ignominia multa: difficile eſt ut rationi obediant. Fiunt enim iſtorum alij ſuperbi ⁊ delinquentes aperte in rebꝰ magnis. alij occulte praui: ⁊ in rebus exiguis fraudatores. Iniurie ꝟo īferunt̃ qñqꝫ per cōtumeliam. quādoqꝫ per dolum.

¶ Probat hoc per rõnes. Et diuidit̃ in quatuor ſ̄m ꝙ probat per quatuor rõnes. Scđa ibi⌊ Inſup ꝛc. ⌋ Tertia ibi⌊ Preterea qui bonis ꝛc. ⌋ Quarta ibi⌊ Que autem ꝛc. ⌋ In prima intendit iſtam rationē. Illi ſunt optimi ciues qui facillime obediunt rationi: ſed medij in ciuitate facillime obediũt rationi non autem extremi: ergo medij ſũt optimi ciues. Huiuſmodi rõnis minorem ponit in littera. Et declarat eaꝫ. Ponit autem minorem dicens ꝙ media pars ciuitatis facillima eſt ad obediēdum rõni non extremi: ⁊ ille qui excellit alios in pulchritudine uel in fortitudine: uel in nobilitate: uel in diuitijs: non de facili obedit rationi. Iterum ille qui nimis egenus eſt aut ſupdebilis uel multum vilis nō de facili obedit rationi. Et ratio huius eſt. quia ille qui excedit uel in pulchritudine: uel fortitudine: uł nobilitate: uel diuitijs: alios cōtēnit ⁊ fit iniurioſus ⁊ inclinatur etiam ꝓpter exceſſum alicuius iſtoꝝ ad inordinatas delectationes ⁊ ſunt nequaꝫ magis: qꝛ iſta eos faciunt declinare ab eo qđ eſt ſ̄m rõnem rectam. Egeni aũt ualde debiles uel viles deficiunt a rõne ⁊ fiunt auari ⁊ in paruis nequā ualde. Circa qđ intelligēdum eſt ꝙ aſtutia eſt inclinatio ad inueniēduꝫ diuerſos modos ⁊ vias ad finem non rectum. Actus auteꝫ qui ꝓcedit ex hoc dī dolus uel fraus ad nocēduꝫ alijs. Et ſ̄m ꝙ eſt ad nocēdū alij in rebus fraus dī ſ̄m ꝙ in ꝑſona uel fama dolus. Iſti aũt ſupegeni diuerſos modos ⁊ diuerſas vias īueniũt: ⁊ ꝗbus poſſint hr̄e diuitias uel potentiam uel aliud tale preter rationem. Propter qđ manifeſtuꝫ eſt ꝙ ſunt aſtuti ⁊ nequā in paruis ualde. Sed iniuriarum quedam fiunt propter aſtutiaꝫ ut propter contemptuꝫ uel contumeliam quedam: aut propter iniuriam. Quare manifeſtuꝫ eſt ꝙ extremi difficili obediunt rõni. Deinde, cum dicit.

¶ Inſup hi minime circa gubernationem Reipublice afficiuntur minimeqꝫ conſulunt. Hec autem utraqꝫ damnoſa ſunt ciuitatibus.

¶ Ponit ſecundam rationem: ⁊ eſt. Illi ſunt optimi in Ciuitate qui amant Pricipes ⁊ Magiſtratus curant ac bene conſulunt bono Reipublice: ſed medij amant Principes: nō aũt extremi. Illi enim qui ſunt excellēter diuites nō amant ipſos: nec conſequenter bene cōſulunt: hec autem Reipublice damnoſa ſunt. Iſti pauperes etiam principes non amant: quia opprimi reputant ſe ab eis. Quare manifeſtū eſt ꝙ extremi nō ſunt optimi ciues. Deinde cum dicit.

¶ Preterea qui bonis fortunis ſuperabūdāt: ceu opibus: diuitijs: amicis: ⁊ alijs huiuſmodi: nec imperium cuiuſqꝫ pati uolūt neqꝫ ſciunt: ⁊ hoc ſtatim domi eorum natis exiſtit. Propter delitias eni ne in ſcholis ꝗdem p̄ceptoribꝰ obedire cōſueuerũt.

¶ Ponit tertiam rationem. Et dicit ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ extremi in Ciuitate non ſunt optimi ciues ſed medij: quia illi qui excedunt alios in bonis fortitudine ſicut in diuitijs: potentijs: ⁊ in amicis: ⁊ in conſimilibus nec ſubijci uolunt alijs: nec ſciunt. Et hoc ineſt ſtatim eis a pueritia. Nam a pueritia in delitijs nutriti ſunt. Et ideo doctoribus non ſunt aſſueti ſubijci propter hoc non ſubijci eis uolunt: quia non poſſunt inclinari ad oppoſitum eius ad quod inclinantur ex aſſuetudine: ſed ſtatim ex natiuitate inclinantur ad oppoſitum eius qđ eſt ſubijci. Et ideo etiaꝫ addiſcere nolunt. Illi etiam qui excellenter egeni ſunt intantum ſunt humiles ꝙ neſciunt principari: ſed ſubijci etiam ſeruili Principatu. nam ſubijciuntur principatu deſpotico qui eſt domini ad ſeruum. Si igitur ciuitas ſit ex iſtis: erit ex ſeruis ⁊ dominis: ſed iſta inconuenientia ſunt. Quare manifeſtum eſt ꝙ extremi nō ſunt optimi Ciues: relinquit̃ igit̃ ꝙ medij. Deide cū dicit.

¶ Qui autem eorum ſunt in indigentia nimia conſtituti: deiecto nimium animo vileſqꝫ exiſtunt. Ex quo fit ut alij Magiſtratum gerere neſciant: ſed ad parenduꝫ ſeruiliter ſint apti. Alij ꝟo ſibi imperari nullo modo patiātur. ſed ipſi alijs tanq̃ꝫ domini uolunt imperare. Efficitur ergo ſeruorum ⁊ dominoꝝ ciuitas. Non auteꝫ liberoꝝ ⁊ alioꝝ inuidentium: alioꝝ ſpernētium: qđ plurimuꝫ abeſt ab amicitia ⁊ ciuili ſocietate. Nā ſocietas amicabile quiddā eſt: cum inimicis enim ne viam quidē cōmunicare uolunt homines.

¶ Ponit quartam rationeꝫ. Et dicit ꝙ illi qui inuident alijs ⁊ contēnunt alios nec Magiſtratus gerere ſciũt nō ſunt optimi Ciues. Sed egeni ualde inuident alijs nec Magiſtratus gerere ſciunt: Diuites etiam ualde contemnunt eos qui ſunt etiam contra rationeꝫ Reipub. medij non. quare extremi nō ſunt optimi Ciues ſed medij. Huiuſmodi rationis ponit minorem p̄mo dicens ꝙ illi qui ſunt de numero egenorum inuidentes ſunt. Illi autem qui ſunt de numero excedentium in bonis fortune contemnentes ſunt alios: ⁊ hoc apparet. Diuites enim ⁊ potentes videntes ſe habere ea que non habent alij illos deſpiciunt ⁊ contemnunt. Egeni ⁊ deficientes videntes ꝙ non habēt ea que alij habent inuident illis. Sed medij non. Quia eni ad ſufficientiam habent non inuident: non contẽnunt autẽ quia non ſunt ualde excedentes. Inuidere v̄o ⁊ cõtemnere ſunt ꝯtra rationem reip. qđ declarat. Quia amicitia neceſſaria eſt in ciuitate. Nam cõmunicatio amicitia quedam eſt: quia inimici cum inimicis participare nolunt in nūmis: etiaꝫ in via. Sed inuidia ⁊ cõtẽptus ſunt contra rationem amicitie: quare ſunt contra rationem reip. Manifeſtum igitur ꝙ extremi non ſunt optimi ciues ſꝫ medij iter extremos. Deinde cū dic̄.

¶ Vult quidem ciuitas ex paribus ac ſimilibus eſſe quãtuꝫ fieri poteſt. Hoc aūt maxime exiſtit medijs. Itaqꝫ neceſſario fit ut hiꝰ ciuitas optime gubernetur ex quibus diximus natura conſtare ciuitatem.

¶ Poſtq̃ philoſophus determinauit qui ſunt optimi ciues quoniam medij: declarat que eſt optima Ciuitas: quoniaꝫ illa que eſt ex medijs. Et dicit ꝙ Ciuitas debet ⁊ vult eſſe ex equalibus maxime. Sed tales ſunt medij: ſicut ꝓbatū eſt: ergo ciuitas optima eſt que eſt ex medijs. Et propter hoc manifeſtum eſt ꝙ talis ciuitas optime gubernatur. Illam enim neceſſarium eſt optime gubernari que eſt conſtituta ex his ex quibus Ciuitas optima naturaliter cõſtituitur. talis autem eſt que dicta eſt: ergo ⁊c̄. Deinde cum dicit.

¶ Cõſeruantur quoqꝫ in ciuitatibꝰ iſti maxime ceteroruꝫ ciuium. Neqꝫ enim aliena ꝯcupiſcunt ut faciunt pauperes. neqꝫ eorum bona capiunť ab alijs ut accidit diuitibus. Et quia neqꝫ inſidianť alijs: nec alij ipſis: ſine periculo degunt.

¶ Declarat ꝙ talis ciuitas bene ſaluatur ⁊ ſine periculo viuūt. Et primo oſtẽdit ꝙ bene ſaluať. Scđo ꝙ viuūt ſine periculo: ibi [Quapropter bene ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ iſti medij ex q̄bus componiť ciuitas optima maxime ſaluanť in ciuitate: ⁊ hoc apparet: qꝛ ipſi nõ ꝯcupiſcunt aliena ſicut pauperes. Habẽt eni ad ſufficiẽtiã ⁊ ideo nõ deſiderãt aliena ꝓpter qđ alijs nõ inſidianť. Pauperes v̄o qꝛ deficientes ſunt deſiderant aliena ⁊ ideo inſidianť diuitibus. Medij v̄o non: qꝛ nõ habẽt ſuꝑabūdantiam diuitiarum: ⁊ ideo medij nec inſidiantur alijs nec alij ipſis: tales autẽ maxime conſeruanť: quare manifeſtū eſt ꝙ Ciuitas que eſt ex medijs maxime conſeruatur. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter bñ optauit Phocylidas multa mediocribꝰ optima: mediocris eſſe uolens in Ciuitate.

¶ Oſtẽdit ꝙ viuūt ſine periculo. ⁊ dicit ꝙ medij: qꝛ nullus inſidiať ipſis nec ipſi alijs inſidianť ſine ꝑiculo viuunt. Et ꝓpter hoc Phocylides rõnabiliter deſiderauit medius eſſe in ciuitate: vidẽs ꝙ medij ſunt in Ciuitate optimi: vnde dixit medius in ciuitate uolo eſſe. Deinde cum dicit.

¶ Patet igiť ꝙ ciuilis ſocietas optima eſt que per mediocres fit: eaſqꝫ ciuitates recipere ut optime gubernẽtur: in quibus mediocres plurimi ſunt ac plus poſſunt: maxime quidẽ ambabus uel ſaltẽ altera parte. Hec eni addita preualere facit ⁊ prohibet contrarios exceſſus fieri.

¶ Oſtẽdit ꝙ reſp. que eſt ex medijs eſt optima. Et diuidiť in duas. In prima infert ex dictis ꝙ reſp. media eſt optima. Secundo probat hoc per ſigna ⁊ effectus: ibi [Quod autem ⁊c̄.] Adhuc prima in duas. In prima facit qđ dictum eſt. In ſecunda infert correlarium: ibi [Quapropter.] In p̄ma dicit ꝙ quia ciuitas optima eſt que eſt ex medijs. manifeſtum ꝙ reſp. optima eſt ex medijs: ⁊ ille ciuitates que multos habent medios habent remp. optimaꝫ. Et ratio huius eſt. Quia pars media ciuitatis ualẽtior ⁊ melior eſt q̃ alie due partes diuiſim: quia ſi vna pars preter rationem uelit opprimere aliam partem: ſicut ſi diuites pauperes uelint opprimere: pars media adiungit ſe pauperibus ⁊ cum illis reprimit malitiam diuitum. Si auteꝫ pauperes uelint inſurgere contra diuites preter rationẽ: medij iungūt diuitibus ſe ⁊ reprimunt pauperes. Et ideo medij prohibent exceſſus in ciuitate. Talis autẽ reſpublica optima eſt. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter ualde optandum eſt ut hi qui in rep. uerſanť facultates habeant mediocres ac ſufficientes. Naꝫ ubi alij nimis multa poſſident: alij nihil: uel plebes infima inſurgit: uel paucoruꝫ potentia illa extrema uel Tyrãnis: ꝓpter utrūqꝫ ſexum. Ex populari eni ſtatu nimiū ſuperbo: ⁊ ex paucoꝝ potentia ad Tyrãnidem deuenitur. Ex mediocribꝰ aūt ac ꝓpe paribꝰ multo minus. Cuius rei cauſam poſtea ubi de mutationibus tractabitur dicemus.

¶ Infert vnum correlariuꝫ. Et dicit ꝙ manifeſtuꝫ eſt ex dictis ꝙ ex quo ciuitas eſt optima que eſt ex medijs ꝙ maximum bonuꝫ eſt ꝙ in ciuitate gubernãtes habeãt ſubſtantiam mediaꝫ ⁊ poſſeſſiones medias. Quia ubi ſunt qui ualde excedunt in diuitijs: aut indigẽtes ualde: erit ibi aut ſtatus popularis: aut paucorum intemperatus in quo pauci diuites ualde dominãtur ſm̄ uoluntatem ſuam: aut erit Tyrannis propter ambos exceſſus, ſ. diuitiarum ⁊ egeſtatis: ex populari enim ſtatu nimis ſuperbo inſurgit Tyrannis. Similiter ex paucorum potentia. Ex medijs autem non. Multo autem minus etiam oritur Tyrannis ex his qui ſunt propinqui medijs q̃ ex ſtatu populari. Cauſa autem iſtorum apparebit inferius cum determinabitur de tranſmutatione reſp. Deinde cum dicit.

¶ Qđ aūt media ſit optima: manifeſtū eſt: ſola eni ſeditionibꝰ caret. ubi eni ꝑmultuꝫ eſt mediocre minimū ſeditiones ⁊ diſcordie ciuium innaſcunť. Magneqꝫ ciuitates ob hãc ipſaꝫ cauſaꝫ minus ſeditionibꝰ ſubiacẽt: qꝛ magna in his eſt mediocriū hominū multitudo. Paruas aūt ciuitates facile eſt in duas partes diuidi oẽs: ita ut nihil mediū relinquať. Et fere cūcti: uel inopes ſunt: uel opulẽti. Populares quoqꝫ gubernationes tutiores ſunt ⁊ diuturniores q̃ paucorū potentium propter medios. Plures enim ſunt ⁊ magis honoris participãt in populari gubernatiõe q̃ paucorū. Nã qñ ſine his multitudo inops plus põt: male res ſe habent: ac cito pereunt.

¶ Probat per ſigna ꝙ Reſp. que ex medijs optima eſt. Et diuidit in ꝑtes tres ſm ꝙ declarat per tria. Secunda ibi[Signuʒ vͦ ⁊c.] Tertia ibi[Patet autē ⁊c.] In p̄ma intendit iſtā rationeʒ illa reſp. eſt optima que eſt ſine ſeditione magis ⁊ turbatione: ſed talis eſt illa que eſt ex medijs: ergo Reſp. que eſt ex medijs optima eſt. Huius rationis ponit ꝯcluſionem ⁊ minorē cū ſua ꝓbatione. Dicit igit ꝙ reſpublica que eſt ex medijs ſit optima: manifeſtuʒ eſt. Iſta enim ſola ⁊ ſine ſeditione ⁊ turbatione eſt. Hoc aūt ꝓbat dupliciter. Primo q̄a ubi ſunt plures medij nō ſunt ſeditiones nec turbationes. Et ꝓpter hoc magne ciuitates ſunt magis ſine ſeditionibus q̄ʒ parue. Quia in magnis ciuitatibꝰ ſunt multi medij. Sed in paruis ciuitatibꝰ ſtatim oēs ſunt diuiſi in diuites ⁊ pauperes: ⁊ ideo in illis ſepe fiūt perturbationes ⁊ ſeditiones. Quare manifeſtuʒ eſt ꝙ illa reſpublica que eſt ex medijs magis eſt ſine ſeditione ⁊ turbatione. Hoc idem ꝓbat ſecūdo ex alio. Quia ſtatus populares ſunt durabiliores q̄ʒ paucorum. Quia plures habent medios ⁊ magis attingunt medij ad p̄ncipatum q̄ʒ in paucoꝝ potētia. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ illa reſpublica que eſt ex medijs eſt magis ſine ſeditione ⁊ turbatione. Si autem accidat ꝙ inter egenos ⁊ diuites non fuerint plures medij: aut nō ſufficiētes: multitudo inualuerit: multos exceſſus facient: ⁊ ideo male ſe hn̄t: ⁊ cito ꝑibit reſpublica. Deinde cū dic.

¶ Signū vͦ huius putādū eſt ꝙ qui optime leges cōdiderūt ex mediocribꝰ ciuibꝰ fuere. Nā ⁊ Solon hiꝰ fuit: ut apparet ex eius carminibus: ⁊ Licurgus: nō eniʒ erat Rex ⁊ Charondas: ⁊ plurimi aliorū.

¶ Ponit ſecundum ſignuʒ. Et dicit ꝙ Reſp. que eſt ex medijs ſit optima: ſignū eſt ꝙ optimi Legiſlatores fuerunt de medijs: ſicut Solon. Iſte enim Solon nō fuit de diuitibꝰ excellenter nec de pauperibꝰ. Et hoc ſignauit in quadā poeſi ſua quā non ponit ph̄us. Similiter Licurgus non fuit de magnis: non enim fuit Rex. Similiter Charondas nec de diuitibus: nec de pauperibus excellēter fuit: ſed de medijs: ſimiliter plures alij. Iſti vͦ fuerūt optimi Legiſlatores: ⁊ fuerūt de medijs quare manifeſtū eſt ꝙ medio mō ſe habere diſponit ad optimaʒ remp. Qꝫ igit reſp. ſit ex medijs ſignum eſt ꝙ optimi Legiſlatores fuerūt de medijs. Deīde cū dic.

¶ Patet aūt ex his ⁊ q̄a plurime reſpublice: aut populares ſunt: aut paucorum gubernatiōes. Qḋ enī in his frequēter pauci ſunt medij: ſemper qui preualēt: ſiue hi ſint qui facultateʒ habēt: ſiue Populares qui medium tranſcendūt per ſeipſos gubernationeʒ agunt. Itaqꝫ aut multitudo populi inſurgit: aut paucoruʒ potentia.

¶ Ponit tertiū ſignū: ⁊ ponit p̄mo ſignuʒ. Sc̄do rōnem aſſignat cuiuſdam qḋ in ſigno eſt dictum: ibi[Preterea ex eo.] In p̄ma dic̄ qḋ manifeſtū eſt ex his que dicentur iaʒ ꝙ optima reſp. eſt ex medijs: qꝛ propter hoc ſunt plures reſp. aut populares aut paucorū: qꝛ frequēter in ciuitatibus mediuʒ paucuʒ eſt. ſtatim enim ſunt omnes uel diuites uel egeni: ⁊ quicūqꝫ excellunt alios ꝯuertunt remp. ſm uoluntatē ſuā ad utilitatē ſuaʒ: ita ꝙ ſi diuites ſuperauerint pauperes ꝯuertunt remp. ad uoluntatē ſuā ⁊ regunt eaʒ ⁊ tūc fit paucoꝝ potentia. Si aūt pauperes exceſſerint regunt remp. ſm uoluntatem ſuā ⁊ ſic ſtatus popularis. Quare manifeſtuʒ eſt ꝙ aut erit popularis aut paucoꝝ. Cuʒ ergo iſte accidant que nō ſunt recte ꝓpter defectū medioꝝ ſignum eſt ꝙ reſp. que eſt ex medijs ſit optima. Deinde cū dicit.

¶ Preterea ex eo q̄a ſeditiones fiunt ⁊ pugne inter multitudineʒ ⁊ opulentos: quibuſcūqꝫ vincere ꝯtingit: hi neqꝫ cōmunē amplius habent rempublicā: neqꝫ equalem: ſed quaſi victorie premiuʒ reportant rēpublicā obtinere: ⁊ alteri populareʒ ſtatum: alteri paucorum potentiam faciunt.

¶ Aſſignat cauſam quare ſunt plures populares ⁊ paucoruʒ: ⁊ diuiditur in duas ſm ꝙ probat hoc per duas rationes. Secunda ibi[Preterea qui ⁊c.] In prima dicit ꝙ ſeditiones ⁊ pugne que fiunt in ciuitate inter diuites ⁊ pauperes adinuicem ſunt cauſa quare ſunt tot populares ⁊ paucorum. Illi enim qui obtinent cōtra aduerſarios non inſtituunt rempublicam communem nec equalem: ſed inſtituunt rempublicam ad utilitatem ſuam ⁊ honorem ⁊ premium victorie ſue inſtituunt rempublicam in qua excedunt aduerſarios: ita ꝙ ſi pauperes obtineant faciunt popularem ſtatum: ſi diuites: Paucoꝝ potentiā. Deinde cū dicit.

¶ Preterea qui principatū Grecie habuerunt: hi ad ꝓpriā reſpiciētes rempublicaʒ: aut popularem ſtatū in ciuitatibꝰ cōſtituerunt: aut paucorū gubernationē: nō ad ciuitatū illarum cōmoda reſpiciētes: ſed ad ſua. Atqꝫ ita per iſtas cauſas effectuʒ eſt: ut uel nunq̄ʒ medioꝝ illa gubernatio extiterit: uel admodū raro. Unus enī vir cōſenſit ſolus ex his qui antiqtus in p̄ncipatu fuere. Hūc gubernādi modū ꝯſtituere iamqꝫ in ciuitatibꝰ ꝯſuetudo obtinuit non uelle eq̄le: ſed aut impare querere: aut victos obedire. Que igit optima ſit reſpublica ⁊ quam ob cauſam ex his patet.

¶ Ponit ſecundam rationeʒ ⁊ dicit ꝙ aliqui preeminētes in Grecia in potentia amicoruʒ uel in diuitijs uel in nobilitate uel in aliquo alio nutriti in aliqua Rep. cum uellent inſtituere remp. aliquaʒ non inſtituerunt quācūqꝫ: ſed conſiderantes ad rempublicaʒ in qua nutriti ſunt inſtituerunt illam. Et quia iſti nutriti erant in populari uel in paucorum inſtituerunt hanc uel illā non conſiderantes bonum cōe: ſed bonum proprium: ⁊ iſte utiliores erant eis: ideo iſtas inſtituerunt. Et ꝓpterea nunq̄ʒ aut raro ⁊ apud paucos inuenitur reſpublica media. Unus autem optimus fuit vir qui cum eſſet in p̄ncipatu ſuaſit ciuibus rempublicaʒ hanc mediam: ſed illi noluerunt acceptare ipſaʒ. Similiter nec iſti qui modo ſunt in ciuitatibus uolunt eam recipere: qꝛ conſuetudineʒ non habent per quā inclinentur ad uolendum equalitatem: ſed uel querūt principari: aut magis uolunt ſuſtinere remp. quā habent non recte ordinatam: ſicut paucorum potentiam in qua dominantur: aut aliquam aliam. Et tunc ꝯcludit dicens ꝙ que ſit optima reſp. ⁊ propter quā cauſam manifeſtū eſt ex determinatis. Deinde cum dicit.

¶ De alijs autem cuʒ plures populares ⁊ plures paucorum gubernationes eſſe diximus: que prima ponenda ſit ⁊ que ſc̄da ⁊ que deinceps q̄a potior ſit aut deterior determinata optima nō erit difficile intueri. Neceſſe eſt enī meliorē eſſe que ꝓxime huic accedit: deteriorē vͦo que plurimū diſtat a medio: niſi ad ſuppoſitionē qs indicet. Dico aūt ad ſuppoſitionē: qꝛ mltotiēs alia reipublice forma eligibiliori exiſtēte nihil uetat aliā q̄buſdā magis utilē eſſe.

¶ Declarat qualiter alie reſp. ſe habent ad iſtam: ⁊ dicit ꝙ rerūp. aliarum a media poſuimus plures ſpēs: ſicut popularis ⁊ paucoꝝ. Unaqueqꝫ enim iſtarum plures ſpēs habet ſicut apparuit prius: que autem iſtarum ſit melior ⁊ que peior viſa ratione medie reip. non eſt difficile videre. Cū eniꝫ reſp. que eſt ex medijs ſit optima: illa que eſt ꝓpinquior huic melior eſt: ⁊ que remotior: peior. Nā vniuerſaliter hoc uerū eſt ꝙ in vnoquoqꝫ genere illud qđ eſt ꝓpinquius p̄mo: perfectius eſt ⁊ melius in illo genere. Quare illa reſp. que propinquior eſt reip. optime in pluribꝰ melior eſt: ſicut prima ſpēs popularis melior eſt q̄ꝫ ſecunda: ⁊ ſecunda q̄ꝫ tertia: ⁊ tertia q̄ꝫ quarta: quarta vͦo peſſima eſt inter illas. Similiter de paucoꝝ potētia p̄ma melior q̄ꝫ ſecūda: ſecūda q̄ꝫ tertia: ⁊ ſic deinceps. Et dato ꝙ illa que eſt propinquior optime eſt melior ſimpliciter loquendo ſine ſuppoſitione: qꝛ ſi loquamur de meliori ⁊ optima ex ſuppoſitione nihil ꝓhibet aliquā que nō eſt melior ſimpliciter eſſe melioreꝫ aliquibꝰ: ſicut ſi in ciuitate aliqua ciues ſint equales in libertate: melius eſt eis regi populari q̄ꝫ Rep. media. Sic igiť apparet qualiter alie ſe habent ad iſtam.

q Ue aūt reſpublica q̄bꝰ ⁊ qualis q̄libus ꝯferat conſequēs eſt tractare.

¶ Poſtq̄ꝫ ph̄s declarauit que ⁊ q̄lis reſp. eſt optima pluribus ciuitatibꝰ: declarat que ⁊ qualis: quibꝰ ⁊ qualibus expediat: ⁊ diuidiť in duas. In p̄ma premittit intentuꝫ ſuuꝫ. In ſecūda ꝓſequiť: ibi ⌊Sed capiēduꝫ.⌋ In p̄ma dicit ꝙ poſt illa que determinata ſunt dicēdū eſt pertranſeundo que reſp. quibus ⁊ qualis qualibus expediat. Deinde cum dicit.

¶ Sed capiēduꝫ prius eſt vniuerſaliter de cūctis. Oportet enī ꝑtē illā ciuitatis que in republica ſtare vult potentiorē eſſe: q̄ꝫ illa ꝑs que non vult in republica manere. Eſt aūt oīs ciuitas ex quali ⁊ quāto. Dico aūt quale: ceu libertatē: diuitias: diſciplinā: nobilitatē. Quātū vͦo: ceu multitudinē populi p̄ualētē. Fieri aūt pōt ut q̄le exiſtat vni ciuitatis parti: alteri vͦo quātū: ceu maioreꝫ eſſe numerū ignobiliū q̄ꝫ nobiliū: ⁊ paucorū pauperū q̄ꝫ diuitū: neqꝫ tn̄ tātū ſuperare quātitate: quātum ſuperari qualitate ꝓpter hoc adinuiceꝫ conferenda ſunt.

¶ Proſequiť: ⁊ diuidiť in duas. Primo premittit quedam vniuerſalia que ualent ad ſequētia in iſto capitulo. In ſcd̄a oñdit qđ ꝓpoſitū fuit: ibi ⌊Ubi ergo.⌋ In prima dicit ꝙ anteq̄ꝫ determinet de rep. que cui ⁊ qualis q̄li cōpetat accipiēdū eſt p̄mo qđ vniuerſaliter ueꝝ eſt in oībꝰ rebuſp. ſ. ꝙ illa pars reip. melior eſt ⁊ ualentior que vult ſaluationē reip. q̄ꝫ illa que nō vult. Et ratio huius eſt: qꝛ bonū rei attendiť in ordine ad finem. Sed ꝑtes reip. ordinanť in finē reip. Finis aūt reip. eſt ſalus ⁊ permanētia eius. Ergo bonū ꝑtiuꝫ Reipublice intēdiť in ordine ad finē iſtū. Sed vnūqđqꝫ vult bonū ꝓpriū: ⁊ quāto magis vult tanto melius eſt. Ergo illa ꝑs reipublice melior eſt que intēdit iſtū finē q̄ꝫ illa que nō intēdit. Scōm eſt qđ ꝓponit ꝙ oīs ciuitas cōponiť ex quali ⁊ quāto: ⁊ exponit q̄d uocat q̄le ⁊ quātū. Quale q̄dē uocat dignitatē: ad quā ꝯſiderat uolēs inſtituere rēpublicā uel uolēs diſtribuere p̄ncipatū: ſicut ſunt diuitie: diſciplina: igenuitas. Quātum uocat multitudinē. Nō ita eſt q̄nqꝫ qđ alteri ꝑti ciuitatis ineſt quale: ita ꝙ excedit aliā in q̄litate. Alteri parti ineſt q̄ꝫtū: ita ꝙ excedit aliā in multitudine. Sicut v̄bi gr̄a. Plures ſunt in ciuitate ignobiles q̄ꝫ nobiles: paupes q̄ꝫ diuites: tn̄ pars illa que abūdat in quāto: tn̄ nō abūdat in illo quātū deficit in quali. Iſta auteꝫ ꝯſiderāda ſunt in determinando que uel q̄lis: cui uel q̄li ꝯueniat cōparādo iſta adinuicē: puta defectū ſm vnū ad ſuperabūdantiam reſpectu alterius. Deinde cum dicit.

¶ Ubi ergo ſuperat pauperum multitudo eam quam diximus proportionem: hic popularis gubernatio exoritur: ac ſpecies ſingule popularis ſtatꝰ ſm multitudinis exuperantiam: ceu ſi agricolarum multitudo plus poſſit: prima ſpecies. Si multitudo tenuioꝝ ac mercenariorū: ultima ſpēs ⁊ ſic de alijs que ſunt harum medie.

¶ Oſtēdit ꝙ qualis q̄bꝰ ⁊ qualibꝰ ꝯueniat: ⁊ p̄mo q̄bꝰ ⁊ qualibꝰ popularis ſtatus. Scd̄o q̄bus ⁊ qualibꝰ paucoꝝ potētia: ibi ⌊Ubi aūt ea pars ⁊c̄.⌋ Tertio quibꝰ ⁊ qualibus reſpublica: ibi ⌊Debet autem qui ⁊c̄.⌋ In p̄ma dicit ꝙ quālibet ciuitatem ubi abundat multitudo egenoꝝ ſm dictā proportionem. ſ. quod non excedat: puta in virtute quātum deficit in multitudine diuitum uel egenorum oportet regi ſtatu populari: ut ſi agricole excedunt: tunc eſt popularis ſtatus agricolaruꝫ. Et ſm ꝙ diuerſus eſt populus. ſm hoc opꝫ ipſum regi diuerſis ſpeciebus popularis ſtatus: ut ſi multitudo agricolarum excedat oportet regi prima ſpecie popularis ſtatus. Si autem multitudo tenuiorum ⁊ mercenariorum tunc oportet eam regi ultima ſpecie popularis ſtatus. Iſti enim minus ſunt perſuaſibiles ⁊ ratione ⁊ magis inclinantur ad auaritiam: ⁊ ideo expedit eis magis regi illa ſpecie popularis ſtatus per quā poſſunt ſatiſfacere magis auaritie ſue. Hec autem eſt ultima ſpecies in qua principatur populus non ſm legem ſed ſm ſuam ſententiam ⁊ uoluntatem. Ubi autē multitudo eſt intermedia competit regi eam aliqua ſpecie intermedia: ut ſi excedat multitudo liberorum ſecunda ſpecies debet eſſe. Si multitudo aliorum quorūcūq̄ꝫ tertia ſpecies. Deinde cum dicit.

¶ Ubi auteꝫ ea pars in qua ſunt Opulenti ⁊ nobiles magis ſuperat qualitate q̄ꝫ deficiat quantitate: hic paucorum potentia gubernatioqꝫ exoritur: ac eodem modo ſingule ſpecies huius ſm exuperantiam iſtiuſmodi hominum.

¶ Oſtendit quibus competit paucorum ſtatus: ⁊ dicit ꝙ ubi multitudo diuitum que plus abundat in quali ſcilicet in diuitijs ⁊ nobilitate q̄ꝫ deficiat in quanto. i. in multitudine: ibi oportet eſſe paucorum ſtatus. Et ſm diuerſitatem huiuſmodi multitudinis oportet diuerſificare ſpecies paucorum ſtatus: ita ꝙ ubi eſt multitudo diuitū habentiū poſſeſſiones mediocres oportet regi p̄ma ſpecie popularis ſtatus in qua dominantur plures diuites non nimis excedentes in diuitijs:

ſed habẽtes poſſeſſiões mediocres. Ubi aũt eſt minoꝛ multitudo diuitũ: ſed habẽt plures diuitias opoꝛtet regi ſecunda ſpecie paucoꝝ ſtatus. Ubi autẽ ſunt adhuc pauciores diuites ditiores q̃ꝫ primi: expedit illos regi tertia ſpecie. Ubi aũt pauciores ſunt ⁊ magis diuites opꝫ regi illã ciuitatẽ quarta ſpecie: ita ꝙ ſicut ſe habẽt ſpecies ſtatus popularis quãtũ ad multitudinẽ: ſic ſpecies Paucoꝝ potẽtie quãtum ad diuitias: ita ꝙ ſicut ubi ſunt pauciores egent: ſicut ubi ſunt plures agricole opoꝛtet eſſe p̃mã ſpẽm ſtatus popularis. Ubi adhuc plures ſecundam. Ubi adhuc plures q̃ꝫ prius tertiam. Ubi tota multitudo quartam ⁊ peſſimam: ſic ex parte potentie paucoꝝ ubi ſunt plures diuites habẽtes mediocres diuitias p̃ma ſpecies. Ubi pauciores ditiores ibi ſecunda. Sed ubi adhuc pauciores ⁊ ditiores tertia. Sed ubi ſunt pauciores q̃ꝫ prius ⁊ ualde diuites quarta ſpecies ⁊ peſſima. Deinde cum dicit.

¶ Debet aũt qui legem ponit in Republica ſemper ad medios reſpicere: Siue eniꝫ ad Paucoꝝ gubernationẽ dirigantur leges de medijs eſt coniectandum: ſiue ad Popularem ſtatum hos reſpicere debet: Ubi enim mediocriuꝫ ſuperat multitudo uel utrunq̃ꝫ extremuꝫ: uel alteruꝫ tm̃: hic Reſpublica recipit ſtabilitatem.

¶ Oſtendit q̄bus cõpetit reſpublica ⁊ diuidit̃ in duas. In prima facit qđ dictum eſt. In ſecunda regredit̃ ad declarandũ qualiter miſcetur ex populari ſtatu ⁊ paucoꝝ: ibi ⌊ Sũt aũt ⁊c̃. ⌋ Prima in duas. In p̃ma oſtẽdit q̄bus cõpetit reſpublica. Secundo remouet errorẽ quorũdam: ibi ⌊ Aberrant autem ⁊c̃. ⌋ Adhuc p̃ma in duas. In p̃ma facit qđ dictum eſt. Secundo remouet obiectionẽ que poſſet fieri: ibi ⌊ Nõ enim eſt metus ne q̃n̄q̃ꝫ ⁊c̃. ⌋ In p̃ma dicit ꝙ legiſlatoꝛ ſi bene debeat oꝛdinare rempublicã debet aſſumere ad rempublicã medios. Et hoc quaſcũq̃ꝫ leges ponat: ſiue ꝯueniẽtes potentie paucoꝝ: ſiue populari ſtatui ſemper opoꝛtet coaſſumere medios: qꝛ ſic debet ferre leges ⁊ oꝛdinare rẽpublicaꝫ ut per leges poſſit reſpublica ſaluari. Ubi ꝟo multitudo hoꝝ medioꝝ abũdat ſm quale aut ſm quãtitateꝫ uel in vno in comparatione ad aliud conuenit eſſe rempublicaꝫ que bene nata eſt regi rectis legibus: ex talibus enim dicta eſt eſſe ipſa. igitur expedit coaſſumere medios. Deinde cum dicit.

¶ Non enim eſt metus ne quandoq̃ꝫ diuites cũ pauperibus conſpirẽt cõtra mediocres: nunq̃ꝫ enim alteri ſeruire alteris uellent. Qđ ſi cõmuniorẽ aliquã querũt nullam aliã q̃ꝫ iſtam reperirẽt: Nã per vices gubernare nõ paterent̃ ꝓpter diffidentiã que inter eos exiſtit. In cunctis ꝟo locis arbiter eſt fideliſſimus: arbiter aũt medius quãdoq̃ꝫ melioꝛ eſt gubernatio temꝑata: tanto durabilioꝛ.

¶ Remouet obiectionẽ que poſſet fieri. Aliquis eni diceret ꝙ Legiſlatoꝛ nõ debet aſſumere medios: qꝛ pauperes ⁊ diuites nõ conſentient: ⁊ ſic erit turbatio in ciuitatibus. Remouet hoc ⁊ dicit ꝙ nõ eſt timẽdũ quin diuites ꝯſentiant pauperibus. Et ratio huius eſt: quia nunq̃ꝫ uolũt eſſe ſerui dominoꝝ nec diuites nec pauperes ⁊ ideo querunt cõmunem remp. magis. Hoc auteꝫ eſt reſp. ⁊ non alia. Si aũt querunt remp. cõmunẽ non inuenirent aliam magis cõmunem: qꝛ pauperes nolũt ꝙ diuites dominent̃ ne oppꝛimant̃ ab illis: nec diuites uolũt ꝙ pauperes timentes oppꝛimi ab eis: ⁊ ideo querunt fidelioreꝫ p̃ncipantẽ. Sed ubiq̃ꝫ fideliſſimus eſt ⁊ cõmunis magis medius ⁊ arbiter. Ex quo manifeſtuꝫ eſt ꝙ reſpublica quãto magis mixta eſt accedẽs ad equalitatẽ ⁊ indifferentiã tanto magis mãſiua eſt. Deinde cum dicit.

¶ Aberrant etiam pleriq̃ꝫ illorũ qui Optimates Reipublice gubernationes efficere uolunt non ſolum in tribuendo nimiũ diuitibus: ueruꝫ etiam in excludendo plebem. Neceſſe eſt eniꝫ procedente tempoꝛe ex falſis bonis uerum malum euenire. Diuitũ eni cupiditates plus habẽdi magis deſtruunt Rempublicã q̃ꝫ multitudinis.

¶ Remouet errorẽ quorũdaꝫ. Aliqui enim fuerunt qui uoluerũt facere reſpublicas Optimatũ qui plus attribuebant diuitibus q̃ꝫ deberent ⁊ q̃ꝫ pauperibus. Philoſophus dicit ꝙ iſti peccauerũt nõ ſolũ in hoc ꝙ plus attribuebãt diuitibꝰ q̃ꝫ deberẽt: ſed in hoc ꝙ pauperes nõ audiebant̃ in his in q̄bꝰ debebant audiri ſm rectaꝫ rõnem ⁊ minus attribuebant eis q̃ꝫ opoꝛteret: q̃n aliq̃n ex minus malo uenit magnũ maluꝫ: ⁊ ideo quãuis hoc ſit modicũ malũ. ſ. attribuere diuitibꝰ q̃ꝫ pauꝑibꝰ: tñ ex h̄ ſeq̄t̃ exceſſus diuitũ. Sꝫ exceſſus diuitũ magis coꝛrũpit ciuitatẽ q̃ꝫ exceſſus paupeꝝ. Et rõ huiꝰ eſt: qꝛ exceſſus qui plus fac̃ diſtare bonũ cõe a coitate magis coꝛrũpit ciuitatẽ q̃ꝫ qui minus. Sed exceſſus diuituꝫ magis facit diſtare a coitate q̄a bonũ cõe trahit ad paucos: qꝛ pauꝑes ſunt plures q̃ꝫ diuites. Quare manifeſtũ eſt ꝙ exceſſus diuitũ magis coꝛrũpit ciuitatẽ q̃ꝫ exceſſus pauperũ quare hoc eſt malũ ⁊ peccatũ in republica plus dare diuitibus. Deinde cum dicit.

¶ Sunt auteꝫ illa circa que ſimulãt ac fallaciter pꝛetexunt ad populum quinq̃ꝫ numero: Concio: Magiſtratus: Judicia: Armatura: Exercitatio.

¶ Poſtq̃ꝫ declarauit que ⁊ q̄lis reſpublica q̄bꝰ ⁊ q̄libus ꝯueniat: regredit̃ ad declarãdũ q̄r reſpublica miſceat̃ ex paucoꝝ ⁊ populari ſtatu: ⁊ diuidit̃ in duas. In p̃ma oñdit ex q̄bꝰ eſt maxie. In ſcđa recapitulat ibi ⌊ Quaꝫ ig̃it̃ ob cãm ⁊c̃. ⌋ Prima in tres. Primo oñdit q̄liter miſceat̃. Scđo oñdit ex q̄bꝰ eſt: qꝛ ex h̄ntibꝰ arma: ibi ⌊ Opꝫ q̄dẽ ⁊c̃. ⌋ In tertia aſſignat rõnẽ ꝓpter quã antiq̄ uocauerũt rẽpublicã popularẽ ſtatũ: ibi ⌊ Sed auctis ⁊c̃. ⌋ Adhuc p̃ᵃ in duas: qꝛ eni reſp. miſcet̃ ex paucoꝝ ⁊ populari ſtatu: p̃mo tãgit leges popularis ⁊ paucoꝝ. Scđo infert ex dictis quõ miſcet̃ ex illis: ibi ⌊ Ita q̃ꝫ manifeſtũ ⁊c̃. ⌋ Adhuc p̃ma in duas. In p̃ma tãgit leges paucoꝝ ſtatus. Scđo popularis: ibi ⌊ Populari ſtatu ⁊c̃. ⌋ In p̃ma tãgit leges paucoꝝ ſtatꝰ per q̄s itẽdũt ſophiſtice excludere multitudinẽ a republica: ⁊ p̃mo tãgit ea de q̄bꝰ ferunt̃ leges. Scđo tãgit leges ipſas ibi ⌊ Circa Cõcionẽ. In p̃ma dicit ꝙ illa de q̄bꝰ dñantes paucoꝝ ſtatui ferũt leges fallaciter ⁊ doloſe ꝓponẽtes populo: q̄nq̃ꝫ ſunt nũo. ſ. Cõcio: Magr̃atus: Judiciũ: Armatura: Exercitatio. Deinde cũ dicit.

¶ Circa concionem quidem licere omnibꝰ adeſſe: ſed pena appoſita diuitibꝰ ſi nõ aſſint uel ſolis uel maioꝛ q̃ꝫ multitudini.

¶ Tãgit leges circa iſta ⁊ p̃mo tãgit legẽ circa Cõcionẽ. Scđo circa magr̃atũ: ibi ⌊ Circa magr̃atus. ⌋ 3ᵒ circa iudicium: ibi⌊ Circa iudicia.⌋ Quarto circa arma ⁊ exercitia: ibi⌊ Eodeꝫ modo.⌋ In prima dicit ꝙ circa Concionem ordinauerunt fauentes paucorum ſtatui ꝙ omnes uenire liceret ad Concioneꝫ: ſed ulterius ordinauerunt ꝙ diuites ſi non uenirent haberent dānū. Pauperes vͦ non. Vel ꝙ diuites multo maius damnum reportarent q̄ꝫ pauperes. Et manifeſtuꝫ eſt ꝙ per iſtam legem pauperes excludebantur: quia diuites ex hoc ꝙ damnum magnum reportabant compellebantur uenire: pauperes quia nullum dānum reportabāt non curabant uenire: ⁊ ita non participabant ciuitate libenter. Deinde cum dicit.

❡ Circa Magiſtratꝰ autē nō licere his qui cenſuꝫ habent magnuꝫ renūciare Magiſtratui: pauperibus autem licere.

❡ Tangit legem circa principatum ordinauerūt ꝙ omnes poſſent attingere principatum: ſed ulterius ſtatuerunt ꝙ pauperibus liceret renunciare principatui: diuitibus vͦ non. ⁊ manifeſtum eſt ꝙ per iſtam legeꝫ excludebantur pauperes: quia pauperes cuꝫ ſint occupati circa alia facile eſt qđ cum liceat eis renūciare dimittant principatum: diuites vͦ ſemper remanebunt: cuꝫ eis non liceat renunciare. Deinde cum dicit.

❡ Circa iudicia vͦo penā eſſe diuitibꝰ niſi iudicent: pauperibus aūt impunitatē. Aut illis magnā his paruā penā: ut eſt in Carō de legibꝰ. Quibuſdā vͦo locis oībus licet deſcriptis in Concionibus iudicijſqꝫ adeſſe. Qđ ſi deſcripti ſint ⁊ nō exerceāt in penas incidūt ꝓmagnas ut metu pene vitēt deſcriptionē: ⁊ per non deſcriptionē neqꝫ iudicia neqꝫ Conciones exerceant.

❡ Tangit legem circa iudicium ⁊ dicit. Ordinauerūt ſuppoſito ꝙ omnes poſſint attingere ad iudicia. Ulterius ordinauerunt diuitibus dānuꝫ ſi non iudicarent ⁊ diſcuterent. Pauperibus vͦ dederūt licentiā de nō diſcutiendo. Vel ſi ordinauerunt dānuꝫ utriſqꝫ tamē diuitibus magnum damnum: pauperibus modicum: ſicut ordinatum fuit in legibus Caronde. In aliquibꝰ vͦo paucorum gubernationibus licebat quideꝫ omnibus diſcutere in iudicio ⁊ intereſſe congregationi: preſcriptis tamen prius. Si vͦ contingeret ꝙ ſcripti non intereſſent uel non diſcuterent imponebantur magna damna ita ut propter fugam damni non appeterent ſcribi: ⁊ ſic ſi non ſcriberentur nec intereſſent iudicio. Deinde cum dicit.

❡ Eodē mō circa arma ⁊ circa Gymnaſia legibꝰ ſtatuunt. Paupibꝰ eni licet nō hr̄e arma. Diuitibus aūt pena ꝯſtituta eſt niſi hēant: ⁊ ſi in Gymnaſio ſe non exerceāt paupes nulla pena eſt. Diuitibꝰ aūt eſt pena: ut alij metu pene ſe exercere cōpellantur: alij qa nullā formidēt penā nō faciāt. Hec igit paucoꝝ potētie ſūt machiamēta

❡ Tangit legem circa arma ⁊ exercitia ſimul. ⁊ dicit ꝙ eodem modo tulerunt legem de poſſeſſione armorum ⁊ circa exercitia ipſorum ⁊ ordinauerūt ꝙ liceret egenis non habere arma. Diuitibus ſi non haberent ordinauerunt magnum damnuꝫ. Similiter circa exercitiū ordinauerunt ꝙ pauperes ſi ſe non exercitarent in armis nullum damnum haberent. Sed diuitibꝰ ordinauerunt magnum dānum. Sic autem ordinauerunt ut diuites propter damnum haberēt arma ⁊ uſum armoruꝫ ⁊ ſic haberent ſoli poteſtatem ⁊ tenerent principatum: pauperes vͦ quia non timerent damnum nō haberent arma ⁊ uſum armorum ⁊ per conſequens non participarent principatu. Et tunc ꝯcludit ꝙ hec ſunt ſophiſmata de Legiſlatione per que uolunt fauentes Paucorum potentie excludere multitudinem a ciuitate. Deinde cum dicit.

❡ In populari autē ſtatu ꝯtra hec alia excogitāt: pauperibꝰ eni ſalaria ſtatuunt Cōcionantibus atqꝫ iudicantibus. Diuitibus autem nullam penam imponunt.

❡ Oſtendit qualiter fauentes. populo ſapienter aduerſant iſtis: ⁊ dicit ꝙ fauētes populo in politia ſua ſapiēter aduerſantur iſtis: contra eniꝫ omnia iſta ordinauerunt ꝙ pauperes qui conuenirent ad congregationeꝫ ⁊ diſcuterent haberent mercedem: diuites vͦ ſi nō uenirent nullum damnum reportarent. Et per iſtam legem monſtratur ꝙ excludebantur diuites. Pauperes enim ſcientes ꝙ haberent mercedē libenter ueniebāt. Diuites autem ſcientes ꝙ nullum haberent damnum ſi non irent non curabant ire: maxime quia non honorabantur: ⁊ ſic tota poteſtas dimittebatur penes multitudinem. Deinde cum dicit.

❡ Itaqꝫ manifeſtū eſt ſiqꝫ uelit iuſto hec tēperare qđ opꝫ utrinqꝫ aſſumere: ⁊ his quidē ſalaria ꝯſtituere: his aūt penā. Sic eniꝫ oēs cōmunicarent: nam in illo quideꝫ modo Reſpublica ſit alterorum ſolum.

❡ Concludit qualiter Reſp. ſit miſcenda ex paucoruꝫ ⁊ populari ſtatu: ⁊ dicit ꝙ manifeſtum eſt ex dictiſ qualiter Reſp. miſcenda eſt ex illis. mixtum enim debet aliqualiter habere miſcibilia ⁊ aliqualiter non: ⁊ ideo ſi recte fiat mixtio ex iſtis oportet accipere ea que pertinent utriſqꝫ ſm̄ partem: ⁊ ordinari pauperibus mercedem ſi ueniant: diuitibus vͦ damnum ſi non ueniant. ⁊ iſto modo omnes cōmunicabunt ciuilitate: ſed predictis modis altera ſoluꝫ ut reſp. tātū ſit paucoꝝ. i. populo fauentium. Deinde cum dicit.

❡ Opꝫ qdē rēpublicā eē ex his ſolū qui arma poſſidēt Cēſus aūt magnitudo diffiniri ſimplr̄ nō pōt: ẜ ꝯſiderata q̄litate adiūgat largiſſimꝰ ut q ꝑticipant reipublice ſint pl̄es q̄ꝫ hi qui nō ꝑticipant hoc inſtituere.

❡ Oſtendit ex quibus eſt reſp. ⁊ primo oſtendit ꝙ eſt ex utentibus armis maxime. Secundo ꝙ eſt ex illis qui uſi fuerūt armis: ibi⌊ Apud quoſdā.⌋ Pria in duas. In prima facit qđ dictum eſt. Secūdo aſſignat cauſaꝫ cuiuſdam dicti ibi⌊ Volunt enim.⌋ In prima dicit ꝙ Reſp. debet eſſe ex habentibus arma ⁊ utentibus iam in actu ipſis. Et ratio huius eſt: quia reſp. debet eſſe ex medijs: ⁊ ideo debet eſſe ex illis in quibus ſunt plures medij: tales ſunt utentes armis. Quāta autem debet eſſe multitudo ciuitatis ⁊ cēſus non eſt determinatum nūc: oportet enim cenſum in ciuitate determinare ſm̄ regionem ⁊ ſm̄ potentiā aduerſarioꝝ. Oportet ēt tantam eſſe multitudinem quātam regio poſſit nutrire ⁊ tantam ꝙ poſſit repellere aduerſarios. Sed aduertendum ꝙ qualitas ⁊ bona diſpoſitio ſm̄ diſciplinam uel mores multum addit ad bonitateꝫ Reipublice: ⁊ ideo conſideratis hꝰ qualitatibus ⁊ circūſtātijs debet addi largior cenſus q̄ꝫ poteſt: quia ſic plures poterūt participare Magiſtratu. Quod quidem expedit inſtituere: ut. ſ. plures ꝑticipēt magiſtratu. Deinde cū dicit.

¶ Uolūt eni paupes ⁊ honoꝝ exptes getē agē sineqꝫ ꝯtumelia. Eos qs afficiat: neqꝫ bona illis auferat: ſꝫ h̄ nō facile: Nō eni ſemper cōtingit ut qui Rempublicam gubernāt ſint mites ⁊ humani: ⁊ ꝯſueuerūt quotiēs belluꝫ eſt grauiter ferre niſi ſuſcipiant alimēta: nam ſunt egeni: ⁊ ſiquis alimenta porrigat cupiūnt bellum.

¶ Aſſignat cauſam cuiuſdam dicti. ſ. ꝙ oportet eſſe plures participātes Rep. q̄ꝫ nō participantes: ⁊ dicit ꝙ pauperes in ciuitate exiſtētes abſqꝫ principatu uolūt viuere gete ⁊ ſine turbatione: dato ꝙ nullus moleſtet eos: ⁊ dato ꝙ nihil auferaẜ ab eis de bonis ſuis. Sed iſtud nō eſt facile: qꝛ frequēter ꝯtingit ꝙ principantes nō ſint mites ⁊ humani: ⁊ ideo difficile eſt ꝙ nō ſuſcipiant pauperes moleſtiā. Iterum: illi qui utunẜ armis qn̄ bellum debet fieri uolunt recipere alimētum a pauperibus ſi ſint aliqui pauperes: ⁊ ſi non recipiant mouent bellū ꝯtra illos: ⁊ ſi accipiant pauperes uolūt inſurgere. Ut igitur non poſſint inſurgere contra principantes expedit eſſe plures habentes arma q̄ꝫ nō habentes. Deinde cum dicit.

¶ Apud quos gubernatio Reip. exiſtit nō in his qui ad armaturā ſunt habiles: ſꝫ in his qui exercebant arma. In Maliēſibus qdem gubernatio Reip. erat in iſtis: ⁊ magiſtratū creabāt ex his qui militabāt. Prima que Reſp. apud Grecos cōſtituta eſt ex his qui bellum gerebāt: ab initio qdem ex eqtibus: nam robur belli tūc in eqtibus habebaẜ: Peditatus eni niſi ordo ac diſciplina aſſit inutilis eſt. Huiuſmodi aūt diſciplina ⁊ ordo ātiqs illis tēporibꝰ nōdū erat. ex q̊ fiebat ut in eqtatu robur belli hēreẜ.

¶ Oſtendit ꝙ Reſp. nō tm̄ eſt ex illis qui poſſident ſed ex illis qui poſſederūt arma ⁊ habuerūt uſum eoruꝫ: ⁊ dicit ꝙ apud aliquos eſt reſp. nō ſolum ex illis qui uadunt ad arma ⁊ utunẜ eis iaꝫ actu: ſed ex eis qui ferūt ⁊ uſi ſunt. Et rōnabiliter h̄ eſt: qꝛ illi ſunt magis exercitati in actibꝰ virtutum ⁊ in armis. Rōnabile aūt eſt ꝙ Reſp. ſit ex illis: qd̄ declarat per quādam Rēp. dicēs ꝙ apud Malienſes erat Reſp. ex his qui fuerant in armis ⁊ uſi fuerāt. Uerūtamē principantē eligebāt ex militibꝰ ſiue ex illis qui iaꝫ utebanẜ armis. Prime etiā reſp. fuerūt magis ex preliantibus ⁊ utētibꝰ armis preter principatus Regales. Principeꝫ autē eligebāt de equeſtribꝰ: ⁊ reſp. que fuit a principio fuit ex equeſtribus: qꝛ robur belli tunc in equeſtribus habebatur. Peditatus autem eſt oīno inutilis: niſi adſit ordo ⁊ diſciplina. Sed q̄lis ſit hꝰ ordo ⁊ diſciplina non fuit cognitum antiquis: ⁊ ꝓpterea totum robur ⁊ excellētia exercitus habebaẜ ex equeſtribꝰ. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Sed auctis ciuitatibus que in armis potētiā habebāt plures ad coīoneꝫ Reip. recepti ſūt. ex quo factū eſt ut q̄s nūc Reſp. uocamus tūc Popularis ſtatus dicereẜ.

¶ Aſſignat cauſam cuiuſdā dicti. Aliqui enim iſtā rēp. uocauerunt popularē. Alij paucoꝝ. ideo cauſaꝫ huius aſſignat: ⁊ primo quare dixerunt eandē populareꝫ ſtatum. Secundo quare paucoꝝ: ibi ⌊ Fuerat enim ⁊c̄. ⌋ In prima dicit ꝙ creſcētibus ciuitatibus contigit ꝙ erat magna multitudo habētiuꝫ arma qui dñabantur. Ubi autē multitudo dñatur ſtatus popularis eſt. propter qd̄ quidaꝫ dixerunt illam quā uocamus Remp. popularem. Deinde cum dicit.

¶ Fuerat enim antiqua ciuitatuꝫ gubernatio rōnabiliter Paucorum ⁊ Regia. propter paucitatem enim hominuꝫ non erat magnus numerus mediocriū. Itaqꝫ pauci cuꝫ eſſent multitudine ⁊ inſtitutione magis ferebant ab alijs gubernari.

¶ Oſtendit quare uocauerūt eā paucoꝝ ſtatū: ⁊ dicit ꝙ antique reip. rōnabiliter erant fauentes paucoꝝ ⁊ Regalis. Antiquitus enim pauci erant hoīes inhabitantes ciuitates: ⁊ ideo pauci erant medij. Et quia pauci erant ſm̄ multitudinem paucoruꝫ erant. Sed quia bene erant ordinata: bene ſuſtinebant principatuꝫ ⁊ ſufficiebantur. Deinde cum dicit.

¶ Quam igitur ob cauſam plures ſint Rerump. forme: ⁊ quamobrem preter alias que neqꝫ dicuntur Popularis gubernationis vna eſt ſpecies: neqꝫ aliarum ſimiliter: ac p̄terea que differētie ſint inter eas: ⁊ q̄re accidat: ⁊ īſup que ſit optima Reſp. ⁊ ut plurimuꝫ dici poteſt: ⁊ aliaruꝫ qualis ⁊ qualibus congruat dictum eſt.

¶ Recapitulat dicta a principio quarti: ⁊ dicit qd̄ dictū eſt in precedentibꝰ ꝓpter quā cauſaꝫ ſunt plures reſp. ⁊ ꝓpter quā cauſam ſunt alie reſp. preter ſex reſp. acceptas ſm̄ genus: ut ſunt plures populares ⁊ paucoruꝫ ſtatus ⁊ Optimatum ⁊ non vna numero ſoluꝫ. Iterū dictuꝫ eſt qualiter differunt adinuicē ⁊ que ſit optima reſp. ⁊ ꝓpter quā cauſam accidit ⁊ quibus expediat.

r Urſus aūt ⁊ cōiter ⁊ ſeparatim de vnaq̄qꝫ dicemꝰ eoꝝ que poſt h̄ ſequunẜ ꝯuenienti ſumpto ꝑncipio. Sūt gͦ tres partes oīum Rerūp. in ſingulis: quaruꝫ ſtudioſus Legiſpoſitoꝛ cōſiderare debet utilitatem qbus bene ſe habentibus. Neceſſe eſt Remp. bene ſe habere ⁊ gubernandi formas inter ſe differre in eo ꝙ ſingule iſtaruꝫ differūt. Harū triuꝫ partiuꝫ vna eſt que uerſatur in publicis cōſilijs. Altera in Magr̄atibus: hoc eſt quos eſſe oportet ⁊ quam poteſtatem habere: ⁊ quemadmodum debeant creari. Tertia pars in iudicijs conſiſtit.

¶ Poſtq̄ꝫ phūs determinauit que reſp. eſt optima ⁊ que ⁊ qualis: quibus ⁊ qualibꝰ ꝯueniat: determinat de qbuſdam partibus reipu. ſ. de ꝯſiliatiuo ⁊ dñatiuo ⁊ iudicatiuo. Et primo dat intentionē ſuā. Secūdo ꝓſequitur ibi ⌊ Et pars ⁊c̄. ⌋ In prima dicit ꝙ poſtq̄ꝫ determinatum eſt de vnaquaqꝫ rep. ⁊ in cōmuni ⁊ diuiſim. Cōſequēter dicēduꝫ eſt de quibuſdam ex quibus pendet conſideratio determinatorum: ⁊ dicit Rurſus: qꝛ in tertio facit mentionem de ipſis ⁊ accipiendum eſt principium conuenſens illis: ſcilicet ꝙ ſunt tres partes Rerumpu. de quibus ſtudioſus Legiſlatoꝛ debet conſiderare ⁊ ꝯferre ſm rationem de illis. Illis enim bene ſe habentibus neceſſarium eſt remp. bene eſſe ordinatam: ⁊ male ſe habentibus male. ⁊ ſm differentiã iſtorum adinuicem neceſſe eſt reſp. differre: qꝛ per iſtaꝫ diſtribuitur reſp. que eſt ordo principantium. Iſtaruꝫ autem vna pars eſt que conſiliatur de cõmunibus Ciuitatis. Alia eſt que uerſatur circa principatus: ⁊ hoc eſt quos oportet eſſe principes: ⁊ quorũ debẽt eſſe dñi: ⁊ qualiter aſſumantur utrum per ſortem uel per electionem. Tertia pars eſt que uerſatꝛ circa iudicia. Deinde cum dicit.

¶ Ea ꝑs que ꝯſulit auctoritatẽ hẽt de bello ⁊ pace de ſocietate ineũda uel diſſoluẽda. de legibꝰ ferendis uel abrogandis. de morte. de exilio. de publicatione bonorũ: ⁊ rationibus repoſcendis.

¶ Proſequitur. Et primo de conſiliatiuo. Secundo de principatu: ibi⌊ De conſultando ⁊c̃.⌋ Tertio de iudicatiuo: ibi⌊ Reliquũ ex ⁊c̃.⌋ Prima in duas. Primo tangit de quibus conſiliantur in cõmuni. Secundo ꝓſequitur de ipſo ꝯſiliatiuo: ibi⌊ Neceſſe eſt enim ⁊c̃.⌋ In ꝑma dicit ꝙ dñans in ciuitate ꝯſiliatꝛ de bello utrũ bellandũ ſit uel nõ. ⁊ de pace utrũ pax debeat fieri cuꝫ aduerſarijs uel nõ. Cõſiliatꝛ etiã de propugnatiõe ⁊ de diſſolutione utrũ ſimul uel ſeparatim debeat pugnare. Iteꝝ ꝯſiliatꝛ de legibꝰ qualiter ſint ferẽde. Cõſiliatꝛ etiã de morte alicuius utrũ expediat aliquẽ qui fuit ꝯtra ciuitatem interfici uel relegari. Iterum de populatione qualiter debeat ſi indigeat ciuitas populari ⁊ ex quibus. Iterum qualiter principantes debent eligi ⁊ corrigi. Deinde cum dicit.

¶ Neceſſe eſt enĩ uel oibꝰ ciuibꝰ hec oia decernẽda tribuere. uel ꝗbuſdã: ceu vni cuidã Magiſtratui: aut pluribꝰ. uel alijs alia: uel quedã illoꝝ oibꝰ quedã ꝗbuſdã.

¶ Proſequitꝛ de ipſo ꝯſiliatiuo declarando eius ꝯſiliatiuum cui cõpetat reſp. Et primo ponit diuiſionẽ vnaꝫ. Scḋo oſtẽdit quibꝰ reſp. cõpetant membra ipſius: ibi⌊ Oẽs igitꝛ ⁊c̃.⌋ In ꝑͣ dicit ꝙ neceſſariũ eſt aut oia iudicia dare oibus Ciuibꝰ ita ꝙ oẽs Ciues de oibus iudicẽt aut ꝗbuſdam oia: ſicut ꝑncipanti vniant pluribꝰ ſi ſint plures ꝑncipantes: aut alia alijs ita ꝙ ꝗdam iudicent de ꝗbuſdam. alij de alijs: aut de ꝗbuſdam oẽs: aut quidam de quibuſdam. Deinde cum dicit.

¶ Omnes igitꝛ ⁊ de oibus populare eſt: talem enĩm equalitateꝫ affectat populus.

¶ Oſtendit ꝑmo ꝗbus cõpetant mẽbra. Scḋo determinat quedam ꝯuenientia ꝗbuſdam rebuſp. ibi⌊ Cõfert aũt ⁊c̃.⌋ Prima adhuc diuiditꝛ in duas. In ꝑͣ oſtẽdit ꝗbꝰ rebuſp. cõpetãt mẽbra ꝑdicta. Et diuiditꝛ in tres. Prio enĩ oſtẽdit ꝗs modus competit populari ſtatui. Scḋo cuꝫ dic̃⌊ Quoſdã ṽo ⁊c̃.⌋ quis paucoꝝ ſtatui. Tertio ꝗs optimatũ: cũ dicit⌊ Sꝫ qñ ⁊c̃.⌋ Adhuc ꝑͣ in duas. In ꝑma tãgit quis modus cõpetat populari ſtatui. In ſecũda cũ dicit⌊ Sũt aũt ⁊c̃.⌋ Subdiuidit ipſum declarãdo qui quibꝰ modis eius ꝯueniunt. In prima dicit ꝙ ad popularẽ ſtatuꝫ ꝑtinet ꝙ oẽs iudicẽt ⁊ deliberent de oibꝰ. Et rõ huius eſt: qꝛ fauens populo intẽdit eq̃litatem: hoc autem videtꝛ eſſe equalitas ꝙ oẽs attingant ad iudicium de oibus: quare iſte modus pertinet ad popularem. Deinde cum dicit.

¶ Sũt aũt plures modi. Unus ſi ſingulariter ⁊ non ſimul oẽs ut eſt in rep. Theledei Milleſij. Et in alijs rebuſp. deliberãt magiſtratus ſiꝉ collecti. Ad Magiſtratuꝫ ṽo uadũt oẽs ſingulatim ex tribꝰ: ⁊ ꝑtibꝰ etiã minutis donec trãſeat per oẽs. Cõgregatur aũt populus ſolũmõ pro legibꝰ ferendis: ⁊ pro his que ꝑtinẽt ad reip. ſtatũ: ⁊ ꝓ his audiẽdis que a magr̃atibꝰ annũciantꝛ.

¶ Subdit moduꝫ iſtuꝫ. Et diuiditꝛ in q̃tuor ſm ꝙ ponit quatuor modos declarans ꝗbus modis populari ſtatui cõpetunt illi modi. Scḋa ibi⌊ Alius modus ⁊c̃.⌋ Tertia ibi⌊ Alius modus.⌋ Quarta ibi⌊ Quartus modus ⁊c̃.⌋ In ꝑma dicit ꝙ eius qḋ eſt oẽs iudicare de oibꝰ plures ſunt modi. Unus eſt ꝙ oẽs attigant ad iudicia oia: ſed ꝙ nõ oẽs ſimul ꝯueniant: ſed ſm parteꝫ ſicut accidit in rep. Mileſij ⁊ in alijs. De quibuſdam enim Rebuſp. ꝯſiliantur principantes. Cõueniunt autem oẽs ſm ꝑtem ut ſm tribus ⁊ ꝑtes minimas: ita ꝙ modo uadit vna pars cras alia: ita ꝙ nõ ſit aliqua ꝑs que nõ attingat ad ciuilitatẽ. Iſte aũt modus cõpetit primo modo populari ſtatui ſm queꝫ principantꝛ agricole habentes diuitias mediocres ⁊ ſm leges non ſm uolũtatem. Tales enim nõ ſemꝑ poſſunt uenire: qꝛ habent viuere de agricultura circa quã oportet eos laborare. Et ideo neceſſarium eſt eos uenire ſm parteꝫ. aliquando tamen oportet omnes uenire ſimul ut quando debet ferri Lex aliqua. Similiter quãdo debet tractari de his que pertinent ad Rẽpublicaꝫ. Etiã quando debent audire reſponſiones a principibus. Deinde cum dicit.

¶ Alius modus eſt oẽs ſiꝉ ꝯuenire aut ſolũmõ ad Magiſtratꝰ creãdos: aut ad ferẽdas leges ⁊ pro bello uel pace: ⁊ ad rationes repoſcendas. In ceteris ṽo eos qui Magiſtratuꝫ gerũt decernere ad ſingula deputatos: uel per electionẽ: uel per ſortẽ.

¶ Ponit ſecundum modum. Et dicit ꝙ ſecundus modus eſt ꝙ omnes cõueniant ſimul: ⁊ hoc in magnis ſolum: ſicut in electione principis uel principantiuꝫ. Et quando debet Lex aliqua dari. Similiter quando dedebet tractari bello uel de pace. Similiter quãdo debent fieri correctiones principantium. Alia ṽo dimittuntur principantibus qui aſſumendi ſunt uel per electionem: uel per ſortem; Et competit ſecundo modo populari ſtatui in quo multitudo non habet ſufficientes diuitias. Ideo oportet principatum committere. aliquibus. Deinde cum dicit.

¶ Alius modus eſt ut ad magiſtratꝰ creãdos: ⁊ ad rõnes repoſcẽdas ꝯueniãt oẽs ciues: ⁊ ad deliberationẽ belli ſuſcipiendi: uel ſocietatis ineũde. Cetera ṽo Magiſtratus exequantꝛ per electioneꝫ creati qḋ fieri poteſt: talia ṽo ſunt quot exercere neceſſarium eſt eos qui ſciunt.

¶ Ponit tertium moduꝫ. Et dicit ꝙ tertius modus eſt quando omnes conueniunt in magnis: ſicut in correctionibus principum ⁊ tamen debet tractari de bello ⁊ de pugnatione. Alia autem dimittuntur principibꝰ qui eliguntur a quibuſcũqꝫ qui ſciunt principari. Et differt iſte modus a primo: quia in primo non eliguntur ꝑncipantes ex quibuſcunqꝫ: ſed in iſto eliguntur. Iſte autem modus competit tertio modo populari ſtatui in quo aſſumũtur principes ex quibuſcũqꝫ. Deinde cum dicit.

¶ Quartus modus eſt ut omnes de oĩbuꝫ conuenientes deliberẽt. Magiſtratus ꝟo de nullo ſtatuant: ſed tm̃ primo loco ſententiam dicant: quemadmodũ fit in extrema illa gubernatione populari: q̃ꝫ in paucoꝝ gubernatione ſpẽi illi violẽte: ⁊ in gubernatione vnius Tyrãni correſpondere diximus. Hi ergo modi populares oẽs.

¶ Ponit quartum moduꝫ. Et dicit ꝙ quartus modus eſt quãdo omnes de omnibus cõſiliant̃ ⁊ iudicant ita ꝙ nihil omnino dimittit̃ ꝑncipantibus: ſed ſolum referre: ſic autem eſt in ultimo modo popularis ſtatus in qua multitudo ꝑncipatur: Et ideo iſte modus quartꝰ competit quarto modo populari ſtatui: qui ut dictum eſt ſupius ꝓportionabilis eſt quarto modo paucorum ſtatui qui qdẽ eſt potentatus ꝓportionabilis Monarchie Tyrãnice. Sicut enim iſta Monarchia Tyrãnica peſſima eſt: ⁊ etiam hec paucoꝝ potẽtia peſſima inter alias ſpecies eiꝰ: ita iſte quartus modus popularis ſtatus peſſimus eſt iter omnes modos popularis ſtatꝰ. Et ulterius concludit ꝙ omnes iſti ſunt de ſtatu populari: quia conueniunt popularis ſtatus modis. Deinde cum dicit.

¶ Quoſdã ꝟo de oĩbuꝫ paucoꝝ potentie: habet autẽ ⁊ hoc differẽtias plures.

¶ Oſtendit quis modus eſt paucis potẽtie. Et diuidit̃ in duas. In ꝑma ponit modum mixtum. Secũdo ponit modos pure paucoꝝ dominantium: ibi ⌊Quãdo ꝟo ⁊c̃.⌋ In ꝑma dicit ꝙ quãdo aliqui conſiliantur de omnibus: eſt modus paucoꝝ. Et iſte modus diuiditur in plures. Quãdo enim de omnibus ꝯſiliantur aliqui diuites nõ habẽtes diuitias excellẽtes ſed mediocres: ⁊ ſunt plures ſm̄ multitudinem plures habẽtes huiuſmodi diuitias: ⁊ ꝑncipant̃ ſm̄ Legẽ ita ꝙ Legem non poſſunt mutare: nec facere que prohibet: ſed exequi ea que ꝑcipit: ⁊ poſſunt attingere ad ꝑncipatum: tunc eſt vnus modus paucoꝝ dominantiuꝫ: ſed ciuilis eſt propter moderatas habere diuitias. Tales eni medij ſunt in ciuitate. Reſp. autẽ ex medijs eſt: quare iſte modus mixtus eſt ⁊ paucoꝝ ſtatu ⁊ Rep. Deinde cũ dicit.

¶ Quãdo eni a mediocri cẽſu fiat aſſumptio ⁊ multi aſſumunt̃ ꝓpter eã cẽſus mediocritatẽ: ⁊ que Lex uetat nõ moueãt ſed ſequant̃. Et liceat acqrẽti cenſum habere: paucorũ eſt hiꝰ gubernatio: ſed tamen ciuilis propter eius mediocritatem.

¶ Tangit alios modos paucoꝝ ſtatus pure. Et dicit ꝙ qñqꝫ nõ oẽs diuites ꝯſiliant̃ de oĩbꝰ ſed qdam electi ditiores prioribꝰ ⁊ ꝑncipant̃ ſm̄ Legẽ paucoꝝ potẽtie. Eſt ⁊ qñ adhuc ditiores ꝑncipant̃ oĩbꝰ ⁊ conſiliant̃ ⁊ pauciores ⁊ habẽt ptãtem eligẽdi illos qui deficiũt in principatu: ⁊ filij eoꝝ ſuccedũt in principatu. Sed adhuc principant̃ ſm̄ legẽ: uel qñ ꝑncipant̃ pauciores q̃ꝫ prius ⁊ ditiores: ⁊ ꝑncipant̃ nõ ſm̄ legem ſed ſm̄ ſuas ſn̄ias ita ꝙ dñi ſunt legis: qꝛ poſſunt ferre legẽ uel mutare: tunc eſt paucorum potentia ſm̄ diuerſos modos eius. Deinde cum dicit.

¶ Quãdo ꝟo nõ oẽs ꝑncipes ſũt ſed qui eligunt̃ ⁊ ſm̄ leges gubernãt ut prius paucorũ potẽtie eſt. Quãdo aũt ipſi ſe eligũt qui deliberãdi auctoritatẽ habẽt: ⁊ qñ filius patri ſuccedit: ac dñi ſunt legũ: neceſſe eſt hiꝰ gubernationẽ eſſe paucoꝝ potẽtiũ. Sed qñ aliquoꝝ aliq ceu cũ de bello ⁊ pace ⁊ repetẽdis rõnibus vniuerſi. De alijs aũt Magr̃atꝰ electi. uel ſorte aſſumpti optimatũ. i. uel eiꝰ qui appellat̃ reſpublica.

¶ Oſtendit quis eſt modus optimatuꝫ. Et circa h̃ duo facit. Primo eni tãgit qs modus eſt Optimatũ pure. Scd̃o cũ dicit. Qd̃ ſi de qbuſdã electi ⁊c̃. Oſtẽdit qs eſt mixtus ex paucoꝝ ⁊ Optimatũ ſtatu. In prima dicit ꝙ qñ oẽs ꝯſiliant̃ de qbuſdã magnis: ſicut de pace utruꝫ debeat fieri cũ aduerſarijs ⁊ de bello ⁊ de correctione ⁊ alia ꝑmittunt̃ ꝑncipantibꝰ qui ſunt accipiendi uel per ſortẽ uel ꝑ electionẽ: moduꝫ eſt optimatũ uel Ciuilis: qꝛ eni magna ſunt ⁊ ꝑiculoſa magnã inimicitiã habẽt. Maiorẽ ꝟo inimicitiã hẽt aliqs ad paucos uel ad aliquos q̃ꝫ ad totã multitudinem: qꝛ diuidit̃ in plures: ꝓpter hoc minor eſt ad ſingulos. Et ideo in talibꝰ oẽs debẽt iudicare. In alijs iudicare pñt ꝑncipes: in quibꝰ non ſunt magna pericula. Deinde cũ dicit.

¶ Qd̃ ſi de qbuſdã electi ⁊ de qbuſdaꝫ ꝟo ſortiti: ⁊ ſortiti uel ſimplr̃ uel ex ꝑlatis: uel coiter electi ac ſi ſortiti: ptim optimatũ eſt: ptim reip. ipſiꝰ. Diſtinguit̃ ergo ea ps que in ꝯſulẽdo: deliberando ue ꝯſiſtit in hunc modũ ꝑ nã reip. Et adminiſtrat̃ vnaqueq̃ꝫ Reſpublica ſm̄ hiꝰ terminationem.

¶ Oſtẽdit qs modus mixtus eſt ex ꝑcedẽti ⁊ ciuili intẽdens dicere ꝙ ſi de qbuſdam oẽs ꝯſilient̃: ſicut de magnis. De alijs aũt ꝑncipantes qui aſſumunt̃ per electionẽ: aut ſi ꝯtingat ꝙ de qbuſdam eligantur aliq principantes per ſortẽ: ⁊ hoc uel cõmuniter ex qbuſcũqꝫ. ſ. indifferẽter: uel aſſumant̃ ex aliqbꝰ prius inqſito ⁊ facto iudicio uel ſcrutinio de illis ex qbꝰ aſſumendi ſunt per ſortẽ: uel ſi aſſumant̃ de oĩbꝰ per electionẽ hoc ptinet ad optimatũ uel Rep. qd̃ eni per electionẽ ⁊ ex qbuſdam optimatuꝫ eſt. Qd̃ aũt per ſortẽ magis Ciuile eſt. Ulterius ꝯcludit quaſi recapitulãdo ⁊ ꝯſiliatiuuꝫ de eis que ordinantur ad Reſpu. habet diuidi ſicut dictum eſt: ⁊ quelibet reſp. diſponitur ⁊ regitur conſiliatiuo ſm̄ modum dictum: Deinde cum dicit.

¶ Cõfert aũt ⁊ gubernationi illi que nunc maxime videt̃ eſſe popularis. Dico aũt ei in qua populus dñs eſt etiã legũ in deliberando ac melius diſponẽdo hoc idẽ facere in ꝯcionibꝰ qd̃ fit circa iudicia in paucorũ potẽtia. Imponũt eni penã illis quos iudicare nolũt ut iudicẽt. Populares ꝟo mercedem ſtatuunt pauperibus. Melius enim deliberabunt ſi omnes conſilio interſint: populus quidem cum nobilioribus: iſti autem cum populo.

¶ Determinat quedam expedientia rebuſp. quibuſdam ſ. populari ⁊ paucoruꝫ ſtatui. Et primo tangit expediẽtia popularis ſtatus. Secundo paucorum ibi ⌊Paucorũ ꝟo ⁊c̃.⌋ Prima in tres ſm̄ ꝙ ponit tria expediẽtia. Secunda ibi ⌊Confert etiam per electionem aſſumi ⁊c̃.⌋ Tertia ibi ⌊Confert etiam ſi pluriuꝫ ⁊c̃.⌋ In ꝑma dicit ꝙ populari que maxime apparet eſſe popularis ſicut eſt q̃rta ſpecies in qua populus totus dñat̃ non ſm legem: ſed ſm ſententiā expedit ⁊ melius eſt facere illud qđ obſeruat᷑ in iudicijs ⁊ in paucoꝝ ſtatu. ſ. ꝙ de diuitibus ſi non cōueniant ad iudicium ⁊ congregationem ordinet᷑ dānum magnum pauperibus ſi uenerint ad ꝯgregationem merces. Et ratio huius eſt qꝛ ſi uenerint ⁊ diuites ⁊ pauꝑes: melius deliberabūt ⁊ ſanius oīs populus. ſ. diuitibus ⁊ ecōuerſo. Qđ eni nō videbūt diuites: videbūt pauperes: ⁊ ecōuerſo. Et tunc qm̄ cōmuniter deliberabunt: cōmuniter exequentur. Propter qđ expedit huic ſpēi populari ordinare diuitibus dānum ſi non uenerint ad ꝯgregationē: pauperibus mercedem ſi uenerint. Deinde cum dicit.

Confert etiam per electionē aſſumi eos qui deliberaturi ſunt: uel per ſortem equaliter ex partibus ciuitatis.

Ponit ſecundum expediens qđ cōpetit alijs ab ultimo modo populari. Et dicit ꝙ expedit populari ſtatui ꝙ ad ꝯſiderādum uel iudicādum eligant᷑ aliqui de oībus ut tot de diuitibus: tot de pauꝑibus: tot de turba: tot de alia: uel tot de iſto vico: tot de alio ita ꝙ ſemper ꝯſeruet᷑ equalitas ut quot aſſument᷑ de quibuſdaꝫ tot aſſument᷑ de alijs ſm equalem ꝓportionem. Et ratio eſt. qꝛ melius exequunt᷑ deliberationes ⁊ magis cōcordes erunt. Deinde cum dicit.

Confert etiā ſi plurium excedat multitudo plebis eos qui ſunt in gubernāda rep. peritiores uel non omnibus mercedē tribuere. Sed quātis reſpondet numero nobilitatis uel ſortiri plures.

Ponit tertium expediens. ⁊ videt᷑ eſſe cautela ꝯtra aliquid ꝙ poſſet dici ꝯtra p̄mū expediens. Dicebat᷑ eniꝫ ꝙ merces erat danda pauperibus ſi uenirent ad congregationem. Poteſt autem dici ꝙ nō eſt hoc expediens: qꝛ tunc multi uenient: ⁊ tunc cuꝫ ſint plures q̃z diuites: deliberabunt ſm ꝙ placebit eis: ⁊ nollent illud obſeruari: ⁊ ſic erit diſſolutio. Cōtra hoc ponit expediens. Et dicit ꝙ ſi pauꝑes ſm multitudinem excedant viros ciuiles ſicut medios ⁊ inſignes aut quoſcūqꝫ alios: cum non eſt danda merces oībus: niſi ſm ꝓportionem ad multitudinem diuitum: aut multos opꝫ priuare a congregatione. Deinde cum dicit.

In paucoꝝ ꝟo gubernationibus: aut eligere quoſdā ex multitudie: aut tale aliqđ cōſtituere quale eſt in quibuſdā ciuitatibꝰ: quos appellant precōſultores: ac legum cuſtodes. ac de his ſolūmodo rebꝰ ad ꝯſilium referre: de quibus iſti ante deliberauerunt. per hunc eniꝫ moduꝫ populus interueniet in deliberando: nec tollere qcq̃ꝫ de Republica ualebit.

Tangit cautelas conuenientes paucis. Et diuiditur in tres ſm ꝙ tangit tria. Secunda ibi⌊ Inſuper aut illa ⁊c̃. ⌋ Tertia ibi⌊ Et oppoſitum eius facere ⁊c̃. ⌋ In prima dicit ꝙ ad hoc ꝙ bene ꝯſilient᷑ fauentibus paucis ⁊ ꝯſilium eoꝝ ſit firmum: opꝫ ꝙ uocent aliquos fauentes populo ſiue aliquos de populo ſicut illos qui ꝑeminent aliqualr̃ populo: ſicut eſt in quibuſdam Rebuſpublicis ubi uocant᷑ p̄miſſi uel ſeruatores legis: ⁊ tractare cum iſtis de illis de quibus fauentes paucis cōſiliati fuerunt. Et ratio huius eſt: qꝛ poſito iſto modo ꝑticipabit cōſiliatiuo: ⁊ qđ deliberatum fuerit iſto modo multitudo nō poterit diſſoluere: ſed potius exequent᷑ vna cum paucoꝝ potētia. Deinde cuꝫ dicit.

Inſuꝑ aūt illa decernere poterit populus aut nihil cōtrariuꝫ illis que ꝓponent᷑: uel ꝯſultandi quidē oēs participes facere: Deliberādi ꝟo Magiſtratibꝰ poteſtatem relinquere.

Ponit ſcđam cautelā. Et dicit ꝙ ad hoc ꝙ conſilium paucoꝝ ſit firmum opꝫ paucos inquirere ſententiā populi uel opionem que eſt: ⁊ tunc ſententiare ſm ſniam eius ita ꝙ populus eādem ſententiā dicat quā pauci. Aut ſi non: nihil ſentētient ꝯtrium populo: uel ꝙ principes ꝯſilientur de his que ad Rempublicā ordinant᷑. Et tunc qđ inuētum eſt per cōſilium tradat oībus ꝯſiliarijs populi. Sic etiam ſententia paucorum firmior erit. Deinde cum dicit.

Et oppoſitū eius facere qđ ſit in populari ſtatu. Populi enim decretū in ꝯdēnando ratuꝫ nō ſit: ſed ad Magiſtratus rurſus referat᷑: qđ ꝯtra ſit in popularibꝰ. Magiſtratus enim abſoluēdi domini ſunt oīno ꝯdēnandi ꝟo nō ſunt: ſed ad populuꝫ habetur recurſus.

Ponit tertiā cautelā. Et dicit ꝙ ad hoc ꝙ ꝯſiliuꝫ paucoꝝ firmuꝫ ſit opꝫ eos facere oppoſitum eius qđ ſit in Rep. ſ. cum pauci per ſententiā debeant abſoluere aliquē ꝙ cōuocent multitudinem ⁊ faciant eam dn̄az in dando ſniam ꝓpter beniuolentiā hn̄dam. Cum auteꝫ cōdēnabunt aliqueꝫ ad mortem uel religabūt nō dent ptātem multitudini ſed poteſtas ſoluꝫ dimittit᷑ Principibus. Et ratio huius eſt. Quia condemnatio alicuius ad mortem uel relegatio ſit quia cōmiſit cōtra ꝑncipantes paucos. Populus aūt contrarius eſt eis. Si igitur darent ptātem populo in ꝯdēnatione uł relegatione: cōtingeret ꝙ populus abſolueret aut nō tantuꝫ pernitteret quantum deberet: quod eſt inconueniens. Et ideo nō debent dare poteſtatem populo ſupra mortem alicuius: ſed in Rep. ſit econtrario ⁊ abſoluentes ſunt pauci. ſ. principantes: condēnantes ꝟo ſunt non principantes: ſed plures ſicut populus. Et tunc cōcludit intentum ſuum ꝙ de principante ꝯſiliatiuo in rep. determinatum ſit hoc modo.

d

E ꝯſultādo igiť ⁊ deliberādo eiuſꝗ poteſtate in hunc modū determinatum ſit: ꝯſequēs his eſt circa magiſtratus diſtinguere. Habet enim ⁊ hec pars differētias multas quotqꝫ Magiſtratus: ⁊ quarū rerū auctoritatē habere: ⁊ pro quo tēpore ſingulos. Nā alij ſemeſtres. Alij breuiores. Alij annuos. Alij diuturniores ſtatuunt Magiſtratꝰ. ⁊ utrū Magiſtratus oporteat eſſe perpetuos: an ad longum tempus: aut neutrū: ſed multotiens eoſdem: aut non eundem bis: ſed tm̄ ſemel. Et preterea circa conſtituendū magiſtratus ex quibus oportet creari: ⁊ a quibus ⁊ quomodo. De his enim omnibus oportet poſſe diſtinguere quot modis ualeant fieri ac deinde accōmodare qbus cõferant gubernationibus Reipublice.

¶ Poſtq̄ꝫ ph̄s determinauit de cõſiliatiuo ⁊ modis eiꝰ ⁊ qui quibuſdã Rebuſp. expediunt: determinat de p̄ncipatu. Et diuidit̃ in duas. In p̄ma p̄mittit intentum ſuum. In ſc̄da ꝓſequit̃: ibi ⌊ Eſt aũt ne hoc. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ poſtq̄ꝫ determinatuꝫ eſt de ꝯſiliatiuo: dicẽduꝫ eſt de p̄ncipatu. Diuiſio aũt p̄ncipatus cõueniens eſt dictis de cõſiliatiuo. Sunt aũt multe partes ⁊ differẽtie p̄ncipatus ſ̄m ꝙ ſunt p̄ncipatus: ⁊ quoꝝ debẽt eẽ dñi principantes. Item de tẽpore per quãtum tẽpus debent eſſe dñi ſ̄m vnũquẽq̄ꝫ principatum. Sunt eniꝫ quidã principatus durãtes per ſex mẽſes. quidaꝫ qui durant per annuꝫ. Alij qui durant plus. Quidã auteꝫ ſunt ꝑpetui: quidã ſunt non ꝑpetui: ſed multuꝫ durãt. etiam quidã ſunt qui nõ ſunt ꝑpetui: nec multum durant. Sed ꝯtingit eundem frequẽter p̄ncipari: aliquotiens etiam ꝯtingit p̄ncipari nõ eundem bis: ſed ſoluꝫ ſemel. Iterum dicẽdum eſt de inſtitutione p̄ncipatuuꝫ ex quibus qui debent inſtituere ⁊ qualiter. De oĩbus enim iſtis opꝫ diligenter videre quibus modis p̄nt fieri: ⁊ poſtmodum videre qui modi ⁊ quales: quibus ⁊ qual bus Reſp. ꝯueniant. Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt ne hoc quideꝫ facile determinare quales Magiſtratus ſint nuncupandi. Indiget enim ciuilis ſocietas multis preſidentibus. Quapropter nõ omnes qui uel eligunt̃: uł aſſumunt̃ ſorte ſunt Magiſtratus exiſtimandi: utputa ſacerdotes: hoc enim aliud quiddaꝫ ponẽdum eſt a ciuilibus Magiſtratibus. Preterea qui pompas ducunt: ⁊ precones ⁊ legati qui eligũtur. Huiuſmodi enim cure ciuiles aut oĩum ciuium ſunt ad vnam actionem: puta Dux eoꝝ qui militant: aut ſ̄m parteꝫ mulierum: puerorũq̄ꝫ curatores. Alie diſpenſatiue. Sepe enim eligunt̃ quidã ad diſtribuẽdum annonã. Alie miniſtratiue ad q̄s ſi opulenti eligant̃ ſubſtituunt ſeruos.

¶ Proſequit̃. Et diuidit̃ in duas. In p̄ma determinat de diuiſione principatuuꝫ ⁊ de modo inſtitutionis ipſoꝝ. Sc̄do recolligit determinata remittẽs nos de cõſideratione aliquoꝝ ad ſequentia. ſ. ad 6ᵐ librum: ibi ⌊ Quot igit̃ ſunt ⁊c̃. ⌋ Prima in duas. In prima determinat diſtinctionem p̄ncipatuuꝫ in ordine ad reſp. Sc̄do determinat de modo inſtitutionis ipſarum: ibi ⌊ De cõſtituẽdis ⁊c̃. ⌋ Prima in duas. In p̄ma determinat diſtinctionẽ principatus in gn̄ali. Sc̄do tangit diſtinctionem principatus in ordine ad reſp. ibi ⌊ Uerum iſta ⁊c̃. ⌋ Prima in duas. Primo tangit modos principatus minus principales. Sc̄do tangit modos principalr̃ dictos: ibi ⌊ Maxime v̾o ⁊c̃. ⌋ In prima dicit ꝙ nõ eſt facile determinare qui debẽt eſſe principatus ⁊ quot: q̄m reſp. ꝯueniẽs multis idiget p̄ncipatibꝰ ⁊ p̄cipiẽtibus: ⁊ qꝛ plures opꝫ eſſe: manifeſtũ eſt ꝙ nõ oẽs ſunt aſſumendi uel per electionẽ uel per ſortẽ: ſic ſacerdotes. Et dicunt̃ ſacerdotes qui curã hñt de cultu diuino. Tales aũt nõ debẽt aſſumi per ſortem: ſed per electionem. Principatus aũt iſte eſt alter a ciuilibꝰ p̄ncipatibus. Sunt etiam alij p̄ncipatus qui diſtribuunt bona cõmunia quibus debent diſtribui. Sunt etiam qui pompas ducũt. p̄cones qui nunciant dicta cõmunia que debent nunciari. Eligunt̃ etiã alij qui dicuntur legati qui mittunt̃ ad extrinſecas ciuitates ⁊ principatus. Sunt etiam alij principes ciuiles qui curam habent de oĩbus ciuitatibus quãtum ad aliquã operationem: ſicut eſt Dux exercitus bellantium. Iſte enim habet dirigere ciues in exercitu. Alij ſunt p̄ncipes qui non hñt curam de oĩbus quãtum ad aliquam op̄ationem: ſed curã hñt de aliqua parte ciuitatis: ſicut ſunt mulierum puerorũq̄ꝫ curatores. Alij ſunt principatus iconomici ſeu diſpertiui quos frequẽter eligunt. ſ. mẽſuratores frumẽti: ⁊ miniſteriales qui habent miniſteria diuerſa in ciuitate. Cum aũt in talibus aliq̄s abundat: ordinãs ſeruos ad hꝰⁱ officia. Deide cum dicit.

¶ Maxime v̾o ut ſimplr̃ dicamus illi ſunt Magiſtratus appellãdi quibus datuꝫ eſt deliberare de quibuſdam ⁊ ſtatuere ⁊ iubere: ⁊ maxime hoc extremum. Nam iubere imperioſius eſt.

¶ Tangit modos Principatus p̄ncipalr̃ dictos. Et eſt intelligendum ꝙ vnumquodq̄ꝫ naturaliuꝫ aliq̄ operatione determinat̃ inquantum poteſt dicit̃ illud: Cum autem nõ poteſt nõ dicit̃ niſi equoce: quare p̄ncipatus eſt aliqua operatio in quam cum poterit maxime dicetur p̄ncipatus: Cuꝫ autem nõ poterit: nõ dicet̃ niſi equoce. Operationes autem p̄ncipatus ſunt ꝯſiliari de aliquibus iudicare ⁊ p̄cipere. Maxime autem op̄atio p̄ncipatus eſt p̄cipere. Precipere eniꝫ maxime ꝑtinet ad p̄ncipatum. Dixit igitur maxime ⁊ ſimplr̃: ut eſt dicere illi debent dici p̄ncipatꝰ q̄bus cõpetunt iſti actus ꝯſiliari: iudicare: ⁊ precipere. Et ille p̄ncipatus maxĩe dicitur p̄ncipatus cui cõpetit p̄cipere: qꝛ iſte eſt actus p̄cipuus ipſius Principatus. Deinde cum dicit.

¶ Veruꝫ iſta quãtuꝫ ad uſuꝫ nihil differũt ut ita dixerim. Nonduꝫ enim determinata eſt huiuſmodi de noĩe cõtrouerſia. Habet aũt quandã aliã intellectiuã cõſiderationeꝫ. Sed quales Magiſtratus ⁊ quot neceſſarij ſunt ciuitati ⁊ quales neceſſarij quidem. Inutiles v̾o ad bonaꝫ Reip. gubernationem magis utiq̄ꝫ quiſpiam dubitabit. Et ad omneꝫ Remp. ⁊ preſertim ad paruas ciuitates.

¶ Tangit diſtinctionem p̄ncipatus in ordine ad Rempublicam. Et p̄mo tangit que circa p̄ncipatus faciũt difficultatem: ⁊ que nõ. Sc̄do ꝓſequit̃ de illis que faciunt difficultatem: ibi ⌊ Nam in magnis ⁊c̃. ⌋ In prima dicit ꝙ utrum Principatus dicat̃ ſ̄m vnuꝫ modũ uel plures ⁊ ſ̄m diuerſas rationes: nõ multuꝫ facit ad ꝓpoſitum. Quia iudiciuꝫ non fit de altercatione que fit de noĩbus: ſed ꝑtinet ad aliud negocium. ſ. ad Metaphiſicum. Cõſideratio enim de diſtinctione uocabuloꝝ eſt negocium intellectuale. Sed qui p̄ncipatus ⁊ quales ſunt neceſſarij: ⁊ quare ⁊ quot in Ciuitate ſi debeat eſſe Ciuitas: ⁊ qui ⁊ quales nõ ſunt neceſſarij tñ expediunt ad bonam Remp. hoc magis facit ad ꝓpoſituꝫ ⁊ magis dubitabit aliquis de iſtis ⁊ circa omnẽ Remp. ⁊ ꝑuas ciuitates. Deinde cum dicit.

¶ Nam in magnis quidem licet ⁊ debent ſinguli Magiſtratus ad ſingula deputari. Sufficit enim multitudo ciuium ad Magiſtratus gerendos: ⁊ alios cum intermiſſione magna temporis alios ſemel duntaxat gerunt. Meliuſq̄ꝫ ſingula curantur q̄ꝫ ſi in multis cura noſtra diſtrahatur.

¶ Proſequit᷑ de illis que faciunt difficultatem. Et diuidit᷑ in duas. In prima oſtendit in quibus ciuitatib⁹ expedit vnum p̄ncipatum in plures diuidi ⁊ in quibus non. Scd̄o mouet circa hoc dubitationes ibi⌊ Debet etiam.⌋ Prima in duas. In p̄ma oñdit ꝙ in magnis ciuitatibus non expedit vnum p̄ncipatum in plures diuidi. In ſcd̄a ꝙ in paruis non expedit ibi⌊ Sed in paruis.⌋ In p̄ma dicit ꝙ in magnis ciuitatibus congruit ⁊ expediens eſt vnum principatum ordinari ad vnum opus ⁊ nō ad plures: ſed ɔtingit eſſe multos p̄ncipantes in talibus ciuitatibus. Et ratio huius eſt duplex. Prima eſt: qꝛ in magnis ciuitatibus multi ſunt ciues digni p̄ncipari. Et expediens eſt ꝙ quidā multo tempore dimittant᷑ in p̄ncipatu. alioſ ſemel expedit principari: hoc aūt nō contingeret ſi vnus teneret multos p̄ncipatus: quare in magnis ciuitatibus non expedit vnum plures principatus tenere. Alia ratio eſt: qꝛ vnum opus melius ꝑficit᷑ ab vno adhibente curā circa illud ꝗꝫ ſi circa multa intēdens diſtraheret᷑. Quare melius eſt vnum principatum committere vni ꝗꝫ plures. Deinde cum dicit.

¶ Sed in paruis Ciuitatibus neceſſe eſt in paucos Magiſtratus plures ɔferre. Nā cum ſit paucitas hoīuꝫ: non facile eſt multos in Magiſtratibus eſſe: qui naꝫ poſtea forent ſucceſſores horum.

¶ Oſtendit ꝙ in paruis ciuitatibus expedit vnum plures p̄ncipatus tenere. Et diuidit᷑ in tres. In p̄ma facit qđ dictum eſt. In ſcd̄a rñdet obiectioni que poſſet fieri: ibi⌊ Indigent qñqꝫ.⌋ In tertia oñdit ex quo pōt dinoſci quos p̄ncipatus ɔgruat ɔiungere in vnū ⁊ quoſ nō ibi⌊ Si ergo dicē.⌋ In p̄ª dicit ꝙ in paruis ciuitatibus opꝫ vnum plures p̄ncipatus tenere. Et ratio huius eſt: qꝛ in paruis ciuitatib⁹ ſunt pauci ciues: ⁊ ideo ꝓpter paucitatem ipſoꝝ nō poſſunt eſſe plures p̄ncipātes: quare opꝫ vnuꝫ p̄ncipatus plures tenere. ⁊ contingit in talibus ciuitatibus ꝙ ſucceſſiue iterum principantur. Deinde cum dicit.

¶ Indigent quādoqꝫ Magiſtratibus eiſdem ⁊ legibus: parue magneqꝫ ciuitates niſi ꝙ he quidem non ſepe indigent eiſdem. His ꝟo multo tēpore intermiſſo id accidit. Quapropter ꝓhibet multa ſimul his demādare: nō enim ſe impediunt. Et ꝓpter hominuꝫ paucitateꝫ neceſſarij ſunt Magiſtratus quidā quaſi luminaria obeliſcis impoſita.

¶ Rñdet obiectioni que poſſet fieri. Aliquis enī poſſet dicere: ſi in magnis ciuitatibus opꝫ vnum p̄ncipanteꝫ vnum p̄ncipatum tenere: in paruis vnum plures non erit idem p̄ncipatus ſm rōnem in magnis ciuitatibus ⁊ paruis. Iterum poſſet dici ꝙ non expedit in paruis ciuitatibus vnum p̄ncipatus plures tenere: qꝛ regimē vnius impediret curā alterius. Minus enīꝫ pōt eē intentus circa plures ꝗꝫ circa vnuꝫ. Iſta duo remouet ⁊ dicit ꝙ parue ciuitates aliqñ indigent eiſdem p̄ncipātibus ſm ſpēm quibus indigent magne. ſed in hoc eſt differētia ꝙ in magnis Ciuitatib⁹ frequenter ſunt idē principatus ⁊ principantes ꝓpter multos eē ciues in ciuitate: in paruis aūt nō niſi in multo tēpore. In paruis enim ꝓpter paucos eſſe ciues nō poſſunt multi eē principantes. ⁊ ꝓpter hoc opꝫ vnum multo tēpore p̄ncipari ⁊ tenere p̄ncipatus multos. Nō enim oēs p̄ncipatus impediunt ſeinuicem: ita ꝙ ꝓpter curam vniuſ impedit᷑ cura alterius: ſicut plura luminaria vni obeliſco impoſita nō ſe impediunt. Non ſecus ergo plures principatus vni iniuncti nō ſe impediunt. Tales autē ſunt p̄ncipatus ꝓpinqui exītes natura: qui uel ordinātur ad vnū finem uel ad ꝓpinquos: ſicut eſt principat⁹ qui habet curam honeſtatis puerorum ⁊ mulierum. Deinde cum dicit.

¶ Si ergo dicere poſſumus quot neceſſarij ſunt omni ciuitati: ⁊ quot nō neceſſarij quidem: ſed opportuni: facile quis ſciens iſta coniungat quot coniungere cōgruat in ciuium magiſtratu.

¶ Declarat ex quo pōt dinoſci quos p̄ncipatus ɔgruit demandare in vnum: ⁊ quos non: dicēs ꝙ ſi ſciamus quos p̄ncipatus neceſſariuꝫ eſt eſſe in ciuitate ⁊ quos non eſt neceſſarium ⁊ tñ expedit eſſe: defacili ſciemus quos principatus ⁊ quales expedit ɔgregare in vnuꝫ principatuꝫ: ⁊ quos ⁊ quales nō. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Debet etiam hoc nō latuiſſe quales conueniāt ſm locum magiſtratus pluriuꝫ curam habere. ⁊ qualiuꝫ ubiqꝫ vnuꝫ magiſtratum p̄tātem habere: ceu honeſtatis. Utrum in foro prefectuꝫ an nō: ⁊ aliuꝫ alibi: aut ubiqꝫ eundem: ⁊ utruꝫ ſm negocia partienduꝫ eſt: an ſm ꝑſonas. Dico auteꝫ ceu utrum curā honeſtatis: aliuꝫ pueroꝝ ⁊ mulierum: ⁊ in Rebuſp. utrum differāt ſm vnāquāqꝫ ⁊ magiſtratuuꝫ genus uel nihil: ceu in populari ſtatu ⁊ Paucoꝝ gubernatione ⁊ Optimatuꝫ ⁊ Monarchia: utruꝫ ijdem ſunt magiſtratus p̄tātem habentes: ſed nō ex equalibus aut ſimilibus: ſed alij in alijs: ueluti in Optimatibus qdē ex hoībus doctis. In paucoꝝ aūt ex opulentis. In populari ſtatu ex ingenuis.

¶ Inquirit p̄ncipatus quos opꝫ vniri in vnum ⁊ quos opꝫ diuidi in plures per comparationem ad loca ⁊ homines ⁊ Reſp. ⁊ primo mouet dubitatiōes circa hoc. Secundo ſoluit eaſ: ibi⌊ Uel exiſtant quidam.⌋ In p̄ma dicit ꝙ nō debet ciuem latere qui p̄ncipes poſſunt habere curam de diuerſis ſm diuerſitateꝫ locoꝝ ⁊ quorum ⁊ qualium opꝫ ubiqꝫ eſſe vnum p̄ncipem. Uerbi gratia Contingit aliquam curaꝫ hēre honeſtatis in foro: ⁊ curans honeſtatem in foro ſit prefectus fori: ⁊ alius ſit princeps honeſtatis in alia parte ciuitatis ita ꝙ ſm diuerſitatem locoꝝ diuerſificent᷑ principes. Quis p̄ncipatus honeſtatis ſit vnius rōnis: aut ſit vnus p̄nceps honeſtatis ⁊ in foro ⁊ in omni alio loco. Secunda queſtio eſt. Utrum principatus debeant diſtingui ſm rem uel ſm hoīem: ideſt ſm illud ad qđ per ſe inſpicit᷑ in dirigēdo uel ſm multitudinē hoīuꝫ qui debēt dirigi per illuꝫ. Uerbi gratia. Utrū ſit idem principatus honeſtatis pueroꝝ ⁊ mulierum aut non. Tertia queſtio eſt. Utrum principatus diſtinguant᷑ ſm diſtinctionem Rerump. Sicut uerbi gratia. Utrum in ſtatu populari paucoꝝ ⁊ optimatū ⁊ Monarchia regali ſint idem uel alij genere uel ſpecie non exiſtentes ex equalibus nec ex ſimilibus. Uel ſint diuerſi in diuerſis Rebuſp. ut in ſtatu Optimatum virtuoſi. In ſtatu populari liberi. In ſtatu paucoꝝ diuites. Deide cū dicit.

¶ Uel exiſtant quidam ſm ipſas differentias magiſtratuum: ⁊ alicubi cōferat eoſdem eſſe: alicubi diuerſos: alicubi enim cōgruit magnos eſſe: alicubi paruos eoſdez Magiſtratus.

¶ Soluit dubitationes iſtas. ⁊ primo ſoluit eas. Scd̄o addit ad ſolutionem quiddā: ibi [Uerūtamen.] Circa primuz intelligendum eſt ꝙ principatus diſtinguit ſicut alia nālia. ſ. ⁊ ſm formam ⁊ ſm mām. Forma vͦ principatus virtus aliqua uel potentia eſt. Eſt enim principatus poteſtas quedā uel virtus. Uirtus autez attendit in ordine ad finem. Ergo ſm diſtinctionem finis diſtinguunt principatus. Finis aūt principatus duplex eſt. Quidam. ſ. eſt remotus: quidā vͦ propinquus. Remotus ſicut finis reip. ad quem ordinant ultimo omnes principatus: ⁊ maxime ⁊ imediate principalis. Principatus ꝓpinquus eſt ſicut finis ducatus exercitus victoria: iudicij iudicare de ſubortis. Diſtinguit igit p̄ncipatus p̄mo ſm diſtinctionez finis remoti. Cum igit fines Rerump. ſint diuerſi: p̄ncipatus diuerſarum Rerūp. erunt diuerſi. Et ſicut Reſp. oēs attributionē habent ad vnam p̄mā: ſic p̄ncipatus rerūp. poſterioꝝ ad principatū in Rep. prima ⁊ ſimplr̄ dicta attributionem hn̄t. Et per hoc ſoluit tertia queſtio cū querebat: utrum principatus diſtingueret ſm diſtinctionem Rerump. Apparet enim ꝙ ſit ſm diſtinctionem finis ultimi. Finis aūt ꝓpinquus ciuitatis diuerſus eſt in qualibet Rep. ſicut ducatus exercitus: victoria: iudicij iudicare. Scd̄m vͦ diſtinctionem huius finis diſtinguit p̄ncipatus: ⁊ hoc duplr̄. Uno modo ſm diſtinctionem ipſius finis ſm ſe: ⁊ ſic diuerſi ſunt principatus ducatus exercitus ⁊ iudicij. Alio modo diſtinguitur principatus per hoc ꝙ hoies diuerſimode ſe habent ad finem illum: ita ꝙ finis pōt eſſe vnius ſm rez. Sed qꝛ homines aliter ſe hn̄t ad illum finem p̄ncipat⁹ diſtinguit: ſicut eſt principatus ornatus mulieruz puerorꝝ ⁊ viroꝝ. Q̄uis enim finis iſtoꝝ ſit vnus: tn̄ qꝛ aliter ſe habet puer ad iſtuz finem ꝙ̄ mulier ⁊ ꝙ̄ vir adultus: ideo alius eſt principatus ornatus mulierum: ali⁹ pueroꝝ: ⁊ adultoꝝ. Et per hoc ſoluit ſcd̄a queſtio cuz querebat: Utrum diſtinctio principatus eſſet ſm homines uel rem. Quia ⁊ eſt ſm rem qn̄ diſtinguitur ſm diſtinctionem finis ꝓpinqui ſm ſe ⁊ ſm homines: qn̄ homines diuſimode ſe habēt ad finez p̄ncipatus. Secundo vͦ diſtinguit p̄ncipatus ſm materiam: ut ſm diuerſitatem locoꝝ ⁊ hominum. poſſunt enim loca eē ita diſtātia ꝙ vnus homo nō poſſet regere: ⁊ tūc vnus principatus diuiditur in plures. Iterum ſi ſit magna multitudo ciuium que nō poſſit dirigi per vnum: opꝫ p̄ncipatum vnum ſm ſpēm diſtingui in plures. Si aūt loca ſint propinqua ⁊ pauci ſint homines: tunc plures principatus vniunt in vnum. Similiter ꝯtingit aliqn̄ diuerſos principatus ſm rem: maxime eos quoruz eſt vnus finis ſm rem diuerſus tamen ſm diuerſum modum ſe hn̄di ad ip̄m ꝓpter paucitatem hominum ⁊ ꝓpinquitatem locoꝝ ꝯiungi: ſicut cōuenit eundem habere curam boni ornatus viroꝝ ⁊ pueroꝝ ⁊ mulierū: aliquādo cōtingit cōtrarium ꝓpter cauſas cōtrarias. Et per hoc ſoluit prima queſtio cum querebat: Utrū principatus diſtingueret ſm diuerſitatem locoruz qm̄ aliqn̄ ſic: aliqn̄ non. Et hec oīa innuit phs breuiter dicens: ꝙ ſm diuerſitatem iſtoꝝ. ſ. locoꝝ hominuz ⁊ rei ⁊ Rerūp. eſt diuerſitas principatuum. Cōtingit enim aliqn̄ ꝙ diuerſi p̄ncipatus ꝯgregant in vnum: aliquādo vnus diuidit in plures: qꝛ ꝯtigit in aliqbus ciuitatibus multos eē ciues ⁊ loca diſtātia: ita ꝙ vnus non poſſet regere ⁊ vnus p̄ncipatus ⁊ diuidit in plures: ſicut p̄ncipatus boni ornatus: ⁊ ꝓpter multitudinez ciuiuz ⁊ diſtantiā locoꝝ diſtinguit in plures. In aliquibus enim ꝯtingit paucos eē ciues ⁊ loca nō eſſe diſtātia ſed ꝓpinqua: ⁊ tunc plures p̄ncipatus vniuntur in vnum: quia idem ſufficiens eſt regere diuerſos principatus. Deinde cum dicit.

¶ Uerūtamē ſunt aliqui ꝓprij: ceu eoꝝ qui ante deliberant. Hec enim poteſtas non eſt popularis: conſiliuz vͦo populare. opꝫ eſſe aliquid tale cui cura ſit populum cōſilio p̄uenire ne ocioſus ſit. Hi autē ſi pauci ſunt numero paucoꝝ potētia. Eſt aūt neceſſe ut illi ſint pauci qui ante deliberāt: ita ꝙ̄ paucoꝝ potētia eſt. Sed ubi ſūt ambo hi magiſtratus illi qui ante deliberant cōſiliarios cōſtituūt. Cōſiliarius enim popularis. Qui vͦo ante uenit in cōſulēdo ⁊ deliberādo paucoꝝ potentie.

¶ Adiungit p̄dictis quedam: ⁊ p̄mo adiūgit ꝙ ſunt qdam p̄ncipatus ſingulares quibuſdaz Rebuſp. Scd̄o adiungit de p̄ncipatu pueroꝝ: ibi [Qui aūt ⁊c̄.] Adhuc p̄ma in duas. In p̄ma facit qd̄ dictū eſt. In ſecunda oſtendit ꝙ ꝯſilium in populari ſtatu quoddam eſt: ibi [Diſſoluitur ⁊c̄.] In p̄ma dicit ꝙ nō ſolum diſtinguitur uel vnitur p̄ncipatus ſm loca: ut vnus diuidat in duo: ⁊ duo in vnum congregent. Sed quidam ſunt principatus ſingulares qui reperiuntur in quibuſdam Rebuſp. ⁊ non in alijs: ſicut p̄ncipatus deliberantiuz eſt in Paucorum ſtatu non in populari: ſed conſilium inuenit in populari ſtatu: qꝛ opꝫ in Populari ſtatu eē aliquos qui ꝯſilientur de eis que ſunt populi. Populus enim deficit a ratione ut in pluribus. Utiliter eniz in ciuitate opꝫ eſſe aliquid conſiliatiuum qd̄ dirigat ⁊ caueat ut populus nō uacet ⁊ iſoleſcat. ⁊ ſi ſint mlti populare eſt: ſi aūt pauci eſt Paucoꝝ potentia. non ſunt aūt in Populari ſtatu ſed in Paucoꝝ deliberantium qui ſunt pauci ⁊ diuites: ⁊ ideo in Paucoꝝ ſtatu ſunt. Ubi aūt ſunt ambo p̄ncipatus. ſ. Paucoꝝ deliberantium ⁊ conſiliantium pauci ſunt ſupra ꝯſiliarios. Conſiliarius aūt eſt ut dictum eſt: ſtatus popularis: ſed deliberantium eſt paucorum. Deinde cum dicit.

¶ Diſſoluit etiam poteſtas cōſilij in huiuſmodi gubernationibus: in quibus populus ipſe cōueniēs de oībus cōſtituit. Hoc aūt accidere cōſueuit cum eſt utilitas quedam aut merces cōſtituta his qui in Concione cōueniūt ocius enim cōueniūt perſepe ⁊ de cūctis ipſi ſtatuunt.

¶ Declarat ꝙ in quadam potentia populari nō eſt conſilium: ⁊ dicit ꝙ p̄ncipatus cōſiliatiuus in quibuſdaz a popularibus ſtatibus amouetur ſeu deſtruit: ſicut in illis in quibus totus populus cum cōuenit tractat de omnibus. Hoc aūt fit quando ꝯuenit totus populus ⁊ omnes tractant de oībus: maxime quando ordinat damnum uocatis ſi nō ueniunt: ⁊ merces ſi ueniunt. cum enim ſic uocantur: conueniunt ⁊ de omnibus iudicant. Deinde cum dicit.

¶ Qui aūt pueroꝝ curā habēt: ⁊ qui mulierum: ⁊ ſiquis alter eſt qui ptātem habet ⁊ curam huiuſmodi: Optimatuz id eſt ⁊

nō populare. Fieri enim nō pōt ut ꝓhibere pauperuꝫ mulieres alterius ſit ꝗ̃ paucoꝝ potentie: cum mulieres ipſoruꝫ in delitijs viuant. Sed de his quidem eatenus dixiſſe nunc ſatis ſit.

¶ Adiungit de p̄ncipatu pueroꝝ ⁊ mulierum quod eſt Optimatum potentie uel ciuilis: ⁊ dicit ꝙ p̄ncipatꝰ pueroꝝ ⁊ mulieruꝫ ⁊ ſi ſit alius talis p̄ncipatus Optimatum potentie eſt nō Popularis: qꝛ Popularis ſtatus nō ꝓhibet mulieres pauperuꝫ exire ad negociationes ſed p̄cipit. Optimatum aūt ſtatus ꝓhibet: nec talis p̄ncipatus eſt paucoꝝ: qꝛ mulieres paucoꝝ delitioſe viuunt: ⁊ ideo uolunt ſequi rōnis motum. Et conſequenter recapitulat dicens ꝙ de his intantum determinatum ſit.

D E conſtituendis autem magiſtratibus conāduꝫ eſt iam tranſigere.

¶ Poſtꝗ̃ phs de diſtinctione p̄ncipatuū determinauit declarat de modo inſtitutionis ipſoꝝ ⁊ diuidit in duas. In p̄ma p̄mittit intentionē ſuā. In ſcd̄a ꝓſequitur ibi[Cōſiſtunt aūt.] In p̄ma dicit ꝙ poſtꝗ̃ determiatum eſt de diſtinctione p̄ncipatuum conādum eſt ꝑtrāſire de modo inſtitutionis ipſorum ⁊ hoc a principio. Deinde cum dicit.

¶ Cōſiſtūt aūt differētie in tribus diffinitionibꝰ: quibus cōpoſitis neceſſe eſt oēs modos eſſe cōprehēſos. Unuꝫ ex tribus eſt q ſint illi qui magiſtratus ꝯſtituāt. Alterū ex quibꝰ ꝯſtituant. Tertiū per quē modum.

¶ Proſequit ⁊ p̄mo declarat qualr̄ cōuenit p̄ncipatus inſtitui ponēdo quaſdā diuiſiones. Scd̄o oſtendit qui modi cui Reip. ꝯueniunt ibi[Hoꝝ autē duo.] Prima in duas. In p̄ma ponit diſtinctionē vnam. Scd̄o ſubdiuidit membra: ibi[Cuiuſcūqꝫ v̄o.] In prima dicit ꝙ tria ſunt differentia ſm̄ rōnem: quibus diuiſis ⁊ cōbinatis poſſint oēs modi inſtitutionis p̄ncipatuuꝫ accipi. Iſtoꝝ aūt trium vnum eſt qui ſunt inſtituentes principatum. Secūdum eſt ex quibꝰ inſtituit p̄nceps. Tertiū eſt modus ſm̄ quē iſtituit. Deide cum dicit.

¶ Cuiuſcūqꝫ v̄o iſtoꝝ ſunt differētie tres. Aut eniꝫ ciues oēs cōſtituūt: aut quidaꝫ: ⁊ uel ex oībus: uel ex quibuſdā determiatis: ceu per cēſum uel per genus uel per virtutem: uel per aliud quiddā tale quale apud Megarenſes ex his qui vnā cum populo cōiuncti redierūt: ⁊ hoc aut per electionē: aut per ſortem.

¶ Subdiuit qdlibet iſtoꝝ. ⁊ p̄mo facit hoc. Scd̄o tāgit diuerſas cōbinationes diuidētium ut habeat nūs modoꝝ: ibi[Rurſus aūt.] In p̄ma dicit ꝙ iſtoꝝ ſunt tres differētie: uel tres diuiſiōes: ita ꝙ vniuſcuiuſqꝫ ſit vna. Aut enim inſtituētes ſunt oēs ciues: aut quidā. ⁊ hec p̄ma differentia. Scd̄a eſt ꝙ aut inſtituūt ex oībus aut ex aliquibus determinatis ſm̄ aliquā dignitatem uel ſm̄ genus uel ſm̄ virtutem uel ſm̄ aliquem alium moduꝫ: ſicut accidit in ciuitate Megare in qua inſtituuntur principantes ex condecentibus ad populum: hoc eſt ex illis qui ꝯdeſcēdebant populo in neceſſitate ⁊ ex illis qui ſimul pugnabāt cum populo cōtra impugnātes ⁊ grauantes eos. Tertia differētia eſt ꝙ inſtituētes aut inſtituunt ſorte aut electione. Deide cum dicit.

¶ Rurſus aūt hec ſimul cōduplicata. Dico aūt hec: ceu quoſdā aliqui: quoſdā oēs ⁊ quidā ex oībus: ⁊ quidā ex quibuſdaꝫ: ⁊ quidā electione: qdā ſorte. Uniuſcuiuſqꝫ iſtoꝝ differētie modi erunt quatuor. Aut enim oēs ex oībus per electionē: aut oēs ex oībus per ſortem: ⁊ uel ex cūctis: uel q̄ſi diuiſim per tribus: ⁊ cōuētus ⁊ ſocietates quouſqꝫ ꝑtranſeat per vniuerſos ciues. aut ſemꝑ ex oībus ⁊ ꝑtim ſic: ꝑtim illo modo. Rurſus v̄o ſi pauci ſunt illi qui conſtituūt magiſtratus: aut ex oībus per electionem: aut ex oībus per ſortem: aut ex quibuſdā per electionē: aut ex quibuſdaꝫ per ſorteꝫ. uel ꝑtim iſto modo ꝑtim illo. Dico aūt quedā ex oībus per electionē quedaꝫ per ſortē: atqꝫ ita. xij. modi efficiunt ſeorſum duobus cōduplicatis.

¶ Ponit combinationes diuerſas ut habeat numerus modoꝝ ⁊ dicit iteruꝫ ꝙ iſta tria combinari pn̄t adinuicem: vnde per alia diuidendum. Et exponit que ſunt illa tria dicens. Dico aūt. i. expono: qꝛ aut omnes inſtituunt: aut quidam. ⁊ aut ex omnibus aut ex aliqbꝰ aut ex electione aut ex ſorte. ⁊ quodlibet iſtoꝝ quatuor habet differentias quibus diuiditur. qꝛ ſi omnes inſtituunt aut ex omnibus: aut ex quibuſdam. Si ex omnibus: aut ſorte: ⁊ ſic vnum membrum. aut electione: ⁊ ſic 2^{m} aut diuiſim: ⁊ ſic tertium. aut cōiunctim: ⁊ ſic quartum. Dico aūt diuiſim: ſicut ſi ſm̄ tribus inſtituātur ⁊ populos diuerſos ⁊ ſocietates: ita ꝙ modo inſtituant ex vna tribu: deinde ex alia. Et ſic̄r diſcurrendo per oēs partes ciuitatis. Cōiunctim v̄o ita ꝙ ſemp ex oībus ſimul ſumptis inſtituat: aut alios quidē ſic alios aūt alio modo: puta quoſdā ex oībus cōiunctis: quoſdaꝫ aūt ex oībus diuiſis: ⁊ ſic ſunt ſex membra. Si aūt quidam ſunt inſtituentes habemus alia ſex membra: qꝛ aut inſtituunt ex oībus: aut quibuſdā. Et ſi ex oībꝰ aut ſorte: aut electione. Et ſic duo membra habemus. Si ex quibuſdā: aut ex quibuſdā uel ſorte aut electione: ⁊ ſunt alia duo: aut quoſdā inſtituunt ex oībus ſorte: quoſdā aūt alios electione: ⁊ ſic habemus alia duo mēbra: ⁊ ſic in vniuerſo habemus duodecim membra ducēdo mēbra p̄me diuiſionis in mēbra aliarū duarū p̄mittēdo duas cōbinationes: hoc eſt nō ducēdo membra tertie in mēbra ſcd̄e. Deinde cum dicit.

¶ Hoꝝ aūt due cōſtitutiones ſunt populares: hoc eſt oēs ex oībus electione: uel ſorte: uel ꝑtim ſorte partim electione.

¶ Oſtendit qui modi cui Reip. cōueniunt ⁊ diuidit in ꝑtes quinqꝫ. In p̄ma oſtēdit qui ꝯueniunt Populari ſtatui. In ſcd̄a qui Reipublice: ibi[At enim nō ⁊c.] Tertio qui Paucoꝝ ſtatui: ibi[Quoſdam v̄o ex omnibus.] Quarto qui Optimatuꝫ potentie: ibi[Sed quoſdā ex oībus.] Quinto adhuc quis paucoꝝ potētie: ibi[Quoſdā v̄o ex q̄buſdā.] In p̄ma dicit ꝙ iſtaruꝫ cōbinationū que dicte ſunt ꝑtinet ad popularē ſtatum. ſ. oēs p̄ncipatus inſtituere ex oībus ſorte uel etiā electione: uel etiā ſi aſſumunt oēs ex oībus cōiunctim uel diuiſim uel per ſortē uel per electionē. Hoc eni maxime ꝑtinet ubi multitudo dominat: hoc eſt populari ſtatui. Deinde cum dicit.

¶ At enim nõ oẽs ſimul: ſed ex oĩbus ↄſtituere: uel ex ꝗbuſdã ſorte uel electione uł utroqꝫ modo: aut ꝑtim ex oĩbus: ꝑtim ex quibuſdã utroqꝫ modo. Dico aũt utroqꝫ modo ꝑtim ſorte: ꝑtim electione illiꝰ ſpẽi eſt que appellatur Reſpublica.

¶ Oſtendit qui modi ſunt Reipublice: ⁊ dicit ꝙ nõ oẽs inſtituere ex omnibꝰ ſimul uel ꝗbuſdam: ſed omnes ſimul ⁊ diuiſim per tribꝰ ⁊ officia ex omnibꝰ ⁊ diuiſim ⁊ hoc uel per ſortem uel per electionem. Aut ſm iſtos modos aliquos ex omnibus uel ꝗbuſdam: ut aliquos per ſortem ex omnibꝰ alios per electioneꝫ ciuile eſt: qꝛ reſp. eſt mixta ex paucoꝝ ⁊ populari ſtatu. Inſtituere aũt ex quibuſdã Paucoꝝ eſt. Inſtituere ꝟo ex oĩbꝰ populare eſt. Et ideo inſtituere ex oĩbus uel quibuſdã ciuile eſt. Et exponit qđ dixerat ⌊ Utroqꝫ mõ. ⌋ dicens: Dico aũt ⁊ expono Utroqꝫ modo. i. quoſdã accipi ex oĩbus diuiſim uel quibuſdã per ſortem uel per electionem. Deinde cum dicit.

¶ Quoſdã ꝟo ex oĩbus ↄſtituere ꝑtim electione ꝑtim ſorte Paucorũ potentie eſt: multoqꝫ magis ſi ex ambobus.

¶ Oñdit qui modi ſunt paucoꝝ potẽtie: ⁊ dicit ꝙ quoſdam inſtituere ex oĩbus uel per ſortem uel per electionem: uel inſtituere aliquos ex oĩbus ſm utrũqꝫ modũ ut. ſ. aliqui inſtituant᷑ per electionem: aliqui per ſorteꝫ paucoꝝ potẽtia eſt magis: nã paucoꝝ potẽtia eſt aliqs paucos ꝓncipari. ⁊ h̄ eſt iſto mõ. Deĩde cuꝫ dicit.

¶ Sed quoſdã ex oĩbuꝫ: quoſdã ex quibuſdam ciuile optimatum eſt: uel quoſdam electione quoſdam ſorte.

¶ Oñdit qui modi ſunt ciuiles Optimatuꝫ. i. reipublice mixte cum optimatuꝫ ſtatu: ⁊ dicit ꝙ aliquos inſtituere ex oĩbus: aliquos ex quibuſdã. Sed iſtos eligere per electionem illos per ſortem eſt reipublice mixte cũ ſtatu optimatum. Deinde cum dicit.

¶ Quoſdã ꝟo ex quibuſdã paucoꝝ potẽtie: etiã ſi per ſortẽ fiat uł nõ fiat: ⁊ quoſdã ex quibuſdã utroqꝫ modo: quoſdã autem ex omnibus ⁊ ex quibuſdam omnes per electionem Optimatum.

¶ Oſtendit adhuc qui modus eſt paucoruꝫ potentie: ⁊ dicit ꝙ inſtituere quoſdam ex quibuſdam paucoꝝ potentie eſt: qꝛ Paucoꝝ potentia eſt paucos ꝓncipari: ⁊ eligere quoſdam ex quibuſdam per ſortẽ facta electione non eo modo quo fit in aliĳs: qꝛ hic ad paucos diuites inſpicit᷑: ⁊ inſtitui quoſdã ex quibuſdã ſm ambos modos eligẽdi: ut quidã inſtituunt᷑ ſorte: quidam electione eſt paucoꝝ potẽtia. Sed inſtituere quoſdam ex oĩbus ſimul eſt paucoꝝ potẽtia: ſed inſtituere ex ꝗbuſdam: ſicut virtuoſis per electionem Optimatum eſt. Deinde cum dicit.

¶ Modi igit᷑ circa magiſtratus tot ſunt ⁊ diſtinguunt᷑ ita ſm rerump. formas. Qui aũt qbꝰ ↄducãt ⁊ quõ ↄſtõneꝫ eoꝝ faciẽde ſunt vna cuꝫ ptãtibus magiſtratuũ: ⁊ qui ſint manifeſtuꝫ erit. Dico aũt ptãtem magiſtratus ceu circa redditus auctoritatem habere: ⁊ circa cuſtodiam. Alia enim poteſtatis ſpecies: queadmodum circa bellũ ⁊ circa contractus forenſes.

¶ Recolligit determinata: remittens de conſideratione alioꝝ ꝓpoſitoꝝ prius ad ſequẽtia ⁊ dicit: ꝙ modi eoꝝ qui circa principatus. i. modi aſſumẽdi ꝓncipatus tot ſunt quot dicti ſunt: ⁊ ſic diuidunt᷑ ꝓncipatus ſm diſtinctionem rerump. Que aũt quibus ꝓncipantibꝰ expediant ⁊ qualr̃: opꝫ eos inſtitui poſterius ſimul erit manifeſtuꝫ cuꝫ erit manifeſtuꝫ de potẽtĳs ipſoꝝ. ⁊ exponit qd uocat potentiã ꝓncipatus dicẽs ꝙ potentia principatus dicit᷑ ut que eſt dña ꝓuẽtuum ⁊ regionis. Iſte enim due potẽtie ſpecie differũt: ſicut potẽtia ducatus exercitus. ⁊ potentia que eſt domina cõtractuũ qui circa forum ſunt.

r Eliquuꝫ ex tribus eſt de iudicĳs dicere. Capiẽdi ꝟo ſunt iſtoꝝ modi per eandẽ viã. Eſt eñi differẽtia iudicioꝝ in tribꝰ terminis ex qbus: ⁊ de qbꝰ: ⁊ quõ. Dico aũt ex qbꝰ utrũ ex oĩbus uel ex qbuſdã. De qbus: quot ſpẽs iudicioꝝ. Quõ. utrũ per ſortẽ uel ꝑ electionẽ. Primo igit᷑ diſtiguamꝰ quot ſint iudicioꝝ ſpẽs

¶ Poſtqꝫ phs determinauit de ↄſiliatiuo ⁊ principatu determinat de iudicatiuo. ⁊ diuidit᷑ in duas. In ꝓma premittit intẽtum ſuum. In ſcḋa ꝓſequit᷑: ibi ⌊ Sunt aũt. ⌋ In ꝓma dicit ꝙ poſtqꝫ determinatum eſt de cõſiliatiuo ⁊ ꝓncipatu dicẽdum eſt de tertio prius ꝓpoſitoꝝ. ſ. de iudicatiuo ⁊ iudicio: ⁊ accipiẽdi ſunt modi iudicĳ ⁊ iudicatiui ſm ꝙ ꝓus accepti ſunt modi aliorum. ſ. ꝓncipatus ⁊ ↄſiliatiui. Circa iudicium aũt tria ſunt ↄſiderãda in qbus ↄſiſtit diuerſitas iudicĳ. ſ. ex qbus ſumendi ſunt. 2ᵐ eſt a qbꝰ. tertium eſt qualr̃ aſſumẽdi ſunt. ⁊ exponit ex qbus ſunt aſſumẽdi: utrum ex oĩbus aut qbuſdã. De qbus: quot. ſ. ſunt ſpẽs iudicĳ. Qualr̃ aũt: utrũ inſtitui debeãt electione uł ſorte. ⁊ ꝓᵒ vidẽdũ eſt quot ſunt ſpẽs iudicioꝝ. Deĩde cũ dicit.

¶ Sunt aũt octo. Unuꝫ rõnes repoſcere. Alteruꝫ ſi publice qs cui iniuriatus ſit. Alterũ quot ad ſtatũ ciuitatis ꝑtinẽt. Quartũ ⁊ magiſtratibꝰ ⁊ ꝓuatis hoĩbꝰ quecũqꝫ circa penas uerſant᷑. Quintũ de ꝓuatis ↄtractibꝰ ⁊ hñtibꝰ magnitudinẽ. Ac ꝓterea de homicidĳs ⁊ de ꝑegrinis: homicidĳ rurſus ſpẽs: ſiue in ipſis iudicĳs: ſiue in aliĳs ex ꝓuidẽtia fecerit uel inuitus: ⁊ quotcũqꝫ ↄfitemur qdẽ facta: ſ; de iure ↄtrouerſiaꝫ facimus: ⁊ quot pro homicidio exulãtibꝰ circa reditum ſtatuunt᷑: ut Athenis dicit᷑ ⁊ in Pheatri iudiciũ. Cõtingũt talia ⁊ in oĩ tpe pauca: ⁊ in magnis ciuitatibꝰ. De ꝑegrinis aũt vna ꝑs eſt: ſi ꝑegrinus ↄtra peregrinũ agat. Altera ſi ꝑegrinus ↄtra ciuẽ. Eſt inſup ultra hec oĩa de ꝑuis rebꝰ cognitio que dragmas qnque aut nõ excedant aut parũ. Opꝫ enim de his ius dici: nec incidit in iudicioꝝ multitudinem.

¶ Proſequit᷑ ⁊ diuidit᷑ in duas. In ꝓᵃ tãgit ſpẽs iudiciorũ. In 2ᵃ oñdit qbus modis inſtituunt᷑: ibi ⌊ Neceſſe eſt. ⌋ Prima in duas. In ꝓᵃ facit qđ dictũ eſt. In ſcḋa excludit quedam a ꝯſideratione ſua: ibi [Sed omittamus.] In pᵃ dicit ꝙ ſpēs iudicioꝝ in vniuerſali octo ſunt. Una eſt correctiua ſm quam tranſgredientes legem puniunt. Alia eſt punitiua eius qui peccat cōtra aliqd coīum. puta ꝯtra aliquā pſonam publicam. Alia eſt ſm quā puniunt qui deliquerūt ꝯtra totā Remp. Quarta eſt que coīs ⁊ pncipibꝰ ⁊ idiotis ⁊ qbuſcūqꝫ que eſt damnoꝝ ⁊ iniuriaꝝ illatoꝝ iudicatiua de qbꝰ eſt altercatio. Quinta ſpēs eſt de ꝯtractibꝰ puis ⁊ magnis. Alia vō eſt preter hanc iudicatiua homicidiorū: de pegrinis. i. de eis que ad pegrinos ptinent. Illa vō ſpēs que eſt iudicatiua homicidioꝝ ſiue ſint iidem iudices iudicātes ⁊ exequētes: ſiue ſint alij. Uel ſic: ſiue ſint iidē iudices ſm vnā rēpublicā: ſiue ſint diuerſi ſm aliā ⁊ aliaꝫ rempublicā ſpēs aliquas hēt. Una eſt que eſt iudicatiua homicidij facti ex pmeditatione ⁊ deliberatione ⁊ uoluntarie ponēdo inſidias. Scda eſt iudicatiua homicidij ppetrati ⁊ confeſſi. allegat tñ ꝙ iuſte factuꝫ eſt ⁊ ſup hoc eſt altercatio: utrū iuſte uel iniuſte factuꝫ eſt. Quarta ſpēs eſt que eſt iudicatiua eoꝝ que ferunt. i. ponunt in deſceſu homicidij. i. in reatu. H eſt que eſt iudicatiua eoꝝ qbus imponunt homicidia ab aliqbus ſed hoc ipſis fugiētibꝰ: hoc eſt negātibus. talibus eniꝫ ſolet aliqñ iudici duellū uel purgatio per iudiciuꝫ ignis uel aque: ut ꝙ accuſatus accipiat ignituꝫ ferruꝫ manu nuda ⁊ ſi urat iudicet reus. ſi nō: abſoluatur. Uel ꝙ ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ ponat in aqua magna: ⁊ ſiqdē euadat: abſoluat. ſi nō: reputet reus fuiſſe: ſicut dicit Athenis ꝙ iudex cōpulit deſcendere in puteo quendā ad purgādū forte ſe ſup homicidio. Iſtud aūt eſt irrōnabile: qꝛ hoc eſt cōmittere ſe fortune ⁊ iudicio diuino. ⁊ ideo raro fit nūc hoibꝰ magis utentibꝰ rōne: minus aūt in magnis ciuitatibꝰ ubi plures ſunt ſapiētes. Septima ſpēs iudicij eſt que eſt iudicatiua de diſceptatione pegrinoꝝ: ⁊ iſta eſt duplex. Quedā que eſt iudicatiua ꝯtrouerſie que eſt inter pegrinos adinuicem. Alia eſt iudicatiua de diſceptatione que eſt inter peregrinos extraneos ⁊ ciues. Adhuc pter iſtas ſpēs iudicij eſt vna alia que eſt octaua: ⁊ eſt illa que eſt iudicatiua de puis cōmutationibꝰ que ſunt circa minima ⁊ qſi nulla: ut de his que ſunt quinque dragmarū ⁊ de his que parū plus ualent. De oibus eniꝫ talibꝰ opꝫ fieri iudiciū: nec debēt reduci in multitudinem iudicum ppter paruitatem earum: ſed in aliquem vnum determinatum. Deinde cum dicit.

Sed omittamus de his ⁊ de homicidijs ⁊ de peregrinis. Dicamus aūt de ciuilibꝰ in quibus ſi non recte iudicetur: ſeditiones gignunt: ac rerump. motus.

Excludit quedā a ꝯſideratione ſua ⁊ dicit ꝙ de iſtis ⁊ de ſpeciebus iudicatiuis homicidijs ⁊ de illis qui iudicant de diſceptatione peregrinoꝝ dimittat ad pñs. Sed de ſpeciebus iudicij ptinentibꝰ ad Remp. dicendum eſt: quia ſi iſta non bene fiunt accidunt ſeditiones ⁊ tranſmutationes rerumpublicarum. De talibꝰ autē per que poſſunt contingere ſeditiones ⁊ trāſmutationes rerump. pertinet ad ciuem determinare. Deinde cum dicit.

Neceſſe eſt enim uel omnes de omnibꝰ ſupradictis iudicare electione uel ſorte: uel omnes de omnibus partim ſorte: partim electione. Uel de quibuſdam eorum aliquos ptim ſorte: partim electione aſſumptos. Hi ergo modi ſunt quatuor: totidem alteri qui ſm partem. Rurſus enim ex quibus ⁊ qui iudicāt de oibus per electionē aut ex qbꝰ de oibꝰ per ſortē: uel ptiꝫ ſorte: ptim electione. uel quedaꝫ Iudicia ex eiſdē ex ſortitis ⁊ electis. Iſti ergo ut dictuꝫ eſt ſunt modi in pdictis. Inſup eadeꝫ cōduplicata ut quedā ex oibus: quedā ex qbuſdā: quedā ex utriſqꝫ: ceu ſi eiuſdeꝫ iudicij eſſent alij ex oibus: alij ex qbuſdā. ⁊ uel per ſortē uel per electionē: uel ex ambobus. Quot igit modi iudicioꝝ eſſe poſſunt dictum eſt.

Tangit modos inſtituendi iudiciū ⁊ diuidit in duas. In prima tangit modos inſtituendi iudicium. In ſecunda oſtendit qui modi cui Reipub. conueniunt: ibi [Horum auteꝫ.] In prima dicit ꝙ neceſſe eſt omnes iudicare aut quoſdam. Si omnes: aut de omnibꝰ: aut de quibuſdaꝫ. Si de omnibus: aut de cōmunibus: aut per electionē: aut de oibus per ſortē: aut de oibus. hec qdē ſorte alia vō electione. Si oēs iudicēt de qbuſdā: aut iudicabunt de quibuſdam ſorte: aut electione: aut de quibuſdā. hec quidē per ſortem: alia per electionē. Et ſic ſunt quatuor modi ſi omnes iudicent: ſimiliter erunt quatuor modi ſubdiuidendo aliud membrum. Adhuc ſi quidam iudicant: aut iudicant de omnibus: aut de quibuſdam. Si iudicant de omnibus: aut iudicant ſorte de omnibus: aut per electionem: aut de omnibus hec iudicant ſorte: alia aūt electione. Si autem iudicent de quibuſdam: aut ſorte iudicant de quibuſdam: aut electione: aut de quibuſdam quidam ſorte: quidam electione. Et ſic ſunt alij quatuor modi ſubdiuidendo aliud membrum ſcilicet: Aut quidam iudicant. Et hoc breuiter innuit cum dicit: Uel quedaꝫ iudicia: ſcilicet omnibus uel quibuſdam ex ſortitis ⁊ electis. Ulterius concludit ꝙ iſti modi conſimiles ſunt modis dictis prius de inſtitutione principatus. Iterum ſi iſta fuerint combinata erunt alij modi. Ut ſi dicamus ꝙ iudicantes ſunt aut ex omnibus aut ex quibuſdā ⁊ hoc ſm alterum modum eligendi ſcilicet ſorte ⁊ electione: ut ſi dicamus ꝙ iudicia aut ſunt ex omnibus: aut quibuſdam. Et ſi ex omnibus: aut ſorte aut electione: aut ex omnibus. Hi quidem electione: alij vō ſorte. Et ſi ex quibuſdam aut ſorte aut electione. aut ex quibuſdam quidem ſorte: ex quibuſdam vō electione. Et tunc concludit ꝙ tot contingit eſſe modos iudicioruꝫ. Deinde cum dicit.

Horum autē prima popularia ſunt quecunqꝫ ex omnibus uel de omnibus. Secunda vō paucorum potentie quecūqꝫ ex quibuſdam de omnibus. Tertia optimatuꝫ ⁊ ciuilia quecūqꝫ partim ex omnibus: partim ex quibuſdam.

Oſtendit qui modi Reip. conueniunt ⁊ dicit ꝙ pmi quatuor: ſcilicet omnes de omnibus cōueniunt ſtatui Populari. Secundi quatuor Paucoꝝ potentie: ſcilicet: quecunqꝫ ex quibuſdam de omnibus. Tertij: ſcilicet quatuor Optimatibus ⁊ Rebuſpu. ſcilicet ꝙ partim ſunt ex omnibus: partim ex quibuſdam.

Finis.

❡Excellẽtiſſimi theologie ꝓfeſſoris Magiſtri Ludouici Ualentie ꝓcuratoris ordinis p̄dicatoꝝ ad reuerendiſſimũ in chriſto patreꝫ ⁊ dñm dñm. F. Cardinalem Seneñ. Epitoma per concluſiones quarti libri Politicoꝝ Ariſtotelis.

❡Hui⁹ ſcie cuꝫ ſit circa genus q̊dda͂: q̊ eſt reſp. Eſt cõſiderare que ſit optima reſp. ⁊ maxie expetibilis: ⁊ que q̄liſq; cuiq; poſſit ꝯferre. Sic eni ⁊ in cũctis artib⁹ ac ſciẽtijs debet ꝯtingẽ ut optimũ ſui gñis ꝓquirãt. Etiã ſi id aut nõ cupiãt hoies: aut aſſeq nequeãt. Et nõ ſoluꝫ ei⁹ eſt optimã rẽp. ꝯſiderare ſimplr: ſed ⁊ que bona eſt quãtũ fieri põt. Et deinde que ex ſuppõne bona ſit. Et hãc certe que nõ ſimplr bona ſit ſpectare opꝫ q̇ pacto ab initio ꝯſtituaẗ. Et q̃ꝫ plurimo tp̄e ꝯſtituta ꝯſuetur. Sed ⁊ coioreꝫ oib⁹ ⁊ que ſit facilior ꝯſiderare debet ciuilis homo. Unde errãt qui ſolũ de optia tradũt ⁊ qui ſolum cõmunem ꝓſequuntur.

❡Corrigere aũt remp. iam inſtitutã nõ eſt minus difficile q̃ꝫ ab initio inſtituere: ſicut diſcere eum qui male didicerit difficilius q̃ꝫ ab initio didiciſſe.

❡Qui aũt de his vult ꝯſiderare nõ debet ignorare ⁊ ſpecies ⁊ dĩias earũ ⁊ cũ hoc etiã leges ac legũ dĩias eum nõ opꝫ latere cũ leges reip. cã ſint iſtitute: ⁊ ei⁹ fini accõmodãde. Uñ diuerſis ⁊ multiplicib⁹ rebuſp. exñtib⁹ uarias quoq; ac multiplices neceſſe eſt leges eẽ.

❡Inter oẽs rerũp. trãſgreſſiões peſſima eſt tyrãnis que ab optio regno diuertit. Poſt hãc paucoꝝ potẽtia que optimatis labes eſt q̃ꝫ poſt regnuꝫ eẽ ꝯſtat. Poſtrema v̊o labes popularis ſtat⁹ qui reſp. cõi noie dicte tñſgreſſio eſt quã ultimo bonarũ rerũp. loco reponim⁹. Nec iſtarũ trãſgreſſionũ vnã altera meliorẽ: ut exiſtimauit Plato cenſendum eſt ſed minus improbam.

❡De pluralitate Rerũp. in genere.

❡Plures eẽ opꝫ reſp. eo ꝙ ⁊ ꝑtes ciuitatis ſpe differãt q̃rũ dĩiaꝫ reip. formã ſeq neceſſe eſt. Alij nãq; paupes. Alij diuites. Alij v̊o medij. Diuitũ quoq; ⁊ paupeꝝ ⁊ medioꝝ multas eẽ ꝑtes ꝯſtat. Rurſuꝫ reſp. eſt gubnatoꝝ iſtitutio. ſm̃ igiẗ gubernatoꝝ diſtributionem plures neceſſe eſt eſſe reip. ſpecies.

❡Itẽ nõ recte ſentiũt ꝑores putãtes duas tm̃ eẽ reſp. popularẽ ⁊ paucoꝝ. Ceteras v̊o ad has reduci iſtar uẽtorũ: quoꝝ alij boreales: alij auſtrales ſunt. Ceteri v̊o uẽti hoꝝ exceſſus ſunt. Sꝫ meli⁹ eſt ꝯſtituẽ aliq̃s reſp. bñ ordiatas ut vni⁹ optimatũ: uel plurimoꝝ: quaſdã deide harum eſſe labes ⁊ tranſgreſſiones.

❡Status paucoꝝ ⁊ popularis q̃uis multitudĩe ⁊ paucitate per ſe nõ differãt: ut ſupra oñſuꝫ eſt: nõ tñ coruꝫ eſt cõſtitutio ⁊ diuiſio: niſi ⁊ multitudinis ⁊ paucitatis ratio ac differẽtia his adueniat: ut popularis ſit q̇dẽ gubernatio qñ igenui hoies ⁊ inopes multi exiſtẽtes gubernãt remp. paucoꝝ v̊o potẽtia qñ opulenti ⁊ nobiliores pauci exiſtentes gubernant.

❡Preter aũt illas Reſp. q̃s dixim⁹ multas eẽ alias op⁹ eſt. Suſcepte eni cõbinationes ꝑtiũ Ciuitatis que ad ſpẽm ſpectare pñt: ſpecieꝝ quoq; dĩiaꝫ oñdunt: Sicut plures uentris: oris: auriũq; cõbiationes: multas quoq; aialiũ ſpẽs eẽ arguũt. Licet aũt multas h⁹ᵓ in Ciuitate ꝑtes aduerti. Infimi eniꝫ Ciuitatis pars rurſum in agricolas artifices Forenſem multitudinẽ ⁊ mercenarios diuidi. Media v̊o ꝓpulſatores belli ius dicẽtes cõſultores opulentos publicã exhibentes operam ac magiſtratus gerentes ꝯgregat. Suprema v̊o ex his cõſtat qui principari poſſunt: ac ex ceteris quos dixim⁹ ⁊ cõſultoribus ⁊ decernentibus iudicia. Hec autem pars his ſolum põt cõpetere qui virtute preſunt.

❡Socrates errauit in aſſignãdis ꝑtib⁹ Ciuitatis qui ſoluꝫ eas reddidit que vite gratia eẽ videnẗ. Ciuitas aũt bene viuendi gratia eſt inſtituta.

❡Propulſatores belli ſunt in ciuitate neceſſarij ſi debeat ciuitas libertatem tueri: alioquin eſſet natura ſerua nec ſibi per ſe ſufficiens.

❡Ius dicẽtes quoq; i ciuitate eẽ opꝫ: hi eni uelut aia ſũt in ciuitate cuius eſt decernẽ ac ſentẽtias dicere.

❡Conſultores etiam neceſſarij ſunt. Conſulere enim ciuilis prudentie opus eſt.

❡Ciuitas etiam opulentis indiget: hi enim poſſũt reip. onera ſuſtinere.

❡Ciuitas quoq; abſq; magiſtratibus eẽ nõ poteſt. Populus enim abſq; ratione eſt ⁊ ideo rectore ac ductore indiget.

❡Maxime aũt due apparẽt reſp. Popularis ⁊ paucoꝝ eo ꝙ partes ex quibus ꝯficiunẗ plurimũ diſtare ⁊ opponi videnẗ. Diuites enim ⁊ egeni idem eẽ nõ poſſũt ſimul: ſic ꝯtigit eũdẽ eẽ artificẽ ⁊ agricolã ac belli propugnatorẽ. Rurſuꝫ eundẽ iudicẽ ⁊ ꝯſultorẽ: ac etiã q᷑ utplurimũ diuites pauci ſunt: inopes v̊o multi.

❡De ſpẽbus ſtatus popularis.

❡Plures ſunt ſpẽs popularis ſtatus ⁊ paucoꝝ gubernationis eo ꝙ ⁊ in plebe ⁊ in nobilitate multa ſũt hominum genera.

❡Prima popularis gubernationis ſpẽs eſt cuꝫ oẽs eq̄les ſunt in rep. ⁊ diuites ⁊ pauperes eo ꝙ omnium ſit equalis libertas.

❡Alia ſpẽs eſt ut qui determinatũ ⁊ illũ q̇dẽ paruũ cenſum poſſidẽt poſſint magiſtratum ⁊ honores in Rep. obtinere. Sic enim multitudinis erit ſtatus.

❡Alia ſpẽs ut oibus ſit habilitas ad reip. honores: mõ ex aliq̃ cã nõ ſint obnoxij ⁊ lege tñ dñenẗ.

❡Alia ſpecies ut omnes quoq; habiles ſint modo ciues exiſtant ⁊ lex dominetur.

❡Alia ſpẽs eſt ut oẽs ut dictũ eſt habiles ſint: ſed decreta populi Legib⁹ preualeant: cuius q̇dẽ cũ ꝓpotentes exiſtũt qui populũ ducũt beniuolẽtia ⁊ aſſentatione. Sed in hac gubernatiõe populus Tyrãno ꝑſimilis eſt apud quẽ aſſentatores magnaꝫ hñt ꝑtãtẽ ut adulator apud Tyrãnũ: ⁊ qui decretis ſuis leges infringit Tyranni more. His aũt eſt auctoritas apud populũ eo ꝙ ea que ad populi cõmoda ⁊ ſtatũ ꝑtinẽt p̄dicant. Atq; hec ſpẽs nõ eſt Reſp. cenſenda que Lege nõ gubernetʳ: q᷑ Lex in vniuerſis domiari debet. In ꝑticularib⁹ v̊o populus ⁊ Magiſtrat⁹ decernere: ac ꝯſequẽter popularis ſtatus habendus eſt qui Reſp. eſſe nõ poſſit.

❡De ſpeciebus reip. paucoꝝ.

❡Prima Paucorum gubernationis ſpecies eſt in qua magnum adeo cenſum habentes ad quem tenues nõ poſſunt pertingere dominantur.

❡Alia ſpecies in qua etiam paruum habentes cenſum habiles ſunt ad Magiſtratum ⁊ deficientes poſſunt eligere. Et ſi ex omnibus qui v̊tute p̄diti ſint fieri poſſit electio: optimatuꝫ eſt ſtatus. Si v̊o ex diuitibus ſolum: paucorum.

❡Alia ſpecies eſt cum filius patri in gubernatione ſuccedit.

❡Quarta v̊o ſpecies eſt cum ⁊ filius patri ſuccedit ⁊ lex non dominaẗ: ⁊ hec Tyrannidi ſimilis eſt ac inter paucoruꝫ poteſtates peſſima: ſicut ⁊ ultima ex his que popularis eſt.

❡Contingit autẽ plerunq; Ciues ſm̃ vnam Reip. ſpeciem viuere ⁊ alterius Reipub. Leges eis poſitas eẽ. quod maxime contingit in Rerumpub. mutatione fieri: quia non ſtatim leges abrogantur prioris Reipu. Unde ⁊ illis manentibus: more tamen alterius Reipub. viuunt.

❡De ſpeciebus Reſp. Optimatum.

❡Optimatum ſtatus quidam eſt in quo ſolum viri optimi gubernant atq; in hoc ſolo contingit bonum virum non differre a ciue bono. Quidam eſt in quo qui regūt ꝛ diuitijs ꝛ virtute preſtare debent. Qui quideꝫ modus ꝛ a paucorum ſtatu differt cuꝫ virtutes ſpectētur: ꝛ a rep. cōmuni nomine dicta cuꝫ non ſola diuitie in ea conſiderentur. Quidam ṽo eſt qui ꝛ ad virtutes ꝛ ad diuitias ꝛ ad populum attendit: ut eſt apud Carthaginenſes: mixtuſqꝫ redditur ex paucoruꝫ potentia ꝛ optimatum ſtatu ac populari gubernatione. Quidā poſtremo qui ꝛ virtutibus ꝛ populo poteſtateꝫ concedit: ut apud lacedemones: qui ſane ex optimatū ac populari ſtatu miſcetur.

¶ De ſpeciebus reip. cōmuni nomine dicte.

¶ Reſp. cōmuni noīe dicta eſt mixtura quedaꝫ ex populari ꝛ paucoꝝ gubernatione. Unde ꝛ reſp. ad popularem declinātes reſp. ſolēt appellari ad paucoꝝ: optimates: eo ꝙ diuites ṽtute ac nobilitate preſtare credātur.

¶ Reſp. bona eſt que ꝛ ab optimis viris ꝛ optimis legibus gubernatur: que q̄dem recte nō ſunt cēſende ſi eis non pareatur. Una enim recta leguꝫ inſtitutio putāda eſt legibus parere. Sunt aūt recte ſimpl̄r optimatuꝫ leges que ṽtuti tribuūt: ſed paucoꝝ gubnationis Leges diuitijs: popularis ṽo libtati. q̄re nō ſunt ſimpl̄r bone.

¶ Reſp. cōmuni nomine dicta ab optimatum ſtatu differt eo ꝙ ex populari ꝛ paucoruꝫ gubernatione cōſtet ab ea tamen optimatis ſpecie que ex paucoruꝫ ꝛ populari ꝛ optimatuꝫ conſtat paruꝫ differt.

¶ Optima aūt mixtio reip. ex paucorū ꝛ populari ſtatu eſt: ut q̄d mediuꝫ eſt ex utraqꝫ ſumat: ꝛ q̄tum ad actiones earuꝫ: ꝛ q̄tuꝫ ad pſonas Magiſtratus gerentes: ꝛ q̄tuꝫ ad Magr̄atuū creationē: puta ꝙ in oī ſtatu paucorum ſoli opulenti eligantur. In populari ſoli pauperes. In Repu. ṽo medij.

¶ Finis autē bone pmixtionis eſt cuꝫ utrūqꝫ extremoꝝ popularis. ſ. ꝛ paucoꝝ gubernationis in ea conſpicit ꝛ per ſeipſam ſaluari poſſit ꝛ neutrū tamē actu appet: ſicut in omni cōmixtione bene tempata ſolet accidere.

¶ De ſpeciebus Tyrannidis.

¶ Tres ṽo Tyrannidis ſpēs ſunt. Prima q̄dem in qua aliqui apud Barbaros cuꝫ abſoluta omnimodaqꝫ poteſtate ad gubernādam remp. eligebant legibꝰ poſitis. Scd̄a ṽo in qua aliqui in parte ſicut apud grecos Eſynetes legibꝰ ſil̄r poſitis. Unde ꝛ he due ſpēs propter Leges Regie quodāmō erāt. Sed q̄a arbitrio ſuo dominationē hi exercebāt: ſpretis legibꝰ Tyrānice habebant. Tertia ṽo ſpēs que maxime proprie dicit eſt que nullis ſubiacet legibꝰ: ꝛ que per vim ꝛ melioribꝰ ad ꝓpriam utilitatē ꝛ non ſubditoꝝ dn̄et. Unde ꝛ inuolūtaria eſt cū nemo liber ſua ſponte hꝰōi ſeruitutē ferat.

¶ De optima rep. pluribus ciuitatibus poſſibili.

¶ Optima reſp. que pluribꝰ Ciuitatibꝰ ſit poſſibilis ex medijs in ciuitate ꝯſiſtit. Medietas enī virtꝰ eſt. Beata aūt vita eſt ſm̄ ṽtutē nō impeditam. Medij enī Ciues facile obediunt rationi. Qui enim excedunt: ſupbi ſiunt palam in rebus magnis delinquentes. Qui ṽo paupertate nimia deprimuntur occulti praui ꝛ in rebꝰ exiguis fraudatores. Rurſum medij gubernationem reſp. amant: non auteꝫ aut excedētes aut qui deficiūt. Item qui ſuperabundant nec ſubijci uolunt: nec ſciūt: ſic domi aſſueti: nec preceptoribꝰ propter delitias obtemperare. Egeni ṽo deiecto nimis animo: viliqꝫ exiſtunt apti ſeruire ꝛ imperare neſcientes: amplius opulenti contēnunt pauperes ꝛ inuident: que certe a ciuili amicitia ꝛ ſocietate abſunt.

¶ Cōſeruat etiā ualde hꝰōi reſp. que ex medijs cōſtat: nec enī ipſi alijs inſidiant cū ſibi ſufficiāt. Nec alij eis inſidiant cū nō multuꝫ excedant: quare ſine piculo manet hꝰōi reſp. Unde nec diuites poſſunt pauperes opprimere. Hos enim medij defendunt nec plebs nobilitatem extinguere ualet medijs eas tuentibus.

¶ Expedit igit rerūp. plures eſſe medios. Si eni plures diuites ſint: ſtatus paucoꝝ ſit aut Tyrannis. Si multi pauperes: popularis: utrūqꝫ aūt exceſſuꝫ ꝓhibent medij ſunt preterea ſine ſeditione: aut in magnis ciuitatibus apparet in q̄bꝰ multi medij ciues exiſtūt: q̄d etiaꝫ oñdit pmanētia popularis ſtatus: qui plures medios habet q̄ꝫ paucorum. Hinc etiam qui optimas condiderunt leges ex medijs fuerūt ciuibus: ut Solon: Licurgus: Charondas.

¶ Plurime autem reſp. aut populares: aut paucoꝝ ſunt propter pugnas inter diuites ꝛ pauperes ortas. Unde victores pauperes ad ſua cōmoda popularem fecerūt. Victores ṽo diuites exiſtentes paucorum: aut inſtituētes eas nutriti aut in hac aut in illa: hanc uel illā amātes ordinauerunt.

¶ Que reſp. cuiqꝫ ciuitati conueniat.

¶ Cum omnis ciuitas ex quali conſtet ꝛ quanto Reip. ſpecies illa cōmode exoritur in qua aut qualis quāti: aut quanti qualis proportionem non excedit ſi nanqꝫ ignobiliū multitudo q̄le paucoꝝ excedat: naſcitur reſpu. popularis. Si ṽo diuitum multitudo plus abundat in quale q̄ꝫ deficiat in quanto: neqꝫ conſequenter plus excedatur a multitudine in quanto q̄ꝫ ipſi multitudinem excedant in quali dignum eſt exoriri potentiam paucorum.

¶ Cuicunqꝫ autem reip. cōducit medios coaſſumere aut quali aut quanto: aut proportione utriuſqꝫ. His enim prohibetur perturbatio diuitum ꝛ pauperum: eſt eniꝫ medius uelut arbiter ꝛ fidelis.

¶ Qui autem remp. optimatum conſtituere intendētes nimis diuitibus tribuunt: plebēqꝫ excludunt aberrāt. Sic enim diuites cupiditate plus habendi deſtruunt remp. q̄ꝫ ſi multitudini plus tribueretur q̄ꝫ diuitibus.

¶ De tribus partibus omnibus rebuſp. neceſſarijs.

¶ Sunt tres partes omnium rerump. neceſſarie: quibus ſe bene habentibus neceſſe eſt reſp. bene ſe habere. Videlicet vna que in publicis uerſatur cōſilijs. Altera in Magiſtratibus. Tertia in iudicijs.

¶ De conſiliatiua parte.

¶ Ea pars que conſulit auctoritatem habet de bello: de pace: de ſocietate ineunda uel diſſoluenda: de legibus ferendis uel abrogandis: de ſentētia mortis: de exilio: de publicatione bonorum: de rationibus repoſcēdis. De omnibus auteꝫ his conſiliari ad omnes ſpectat in ſtatu populari. Sed quatuor modis: vnus quidem eſt ut omnes attingant: ſed non ſimul per partes autem: niſi forte cum leges ſunt ferende aut de his que ad ſtatum pertinent. aut pro audiendis his que a Magiſtratibus proferuntur. Alius ṽo ut omnes ſimul conueniant ad Magiſtratus creādos ad ferendas leges pro bello uel pace: ꝛ ad rationes repoſcēdas. Per electos ṽo aut ſortitos Magiſtratus cetera expediant. Alius autem cum omnes ad Magiſtratus creandos: rationes repoſcendas ad deliberationem belli ſuſcipiendi: ꝛ ſocietatis ineunde conueniūt. Cetera ṽo per electos Magiſtratus ex quibuſcūqꝫ tractātur. Q̄d ṽo cū omnes omnia ſimul agunt. Magiſtratus autē nihil agāt niſi ut primo loco ſententiam dicant.

¶ Cum ṽo ad paucos conſiliari pertinet de omnibus: paucorum potentie eſt. Quod quidē multipliciter ſm̄ multiplices prenumeratas huius ſtatus differentias fieri contingit.

¶ Cum ṽo ad omnes de magnis quibuſdam ſpectat cōſiliari. Cetera ṽo per Magiſtratus tractantur: optimatum ſtatus eſt. Et ſi Magiſtratus ſit per ſorteꝫ magis ciuile eſt q̄ꝫ optimatum.

¶ Ut firmior autem ſit popularis ſtatus deliberatio: cōducit diuites ad conſilium uocare ꝛ per ſortem equaliter ex partibus Ciuitatis aſſumere ꝛ conuocare ut equalitas ſeruetur.

¶Ut vͦ firmius ſit paucorum potentie conſilium expedit ex populo aliquos conuocare: ⁊ ex eis conſtituere preconſultores ac legum cuſtodes. Inſuper ⁊ populo plus decernendi arbitrium relinquere ⁊ abſoluendi ei duntaxat tribuere poteſtatem: cõdemnandi vͦ Magiſtratibus reſeruare iuriſdictionez.

¶De Magiſtratibus.

¶Non omnes qui ſorte eliguntur ad aliquam ciuilem actionem: ut ſacerdotes: precones: prefecti annone ⁊ alij hͦi ſunt Magiſtratus habendi: ſed quibus datum eſt deliberare: ſtatuere: ⁊ iubere: ⁊ preſertim iubere.

¶In magnis ciuitatibus expedit ſingulos Magiſtratꝰ ad ſingula deputari: tuz quia ſufficit multitudo ciuiũ: tum quia melius ſingula curantur.

¶In paruis ciuitatibus neceſſe eſt in paucos Magiſtratus plures conferre propter hominum paucitatez. Nõ enim ſinguli Magiſtratus ſe adinuicẽ impediunt. Sicut ne plura luminaria ſingulis obeliſcis ſiue candelabris ſimul impoſita.

¶Quando vͦ Magiſtratus in vnum coniungi poſſint ex loco ⁊ perſonis poteſt intelligi. Si enim in locis diſtantibus debeant exerceri: ut in ciuitatibus magnis ſolet contingere: aut fines non ſe compatiantur: nõ recte in vnum congregantur. Si vͦ ⁊ fines ꝓpinqui ſint ⁊ loca in quibus ſeruantur: ut in paruis ciuitatibꝰ poteſt accidere: in vnũ pñt duo uł ples Magſ̃atꝰ ꝯferri.

¶De creandis Magiſtratibus.

¶Creatio aũt magiſtratuũ tribꝰ differẽtijs uariaꝛ. Aut enĩ oẽs creãt: aut qdã: aut ex oibꝰ creãꝛ: aut ex qbuſdã: aut ſorte creanꝛ: aut multitudine. Que qdẽ differentie ſi in ſeipſas inuicẽ ducanꝛ: multas alias ꝯſtituunt. Si enĩ accepta prima ꝙ aut oẽs aut aliq: ſumpſero ꝙ oẽs dicam. Si omnes: aut ex omnibus: aut ex aliquibus. Et ſi ex aliquibus: aut ſorte: aut electione. Si vͦ aliq: rurſuz dicam aut ex oibus: aut ex aliqbus. Et ſi ex aliqbus: aut ſorte: aut electione. Et ſic in alijs procedam.

¶Due differentie ex predictis populares ſunt. videlicet omnes creare ex omnibus ſorte: uel electione: uel partim ſorte: partim electione.

¶Ciuile vͦ eſt nõ oẽs ſimul. Sed ex oibus ꝯſtituere: uel ex qbuſdã: aut partim ex oibꝰ: partim ex qbuſdã: ſorte: uel electione: uel partim ſorte: partim electione.

¶Quoſdã vͦ ex oibꝰ ꝯſtituere partim electione: partiz ſorte paucorũ potentie eſt. Et ſimiliter inſtituere quoſdam ex quibuſdam: uel ſorte: uel electione.

¶Quoſdam vͦ ex omnibus: ⁊ ex quibuſdaz omnes eligere optimatum eſt.

¶De iudicijs.

¶Sũt aũt octo iudicioꝝ ſpẽs. videlicet: Rationes repoſcere. Perſequi eũ qui publice iniuriatꝰ alicui fuerit. Et ſimiliter qui ꝯtra ſtatũ ciuitatis egerit. Punire illatas iniurias: qꝺ ⁊ magſ̃atibꝰ ⁊ ꝑuatis hoibꝰ cõpetit. De ꝑuatis ꝯtractibꝰ iudicare. De homicidijs. Et hoc ſiue ex deliberatiõe fecerit: uel caſu: aut inuitꝰ. Ac ẽt ſi homicida ꝯfiteaꝛ factũ homicidiũ. Et ꝯtrouerſiaz de iure faciat. Et quot dies exulãtibꝰ ꝓ homicidio circa reditũ ſtatuunꝛ: que oia ſub ſexta ſpecie que eſt de homicidio ꝯtinenꝛ. De ꝑegrinis etiã ſiue ꝑegrinus cõtra ꝑegrinũ agat: ſiue ꝯtra ciuẽ. De ꝑuis etiã rebꝰ: utputa: que dragmas qnqꝫ nõ excedũt: uł parũ. Nã hec in iudiciorum multitudinem non debent reduci.

¶De ciuilibus autem cauſis maxime oportet recte iudicare. Si enim non recte de his iudicetur: ſeditiones gignuntur: ac reip. motus fiunt.

¶Neceſſe eſt aũt eos qui iudicãt uel oẽs de oibus ſupradictis iudicare: uel ſorte: uel electiõe: uel ꝑtiz ſorte: partim electiõe. Uel aliquos de aliqbꝰ ꝑtim ſorte: ꝑtiz electiõe aſſumptos cõduplicãdo per oia: ut de Magiſtratuũ creatiõe dictũ eſt. Finis.

¶Politicorum Ariſtotelis liber quintus.

De alijs qdẽ oibꝰ de qbꝰ dicere ꝓpoſuimus fere dictuz eſt. Ex qbꝰ aũt mutanꝛ reſp. ⁊ quot ea ſint: ⁊ qualia: ⁊ que nã ſint ſingularuz rerũp. corruptiones ⁊ labes: ⁊ ex qualibꝰ in quales maxime mutanꝛ. Preterea que remedia gñaliter ⁊ ſpãliter cuiuſqꝫ: ⁊ per que maxie ꝯſeruari poſſit vnaqueqꝫ reſp. ꝯſiderãdũ deinceps erit.

¶Poſtqꝫ ꝑhus determinauit de rep. oñdẽdo quid eſt ⁊ de differẽtijs eius ⁊ in vniuerſali ⁊ in ꝑticulari. In iſto qnto libro determinat de principijs ſaluãtibꝰ ⁊ corrũpentibꝰ rẽp. Et diuidiꝛ in partes duas. In prima dat intẽtionẽ ſuã ꝯtinuãdo dicta dicẽdis. In ſecũda ꝓſeqtur cũ dicit. [Oportet aũt ⁊c̃.] In ꝑma dicit ꝙ poſt illa que determinata ſunt prius: ꝯſequẽter dicendũ eſt ex qbus corrumpunꝛ reſp. ⁊ ex quot: ⁊ ex qlibus ⁊ que ſint corruptiões ⁊ correctiones cuiuſlibet reip. ⁊ ex qlibus ⁊ qbus rebuſp. ad quales ſit trãſmutatio. Aliqñ enĩ vna reſp. tranſmutaꝛ in aliã. Et ideo videndũ eſt a quali: ad qualẽ ꝯtingit fieri trãſmutationẽ. Item dicẽdũ eſt de ſaluatione cuiuſqꝫ reip. qualiter. ſ. ſaluaꝛ vnaqueqꝫ: ⁊ in vniuerſali ⁊ in particulari. Itẽ dicendũ eſt per que maxime hẽt ſaluari quelibet. De oibꝰ enĩ alijs que ꝓpoſuimus dicere in ꝑncipio fere dictũ eſt. Et dicit fere: qꝛ ſupius fecit mẽtionẽ de iſtitutiõe ꝑncipatꝰ: ſed nõ determinauit de ipſa ad plenũ: ſꝫ determinabit in ſequẽti libro. ſ. in ſexto. Deinde cum dicit.

¶Oportet aũt prius illud ꝑncipiũ aſſumere ꝙ plures ſunt forme reip. Et in his ꝯſiſtent qdẽ oẽs iuſtitiã ⁊ ꝯuenientem equitatẽ. Sed aberrant ab ea ut eſt ante dictũ. Nã populus ꝯſtat ex his qui cũ ſint ſm qd pares: putãt ſe ſimpliciter pares. Paucorũ vͦ potentia ex his qui cuz preſtent aliqua re: ſe in cunctis preſtare arbitranꝛ. Opibꝰ enim ſupantes: ſimpliciter exiſtimãt ſuperare. Deinde vͦ illi quaſi pares exiſtẽtes: in cũctis dignuz putant ſe parez portionẽ habere. Hi aũt quaſi ſuperiores ſint maiora ſibi cõpetere arbitranꝛ. Maius enim inequale. Habent vͦ omnes aliquid iuſtum: ſed ſimpliciter aberrant.

¶Proſequiꝛ. Et diuidiꝛ in duas. In ꝑma ꝓſeqꝛ de ſaluatiõe ⁊ corruptiõe rerũp. ſm intentionẽ ſuã. In ſcꝺa circa hoc reprobat opinionẽ Platonis in fine huiꝰ qnti: cũ dicit [In rep. ⁊c̃.] Prima in duas. In ꝑma determinat cauſas corruptionis ⁊ ſaluationis rerũp. ꝓprie dictaꝝ. ſ. in qbus plures ꝑncipanꝛ. In ſcꝺa determinat cauſas corruptionis ⁊ ſaluatiõis Monarchiaruz. ſicut Tyrannice ⁊ Regalis: ibi [Reſtat nũc ⁊c̃.] Prima in duas. In prima determinat cauſas corruptionis rerumpublicarum in quibus principantur plures. Secũdo determinat de cauſis ſaluatiõis: ibi [De ꝯſeruatiõe ⁊c̃.] Prima in duas. Primo dat radicale ꝑncipiũ corruptiõis rerũp. Scꝺo determinat cauſas ⁊ ꝑncipia corruptiõis ꝓxima magis: ibi [Quoniam aũt ⁊c̃.] Prima in duas. In ꝑͣ declarat que eſt radix corruptionis Rerump. ⁊ quomodo tranſmutanꝛ. In ſcđa reſumit cām illam ut addit: ibi⌊ Ubiq̃z eniz ⁊c̄.⌋ Prima in duas. In p̄ma oſtendit radicale p̄ncipium corruptionis. In ſecūda oſtendit in quot modis tranſmutātur: ibi⌊ Quapropter ⁊c̄.⌋ Adhuc p̄ma in duas. In prima premittit quiddam. Secundo ex illo concludit cauſam primam corruptionis rerump. ibi⌊ Et ob eam cauſam ⁊c̄.⌋ In prima dicit ꝙ ad uidendum cauſam corruptionis rerump. oportet primo accipere pro principio ꝙ rerump. quedam ſunt recte: quedam autem non: ⁊ ꝙ omnes intendūt aliquod iuſtū ⁊ equale ſm proportionez. Et ratio huius eſt. Quia omnes intendunt ſaluationem. Reſp. autem ſaluari non poteſt ſine coniunctione: nec coniunctio fieri poteſt niſi reddatur equale: hoc autem iuſtum eſt. Ergo omnes intēdunt iuſtum ⁊ equale. Peccant tamen multi in determinando illud iuſtuz. Quidā enim male determinant ipſum. Populus enim putant ꝙ ſi ſint aliqui equales in quocūq̃z: ꝙ ſint equales ſimpliciter: ⁊ ꝙ eq̄liter debent recipe: ⁊ quia oēs ciues ſunt liberi ⁊ equales ſimpliciter dicit eos eſſe. Paucorū vō potentia putat ꝙ ſi ſint ineq̄les in aliquo: ꝙ ſint ineq̄les ſimpliciter ⁊ inequaliter debeāt recipere illos. ſ. qui ſunt inequales in diuitijs: putāt inequales eſſe ſimpliciter ⁊ inequaliter debere recipere de bonis coībus. Sed non oportet ꝙ iequales in diuitijs ſint equales ſimpliciter: nec equales in libertate ſint equales ſimpliciter: q: diuitie ⁊ libertas non ſunt bona hominis ſm ꝙ homo. Manifeſtum igitur eſt ꝙ omnes intendunt equale: ⁊ dicitur qđ ulterius accipiunt ꝙ ſi ſint equales aliqui ꝙ debēt recipere equaliter de coībus bonis: ⁊ cum omnes ſint liberi equaliter ſm populares ſtatus debent omnes recipere de bonis coib⁹ eq̄liter ꝙ paralogiçantes equales equaliter debēt recipere de bonis cōmunibus: ſed liberi ſunt equales: ergo equaliter debent recipe. Sed manifeſtū eſt ꝙ hic eſt defectus ſm quid ⁊ ſimpliciter. Non eni ſequit: ſunt equales in aliquo. ſ. libertate: ergo ſunt ſimpliciter equales. Paucorū vō potentia dicit ꝙ cū ipſi ſint alijs inequales: q: excellentes eos debent recipe plus: ⁊ preponendi ſunt in plus accipiēdo. Quod eniz plus eſt: inequale eſt. Sic igitur manifeſtū eſt ꝙ omnes iſte reſp. aliud iuſtuz intendunt: ſed uirtute ſunt ſimpliciter. Deinde cum dicit.

¶ Et ob eaz cauſam quando non pro opinione ſua utriq̃z reportent de Rep. ſeditiones concitant.

¶ Concludit ex dictis p̄mam radicem ⁊ p̄muz p̄ncipiuz corruptionis Reip. ⁊ ſeditionis. Et primo facit hoc. Secūdo adiungit aliud p̄ncipiuz: ibi⌊ Sunt aūt ⁊c̄.⌋ Prima in duas. In p̄ma facit qđ dictuz eſt. In ſecunda oſtendit qui ſunt in ciuitate qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionē: ⁊ tamē non faciūt: ibi⌊ Oium vō ⁊c̄.⌋ In p̄ma dicit ꝙ cuz vnuſq̃ſq̃z ſm vnā dignitatē debeat recipere de bonis coībus qn̄ nō recipiunt ſm ꝙ exiſtimant ſe dignos: faciunt ſeditionez in ciuitate ⁊ mutant remp. ex hoc enim ꝙ non recipiunt ſm exiſtimationem quā habēt de ſe: videtur eis ꝙ fiat eis iniuſtuz ⁊ ꝙ contēnant. Iſta aūt cauſa ſunt diſſenſionis. Deinde cum dicit.

¶ Omniuz vō iuſtiſſime hoc facerent qui virtute preçellunt: qui tamen minime omnium id faciunt. Nam hi ſimpliciter rationabile eſt ut ſoli preferantur.

¶ Oſtendit qui iuſte poſſunt mouere diſſenſionez in ciuitate: ⁊ tamē non mouent. Et dicit ꝙ inter oēs iuſtiſſime poſſunt mouere ſeditionē in ciuitate quāuis non faciunt virtuoſi excellentes alios ſm virtutem. Et ratio huius eſt. Quia illi qui ſunt ſimpl̄r inequales ſi nō recipiant ſm illam inequalitatem: iniuſtum fit ſimpliciter eis. Sed virtuoſi ſunt ſimpl̄r inequales reſpectu iſtorū ipſos excedentes ſm virtutem: Ergo ſi non recipiant ſm illam virtutē: iniuſtū fit eis. Et cū excedant in eo ꝙ eſt bonuz ſimpl̄r iuſtiſſime poſſunt mouere diſſenſionez. Sed nō faciunt ꝓpter duas cauſas. Prima eſt quia frequēter contingit ꝓpter diſſenſionē detrimētum boni coīs. Sapiēs aūt utplurimū plus diligit bonuz cōmune q̃z ꝓprium. Et ideo nō facit diſſenſionez. Secunda ratio eſt. Quia ad hoc ꝙ aliq̄s debeat mouere ſeditionē in ciuitate oportet ꝙ habeat iuſtā cauſam ⁊ potentiā: ſed virtuoſi ut frequēter nō habēt potētiā: nec putāt ſe habere iuſtā cauſaz: ideo non mouēt. Sed ſi iſta ꝯcurrerent ꝙ haberet cauſam iuſtā ⁊ potentiā ⁊ nō eſſet detrimētuz boni coīs: mouēt ſeditionē rōnabiliter ⁊ peccarent ſi nō mouerēt. Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem quidam qui preſtantes genere plus habere ſe dignos putant. Uidētur nobiles eſſe illi quorum maiores virtute ⁊ diuitijs prediti fuere. Hinc principia ⁊ fontes ut ita dixerim ſeditionuz oriuntur.

¶ Adiungit aliud p̄ncipium corruptionis reip. Et dicit ꝙ ſunt alij qui excellentes alios in nobilitate credunt excedere illos ſimpl̄r: ⁊ ideo reputant ſe dignos maioribus. Tales aūt videntur eſſe illi qui habent diuitias ⁊ virtutem a progenitoribus. Et ideo ſi non recipiant de bonis cōmunibus ſm exiſtimationem quā habent de ſeipſis: mouent diſſenſionem. Et tunc concludit ꝙ principia ⁊ fontes ſeditionum per que mouent ciuitates ſunt iſta. Sed iſtud principium reducit ad p̄mum. Eſt eniz radix ſeditionis excellentia in nobilitate per hoc ꝙ tales non recipiunt ſm exiſtimationem ſuam. Deinde cum dicit.

¶ Quapropter ⁊ ſeditiōes merito fiūt qn̄q̃z ex preſenti ſtatu ad aliū: ceu ex populari gubernatione ad paucorum potentiā: uel ad popularez ex paucis: uel ad remp. ex illis: uel ad illas ex iſtis.

¶ Declarat ꝙ modis fit tranſmutatio reip. Et diuidit in quator ſm ꝙ ponit quatuor modos. Secunda ibi ⌊ Quādoq̃z ⁊c̄.⌋ Tertia ibi⌊ Inſup ⁊c̄.⌋ Quarta ibi ⌊ Uel in parte ⁊c̄.⌋ In prima dicit ꝙ ꝓpter hoc ꝙ cōtingit ſeditionez in rep. contingit remp. mutari. Primo quidez quando fit tranſmutatio a rep. vna ad aliā diuerſam: ut quando ex rep. inſtituta fit tranſmutatio ad aliam: ut ex populari gubernatione ad paucorū cōſtituatur aut ecōuerſo. Uel ex illis ad remp. ⁊ optimatum ſtatum uel econtra. Deinde cum dicit.

¶ Qn̄q̃z p̄ſentē gubernādi formā nō q̄rūt mutare. ſed in ea p̄manētes pro ſe illā ſuſcipiūt ut paucoꝝ potētiā uel Mōarchiā.

¶ Ponit ſecundum modum. Et dicit ꝙ aliquādo trāſmutatur reſp. in aliam remp. ſed manet eadem. Et eligunt eandem habere inſtitutionē ⁊ ordinationē. Sed principantes mutant ⁊ uolunt eandez remp. regere ⁊ obſeruare per ſeipſos uel per amicos ſuos: ſicut in paucorum potentia ⁊ Monarchia regali manente eadez rep. uolunt eam ſeruari ⁊ regi per alios: ⁊ ideo mutāt eos. Similiter eſt in Monarchia ipſa manente aliam conſtituunt quandoq̃z. Deinde cum dicit.

¶ Inſup circa magis ⁊ minus: ceu uel paucorum potentiā exiſtētez magis extēdere

uel cobercere: uel popularē statū ampliare uel reſtringere. Eodēq; mō de alijs ſpeciebus ampliandis uel reſtringendis.

¶ Ponit tertium modum. Et dicit ꝙ iterum fit trāſmutatio reip. nō ꝙ reſp. trāſmutet᷑ in aliam nec etiā quantum ad p̄ncipatus per ſe: ſed fit qa eadē reſp. mutat᷑ in eandē magis extēſam uel remiſſaʒ: ſicut paucoꝝ ſtatus trāſmutat᷑ in paucoꝝ ſtatuʒ: uel popularis ſtatus in popularē ſtatuʒ magis uel minus intēſum. Similiter eſt in alijs rebuſp. ut fiat trāſmutatio reip. eiuſdē in eadeʒ ẜm intēſionē ⁊ remiſſionē. Deinde cum dicit.

¶ Vel in aliqua ꝑte reip. mouēda: ceu Magiſtratū quēdaʒ de nouo inducere uel remouere: ut apud Lacedemonios ferūt Liſandruʒ tentaſſe Regiā p̄tātem tollere: ⁊ Pauſaniam regē Ephoros: ⁊ Epidamni mutata eſt reſp. in ꝑte cū pro tribuū prefectis Senatores creauerūt. Apud Elienſes v̊o neceſſariū eſt illoꝝ etiā qui uerſantur in republica dignitates inuadere quādo creat᷑ magiſtratus aliq̄s. Paucoꝝ aūt potentie erat in hac republica ꝙ vnus ſolus ad Magiſtratum ſumebatur.

¶ Ponit quartuʒ moduʒ. Et dicit ꝙ q̄rto fit trāſmutatio reip. ẜm ꝑteʒ: ut qn̄ vnus principatus deſtruitur ⁊ alius inſtituit᷑. Sicut dicit᷑ factuʒ fuiſſe in Lacedemonia ꝙ Liſander conatus fuit diſſoluere regnum. Et ſimiliter alius nōīe Pauſanias qui Rex fuit conatꝰ fuit deſtruere p̄ncipatum Ephoroꝝ ẜm quem alius habet p̄tātem ꝯuocādi multitudinē. Cōſimiliter fuit in ciuitate que dicit᷑ Epidamnuʒ fuit tranſmutata reſpublica ẜm partem. In illa enim ciuitate erat alius p̄ncipatus. Illi v̊o ammouerūt euʒ ⁊ fecerunt p̄ncipatuʒ Senatorū. Vidētes enim ꝙ multi erant amatores illius principatus: mutauerunt ipſum in Senatorum. Propter qđ ſtatuerunt etiaʒ apud Elienſes ꝙ principatus oēs eligerent᷑ in cōmuni. Unde neceſſe erat oēs principatus qui p̄tātem habebāt ⁊ dignitatē in rep. ꝯcurrere qn̄ Magiſtratus creabat᷑ ⁊ ibi eligere ut minor fraus fieret. Ille aūt principatus qui fuit amotus paucoruʒ potentie erat: ⁊ erat vnus princeps in illa republica: non plures. Deinde cum dicit.

¶ Vbiq; eni ꝓpter iequalitatē orit᷑ ſeditio: diſparibus tñ nō exiſtit ꝓportio. Perpetua eni poteſtas regia iniqua foret ſi eſſet in paribus: omnino enim querentes equū in ſeditiones incidunt.

¶ Reſumit cauſam ſeditionis ut addat: ⁊ primo tangit cauſam ſeditionis. Secundo exponit quoddam dictū ibi[At eni duplex ⁊c̄.] In prima dicit ꝙ ubiq; fit ſeditio ꝓpter inequalitatē: ⁊ nō ſolū in equalibꝰ ẜm aliq̄d eſt equale ꝓportione: puta diues ⁊ pauper inequales ſunt ẜm ſubſtantiam: tñ ꝯtingit eis fieri equale ẜm proportionem. Similiter magis ⁊ minus virtuoſus: ſed etiā eis qui ſunt inequales cōtingit fieri inequale ẜm ꝓportionē: puta ſiquis ſit dignior alijs ẜm virtutē dignuʒ eſt euʒ regē eſſe ſed non perpetuuʒ: qꝛ forte non tātuʒ excedit dignitas eius in virtute dignitateʒ alioꝝ quātum honor ꝑpetuo regnandi excedit honoreʒ aliorum. Et ideo eis inequalis ꝯtingit fieri inequale ẜm ꝓportionem. Uniuerſaliter igit᷑ exiſtimantes ſe debere equale ⁊ non habentes ſeditiones mouent in republica. Et eſt intelligendum ꝙ imediatuʒ principiuʒ ipſorum agibilium eſt electio. Electio auteʒ eſt habitus p̄conſiliatus. Ad ꝯſilium autem requiritur intellectus practicus. Quare intellectus practicus eſt principiuʒ agibilium. Principium autem intellectus practici eſt uoluntas recti finis: ⁊ ideo adhuc principiuʒ agibiliuʒ eſt appetitus recti finis. Voluntas v̊o recti finis p̄ſupponit intellectum ſpeculatiuū: ⁊ ideo intellectus ſpeculatiuus cauſa eſt ⁊ principiuʒ agibiliuʒ. Et quātum ad hoc dixit prius ꝙ exiſtimare principiuʒ eſt ſeditionis. principiuʒ v̊o intellectus eſt intelligibile: ⁊ hoc eſt inequalitas. Secundum hoc dicit hic ꝙ inequalitas eſt cauſa ſeditionis. Deinde cum dicit.

¶ At eni duplex eſt equū. Vnum numero. Alterū dignitate. Numero q̄dē: ceu multitudine ac magnitudīe: idē ⁊ equū. Dignitate aūt dico id qđ eſt ẜm rōnē: ceu tria excedūt duo: ẜm eq̄lē numeꝝ: ⁊ hoc in vno. Dico aūt quatuor excedere duo: ⁊ hoc in vno: equa enim pars duo ex q̄tuor: ⁊ vnū ex duobus: ambo enim medietates.

¶ Exponit quod dixit. ſ. equale: ⁊ p̄mo facit hoc. Secūdo aſſignat diuerſitatem inter quedam dicta ibi[Fatentes autem ⁊c̄.] Circa primum intelligenduʒ eſt ꝙ proportio eſt habitudo duarum quātitatum adinuicē. Proportionalitas v̊o eſt habitudo proportionuʒ que conſiſtit in quatuor terminis: uel ẜm rem: uel ẜm rationem. hꝰ autem proportionis equalitas uel ſimilitudo attenditur. Vel ẜm equalitateʒ quātitatis: uel ẜm equalitateʒ dignitatis uel ſimilitudinis. Et hoc eſt qđ dicit ꝙ equale dupliciter dicit᷑. Vno modo equale dicitur numero. Alio modo ẜm dignitatem. Et exponit ꝙ equale numero dicitur equale ẜm magnitudinem uel ẜm multitudinē. Scōm dignitatem equale dicitur equale ẜm proportionē ſimilitudinis. Et declarat per exempla equale ẜm quātitatem: ut ſicut ſe habent duo ad vnuʒ: ſic tria ad duo. Exceſſus enim utrobiq; equalis eſt. Equalitas v̊o ẜm dignitatem: ut ſi dicamus: ſicut quatuor ad duo: ſic duo ad vnū: ſicut eniʒ duo ſunt medietas de quatuor: ſic vnum eſt medietas duorum. Deinde cum dicit.

¶ Fatētes autē ſimpl̄r eſſe iuſtum id qđ eſt ẜm dignitatē: ꝯtēdūt ut p̄us dictū eſt. Alij: qꝛ ſi in aliquo ſint pares: ſe penitus pares exiſtimāt. Alij qa ſi in aliquo p̄ſtāt: in cunctis ſe ſuperare arbitrantur.

¶ Ponit diuerſitatem inter quedam dicta. Dixit enim ꝙ omnes uolunt equale ẜm dignitatem popularis ſtatus ⁊ paucorum dicit ꝙ differēter: ⁊ primo facit hoc. Secundo infert correlarium: ibi[Quaʒ ob rem.] In prima dicit ꝙ omnes confitentur ꝙ iuſtum eſt ẜm dignitateʒ: ſed differunt: quia popularis ſtatus fautores dicunt ꝙ ſi ſint aliqui equales ẜm aliquid: puta: ẜm libertateʒ: ꝙ ſimpliciter ſunt equales ⁊ ꝙ equaliter debent recipere paucorum ſtatus fautores. Etiaʒ dicunt ꝙ ſi aliqui ſunt inequales ẜm aliquid: puta ẜm diuitias ꝙ ſūt ſimpliciter inequales ⁊ digniores: ⁊ ẜm hoc inequaliter recipere. Deinde cum dicit.

¶ Quā ob rē due p̄cipue ſiunt gubernandi forme: Populus ſcilicet ⁊ paucorum potentia. Nobilitatem enim ac virtutem in uerbis quidem omnes fere uſurpant.

At enim qui re vera nobiles ac boni ſūt: nuſqꝫ centuꝫ reperiuntur. Diuites auteꝫ multis in locis.

¶ Accipit huiuſmodi p̄ncipia ⁊ eſt itelligēduꝫ ꝙ Reſp. pōt corrūpi uel deſtrui corruptione ꝓpinqua uel remota. Et ſm hoc diuiditur in duas. In p̄ma dat elemēta que p̄ſeruant remp. a corruptione remota magis. Secundo dat elemēta que p̄ſeruant eā a corruptione propinq̄ magis: ibi⌊ Cōſeruanť aūt ⁊c.⌋ Circa p̄mā itelligendū ꝙ reſp. pōt corrūpi corruptione remota tripl'r. Primo ꝓpter negligentiam eius ꝙ paruuꝫ eſt. Secūdo ꝓpter ꝑſuaſionē adulatorū. Tertio ꝓpter malū modum ordinis reip. Et ſm hoc diuidiť pars iſta in tres. In p̄ma dat elemēta per que ſaluanť a corruptiōe que eſt per negligētiā eius quod eſt paruum. Secundo illa per que ſaluatur a corruptione que eſt per adulationē. Tertio illa per que ſaluatur ab ea que eſt propter malum ordinem. Et incipit ſecūda ibi⌊ Deinde non cōfidere ⁊c.⌋ Tertia ibi⌊ Intueri licet ⁊c.⌋ In prima dicit ꝙ in oībus Rebuſp. bñ mixtis: hoc oportet obſeruari ꝙ nō fiat trāſgreſſio in aliquo: ⁊ maxime ꝙ nō fiat ſm hoc qd̄ eſt modicū. Aliquādo eni contingit ꝙ ſubintrat talis ſeditio que fit ſm modica: ⁊ latet ꝓpter eius paucitatē uel curať. Et ſi negliguntur hᵒⁱ preuaricationes facient vnā magnā p̄uaricationē que corrūpet remp. Sicut eni parue expenſe frequēter facte corrumpunt totā ſubſtātiam alicuius: ſic parue ⁊ modice preuaricationes frequēter facte corrūpūt totā remp. Huiuſmodi aūt corruptio latet ſepe quia nō fit ſimul ⁊ ſꝫ magna: ſed fit paulatim ⁊ ſm modica. Mens eni quādoqꝫ paralogizať. Huiuſmodi enim parue p̄uaricationes paralogizanť ipſam: ſicut quedā oratio ſophiſtica. Arguit eni ſic penes ſeipm ſi vnaqueqꝫ p̄uaricatio parua eſt ⁊ oēs parue ſunt: ſed iſtud uerum eſt vno modo. Alio mō nō eſt uerū: qꝛ totū ⁊ oīa ſimul ſumpta nō ſūt parua: ſed diuiſiꝫ ſumpta parua ſunt. Dicēdum eſt igitur ꝙ li omnes poteſt teneri collectiue uel diuiſiue. Si diuiſiue uera eſt: oēs enim p̄uaricationes diuiſim ſumpte parue ſunt. Si collectiue: falſum eſt. oēs eni cōiuncte nō ſunt paruū q̄d: ſed magnum. Et tūc cōcludit ꝙ vnum elemētum eſt ut caueať ne fiat aliqua tranſgreſſio uel p̄uaricatio. Deinde cū dicit.

¶ Deinde non confidere his que finguť quodāmō ⁊ adumbranť ad populū. Reprobanť eni ex ip̄is opib⁹. Qualia vō dicam⁹ Reipub. figmēta ſuꝑius eſt oñſum.

¶ Ponit documētum qd̄ p̄ſeruat a corruptione que fit per ſuaſionē adulatorum. Adulatores eniꝫ ſuadēt multitudini que placent illi: ⁊ nō ſuadēt ꝓpter bonū multitudinis: ſed ꝓpter bonum ſuū. Unde cōtingit ꝙ talia q̄nqꝫ ſuadēt ex q̄bus corrumpiť reſpublica. ⁊ iō dicit Phs ꝙ deinde cauēdum eſt ne aliquis credat adulatoribus qui cōiungunt ſe multitudini gratia ſophiſmatis: hoc eſt: ut decipiant. Qꝫ autem iſtis nō ſit credendum apparet: nam ex operibus poſſunt argui. Secunduꝫ aūt ꝙ dicit Philoſophus x° Ethicoꝝ. de his que ſunt in paſſionibus ⁊ actionibus ſmones minus ſunt credibiles operibus. Et ideo ſi ſuadeant aliquid ⁊ faciant cōtrarium: magis credēdum eſt operibus ipſorum q̄ꝫ perſuaſionibus. Que auteꝫ ⁊ qualia ſunt per que apparenter adulatores decipiunt dictum eſt p̄us. Deinde cum dicit.

¶ Intueri licet quaſdam Reſp. durare nō ſoluꝫ ex Optimatibus: uerūetiā ex Paucorum potētijs. nō quia per ſe ipſe ſtabiles ſunt: ſed quia hi qui gubernant recte ſe gerunt tam erga eos qui ſunt extra Rempublicam q̄ꝫ erga eos qui in Reipublice gubernatione uerſantur. Erga eos q̄dem qui non participes ſunt gubernationis nō afficiendo ipſos iniurijs: ac p̄ſtātiores ipſorum ad ꝑticipationē Reipublice recipiēdo: cupidoſqꝫ honoris nō deprimendo: neqꝫ multitudinem ſuis cōmodis fraudādo. Ergo illos vō qui ſocij in gubernāda Republica ſunt humane inuicem ac populariter ſe gerēdo. Equalitas eni illa que in populari ſtatu affectať: ea in ſilibus non ſolum iuſta eſt: uerūetiā utilis.

¶ Ponit tertiū elemētuꝫ qd̄ p̄ſeruat a corruptione que eſt ꝓpter inordinationē uel in ſeipſis: uel in alijs. ⁊ primo ꝓponit qōdam manifeſtū cōtingēs in multis. Secundo ex illo cōcludit elemētum ſuum: ibi⌊ Quamobrem ⁊c.⌋ In p̄ma dicit ꝙ iteruꝫ manifeſtū eſt ⁊ poteſt videri ꝙ quedam Reſpublice manſiue ſunt. non quia ſint recte ordinate ſicut ſtatus Optimatū ſimplex: ſed qꝛ p̄ncipantes bñ utunť ⁊ his que ſunt in republica ⁊ his que ſūt extra. His aūt que ſunt ſub Republica nō faciēdo iniuſtitiā cōtra illos qui ſunt extra rēpublicā ⁊ iuocādo ad rempublicā eos qui ſūt p̄ncipaliores ⁊ meliores in multitudīe ⁊ nō faciēdo iniuriam que eſt per dehonorationem his qui ſunt ambitioſi honoris uocādo etiā populares ad officia ⁊ actus in q̄bus poſſint lucrari ⁊ in bene ſe habēdo adinuicem ⁊ populariter: ita ꝙ principātes equaliter iter ſe recipiūt. Sicut enim populares querunt qd̄ equale ⁊ iuſtuꝫ eſt in rep. illa: ſi nō ſolum iuſtuꝫ ſed expediens eſt p̄ncipantes in ſtatu Paucoꝝ equaliter recipere q̄ñ iſta contingūt: dato ꝙ reſp. non ſit recte ordinata manſiua eſt multum. Deinde cum dicit.

¶ Quamobrē ſi plures ſint in gubernatione Reip. cōſtituti: eis permulta populariū inſtitutorum utilia ſunt: ceu ſemeſtres eſſe Magiſtratus: ut omnes qui ſimiles ſunt adipiſci ualeāt. Sunt eniꝫ tanq̄ꝫ populus quidam illi qui inter ſe pares ac ſiles ſunt: itaqꝫ in illis frequēter exiſtūt uelut duces q̄dam populi: ut p̄us diximꝰ. Deinde minus in potētias icidunt Paucoꝝ gubernationes ⁊ Optimates. Nō eni ſil'r facile eſt latere male agētem in breui tp̄e Magiſtratus ⁊ in longo: nam ob hoc in paucoꝝ gubernationibus ⁊ Popularib⁹ Tyrānides fiunt. Aut enim hi qui maximi ſunt in utraqꝫ Tyrannidem inuadunt: hic ductores populi: ibi potentes. Vel qui maximos gerunt Magiſtrat⁹ q̄ñ longo tp̄e durant.

¶ Cōcludit elemētū ſuum ⁊ dicit ꝙ ꝓpter hoc ꝙ ſiles debent eq̄liter recipere ſi plures ſint ſimiles ⁊ equales in rep. pl'a ſunt itroducēda que in ſtatu Populari ſtatuta ſūt ⁊ ordiata. Verbi grā: Lege ſtatutū eſt in ſtatu populari ꝙ p̄ncipat⁹ ſint breues: puta: ſex mēſiū: uel alicui⁹ parui temporis ⁊ nō amplioris. ⁊ iſtud accipiendum eſt ſi ſint plures ſimiles in Repu. Et rōnem eius duplicem aſſignat. Prima eſt: ꝙ ubi ſunt ſimiles oportet equaliter recipere. Ergo ut oēs poſſint attigere ad p̄ncipatum opꝫ accipere legem illam. ſic enim oēs poterunt attingere ad p̄ncipatū: qꝛ ex quo nō durabit p̄ncipatus niſi per ſex menſes multi poterunt ſuccedere in eo. Hoc aūt ꝙ ſimiles equaliter recipiunt populare eſt ⁊ iđ in Rep. in qua ſunt plures ſimiles aliqua popularia ordinata ſunt ꝓpter qđ in talibus in quibus ſunt ſimiles fiunt duces populi: ſicut dictum eſt p̄us. Alia rō eſt: qꝛ ſi ſtatuat̃ ꝙ p̄ncipatus nō duret niſi per ſex mēſes: tūc ſtatus Paucorū ⁊ Optimatū minus icident in potentiā: in aliam ſpēm ſtatus Paucoꝝ in quo ualde pauci p̄ncipant̃ diuites ualde ⁊ nō ſ̄m legem. Et rō eſt: qꝛ nō eſt facile aliquē cōſilr̄ malignari in pauco tēpore ⁊ in multo: quoniā in ſtatu Paucorū ⁊ populi ꝓpter hoc fiunt Tyrannides. Quia aūt in utraqꝫ aſſumunt̃ illi qui excellunt alios Tyrannicātes: in ſtatu Populari Duces populi. In ſtatu Paucorū Potentes ualde: Aut qꝛ illi qui habēt p̄ncipatus excellentes multo tp̄e p̄ncipant̃. Deinde cū dicit.

¶ Cōſeruant̃ autem Reſp. non ſolum ex eo qꝛ procul ſint a periculis: uerū etiā iterdum qꝛ propinque ſunt. Homines enim formidātes vigilātius itendunt ad Reip. cuſtodiam. Itaqꝫ oportet eos qui Remp. ſaluā eſſe uolunt formidines quaſdaꝫ parare ut caueant neqꝫ diſſoluāt q̃ſi nocturnaꝫ quādaꝫ cuſtodiā Reip. obſeruationē: ⁊ qđ lōge abeſt ꝓpinquū facere.

¶ Ponit principia per que ſaluant̃ Reſpublice a corruptione ꝓpinqua: ⁊ primo ponit vnū cōe. Secūdo ponit plura ſpecialia: ibi ⌊ Etiā nobiliūꝫ ⁊c̄. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ nō ſolum ſaluant̃ Reſpublice: qꝛ ſunt remote a p̄ncipijs corrūpentibus ipſas. Sed etiā q̄nqꝫ ſaluant̃ qꝛ ſunt ꝓpe: ⁊ hoc qꝛ qui timēt de trāſmutatione Reipublice tenēt eam q̄ꝫtum p̄nt: ⁊ ideo principantes qui curam habēt de Republica oportet ordinare ⁊ p̄parare timores ut poſſint conſeruare Rempublicā ⁊ nihil corrūpat̃ eoꝝ que ad Rempublicaꝫ ordinant̃: ſicut debet ordinare ꝓpter obſeruationē reip. ut ciuitas cuſtodiat̃ de nocte ⁊ p̄fingere ꝙ illud qđ longe eſt ſit ꝓpe ut ꝙ inimici ſint ꝓpe ⁊ debet precipe ꝙ ſint parati ad arma: qꝛ ciues ⁊ ēt populares vidētes talia timebūt ⁊ obſeruabūt meliꝰ Remp. Deinde cum dicit.

¶ Etiā nobiliū cōtētiones ſeditioneſqꝫ per leges quoqꝫ oportet cuſtodire conari: ⁊ qui extra cōtentiones ſunt eos ante capere tanq̄ꝫ malum ab initio exoriēs cognoſcere: nō cuiuſuis ſit: ſed ciuilis viri.

¶ Ponit documēta ſpālia. Et eſt itelligenduꝫ ꝙ Reſp. corrūpit̃ aliq̄n ꝓpter honores uel inhonoratiōes. aliq̄n ꝓpter inſolentias ciuium. aliq̄n ꝓpter lucrum uel damnū. aliquādo propter impotentiaꝫ. aliquādo corrumpitur ꝓpter incruditionē ⁊ inaſſuefactionem. Et ſ̄ꝫ hoc iſta pars diuidit̃ in q̄nque. In p̄ma ponit documēta que preſeruāt a corruptione: que fit ꝓpter honores uel ihonorationes. In ſcđa ponit documētum qđ preſeruat a corruptione que fit ꝓpter violētias ciuiū: ibi ⌊ Cum ꝟo. ⌋ In 3ª ponit documētū per qđ p̄ſeruat̃ Reſp. a corruptione que fit ꝓpter damnuꝫ ⁊ lucrū: ibi ⌊ Maximuꝫ ꝟo eſt. ⌋ In quarta ponit documentū qđ preſeruat a corruptione que eſt propter ipotētiam: ibi ⌊ Et qđ ſepe. ⌋ Quinto ponit documētū qđ p̄ſeruat a corruptione que accidit propter incruditioneꝫ ⁊ inaſſuefactionē: ibi ⌊ Maximuꝫ ꝟo. ⌋ Prima in tres: quia Reſp. poteſt tripliciter corrumpi ꝓpter honores ⁊ inhonorationes. Primo propter contentionē eorū qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secūdo propter diſtributionē honorum. Tertio propter intentū honoris preter proportionē: ⁊ ſ̄m hoc diuidit̃ in tres. In p̄ma ponit documētuꝫ qđ preſeruat a corruptione que fit propter contentionē eorum qui ſunt honorabiles in ciuitate. Secūdo ponit documētum qđ preſeruat a corruptione que fit propter diſtributionē honorū: ibi ⌊ Ad mutationes ꝟo. ⌋ Tertio ponit documētum qđ preſeruat a corruptione que fit propter icremētum honoris preter ꝓportionē: ibi ⌊ Cōmune aūt. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ cum Reſp. aliquādo corrumpatur propter contentionē inſignium: ⁊ eoruꝫ qui ſunt honorabiles cauēdum eſt per leges ⁊ per alia ſtatuta ne accidāt tales cōtentiones. ⁊ ſi acciderint curādum eſt qualiter poſſint ſedari. Silr̄ cauenduꝫ eſt ꝙ illi qui nō ſunt in contentione non ponant̃ in ipſa. Iſta enim eſt p̄ncipiuꝫ multorum magnorū malorū. Ad Ciuem aūt pertinet cognoſcere malum in p̄ncipio nō ad quēcunqꝫ aliū: ⁊ ideo in p̄ncipio Ciuis debet obuiare huic cōtentioni: qꝛ ſ̄m ꝙ dictū eſt ſuperius contentiones diuitum ualde defacili iualeſcūt. Deinde cum dicit.

¶ Ad mutationes ꝟo que ꝓpter cēſuꝫ fiūt ex Paucoꝝ potētia atqꝫ ex Rep. q̄n ꝯtingit hoc manētibꝰ eiſdē cēſibꝰ ⁊ pecuniarū copia facta. Utile in Rep. eſt conſiderare vniūſum totiꝰ ciuitatis cēſum: ac p̄ns tp̄s ad p̄teritū ꝯferre: nam in q̄buſdā ciuitatibꝰ cēſus agit̃ annuatim: in maioribus ꝟo per triēniū aut q̄nquēniū: ⁊ ſi ſit multiplicatꝰ ac multo maior factꝰ q̄ꝫ p̄us erat: ille ſ̄m quē ſtatura fuerat Reip. gubernande habilitas lege ꝓuidere ut cēſus uel augeat̃ uel relaxet̃: ſiq̄dem excedat reſtringat̃ ſ̄m multiplicationē. ſi ꝟo deficiat relaxetur ac minor fiat cenſus taxatio.

¶ Ponit 2ᵐ documētū qđ preſeruat a corruptione que fit propter diſtributionē honorum: ⁊ diuidit̃ in duas. In p̄ma ponit elemētum. In ſcđa tangit inconueniēs qđ accidit pp̄ defectū huiꝰ ex quo apparet rō dicti: ibi ⌊ In paucorū eniꝫ. ⌋ In p̄ma itelligēdum ꝙ Reſp. oīs in p̄ncipio inſtituta fuit in aliquo ordine: ut ꝙ principatus duret per annū uel biēniū ꝙ hn̄tes tantas diuitias uel tm̄ honorati attingāt ad p̄ncipatum uel aliud hoꝝ. Cōtingit aūt recedere ab iſto ordine uel ſ̄m exceſſuꝫ uel ſ̄m defectū remanēte tn̄ illa Rep. Dicit igit̃ ꝙ cū in Rep. aliquādo fiat tranſmutatio pp̄ honorabilitatem: ſicut in ſtatu Paucoꝝ ⁊ rep. ſ̄m intēſionem ⁊ remiſſionē: ⁊ hoc manēte eadem rep. expedit ꝯſiderare ordinē qui nūc eſt in ciuitate cōferēdo ad ſtatum in quo Reſp. fuit inſtituta a p̄ncipio: puta ſi in aliqua fuit inſtitutum in principio ꝙ p̄ncipatus duraret per annuꝫ conſiderare ad iſtud tēpus: in minoribꝰ aūt ad terminū uel ad q̄nque ānos. Et tūc cōſiderandū eſt ſi exceſſus ab illo qđ fuit a p̄ncipio iſtitutus ſit multiplex: ⁊ ſi defectꝰ ſubmultiplex: ⁊ ſiq̄dē receſſus ſit multiplex remittendus eſt. ⁊ ſi ſit defectus intēdēdus eſt ſ̄m proportionē debitā ſ̄m p̄mā inſtitutionē lege poſita ꝙ liceat intēdere ⁊ remittere honorabilitates quando videbit̃ faciēdū. Deinde cū dicit.

¶ In Paucorū enim gubernationibus ⁊ in rebuſpub. niſi hoc fiat hic paucorū gubernatio: ibi potentia illa nimia inſurget: illo aūt mō ex Rep. q̄dē Popularis ſtatus: ex Paucoꝝ vō gubernatione Reſp. aut populus.

¶ Oſtēdit iconueniens qđ accidit ꝓpter huiuſmodi: ⁊ dicit ꝙ ubi ita fiat ſicut dictū eſt in ſtatu Paucoruz ⁊ Rebuſp. continget Rēp. trāſmutari in Paucorū potentiam: ⁊ Paucoꝝ potētiā in magis remiſſam in ſpeciem illam que dicit potētatus: in qua principant ualde diuites ⁊ ſm ſentētias ꝓprias: nō ſm legē que peſſima eſt. ⁊ hoc ſi fiat exceſſus ſm ſuꝑabūdantiam. Si autē fiat remiſſio ex Rep. fiet ſtatꝰ Popularis. ex Paucoꝝ vō Reſp. uel Popularis ſtatꝰ. Deīde cū dicit.

¶ Commune autē eſt ⁊ in Populari ⁊ in Paucorū gubernatione ⁊ in oī Rep. neqꝫ augere nimiuz quenqꝫ ſupra modum: ſed magis conari paruos: ⁊ longi tꝑis honores prebere: q̄ cōfeſtim magnos. corrumpunt eni nec cuiuſuis eſt hoīs ꝓſperitatē ferre. Quod ſi accumulate dati ſint alicui honores: nō ſunt ſimul oēs poſtea auferendi: ſed paulatim.

¶ Ponit elemētū qđ p̄ſeruat a corruptione que eſt propter icremētum honoris p̄ter ꝓportionē: ⁊ diuidit in duas. In p̄ma ponit documētum. In ſecūda adiungit aliud 2^{m} documentū: qđ preſeruat a corruptione que eſt ꝓpter exceſſum potētie: ibi⌊ Et maxie vō. ⌋In prima dicit ꝙ iſtud eſt cōmune in ſtatu Populari ⁊ Paucorū: ⁊ uł̄r in omni Rep. ad ſaluationē ꝙ nō ꝑmittat aliqs creſcere ſm aliquā dignitatē p̄ter ꝓportionē uel dignitatez: ſed dandi ſunt parui honores ſm multum tp̄s magis q̄ magni ualde ⁊ ſm breue tempus. Et rō huiꝰ eſt: qꝛ ciuitates ꝓpter huiuſmodi excellētias p̄ter ꝓportionē corrumpunt. Iterū nō oēs pñt ferre bonā fortunam. hoc eni eſt v̄tuoſi: ſicut enim dicit Phus in 4^{o} Ethi^{r}. Sine v̄tute nō eſt facile ferre moderate bonas fortunas. Et ſi deni alicui nō v̄tuoſo honores preter ꝓportionē ad alios ciues ⁊ ad dignitatem ipſius: grauabit eos ⁊ deſtruent ciuitatem. Si aūt nō fiat ita ſemꝑ: ſed dentur alicui a caſu: uel ꝓpter aliquā cām: tales honores ⁊ ſimul: non ſimul auferēdi ſunt oēs: ſed paulatim ⁊ ſm modica. Paulatim eni adimētes nihil videbitur ſibi adimere. modica enim paruum reputantur: Deinde cum dicit.

¶ Maxime vō lege ita ꝓuidere ꝯandū eſt ut nemini ſit exceſſiua potentia. neqꝫ amicorū neqꝫ pecuniaꝝ. Qđ ſi ita contingat per abſentiā remouende ſunt huiuſmodi hominum clientele.

¶ Ponit documētum qđ p̄ſeruat a corruptione que eſt ꝓpter exceſſum potētie: ꝓpter ſimilitudinē ad p̄cedēs: ⁊ dicit ꝙ maxime ordinādū eſt legibus uel alio quocunqꝫ cōueniēti ꝙ nullus fiat multū excellens preter ꝓportionē in potētia: nec amicorū: nec pecuniaruz. tales enim potētie de facili ſicut dictū eſt in tertio huius poſſent corrūpere ciuitatē. Si aūt nō ſic ordiet ſemꝑ: ſed contingat aliquē uel aliquos excedere alios in potentia: tunc ordinandū eſt ꝙ habeat manſionē diuiſaz a ciuitate: qꝛ tunc minus poterit grauare ciuitatez. Deinde cum dicit.

¶ Cuz vō ex priuata etiā vita res noue oriantur: Magiſtratus cōſtituēdus eſt q̄dam qui ſit quaſi in ſpecula uel ad mores ciuiū intuendos: ne quis ita viuat: ut Reipublice nocere poſſit: in Populari q̄dem ſtatu ne aliene viuat a popularitate: in Paucorum aūt potentia ne aliene a natura eius gubernationis. eodemqꝫ modo de alijs ſpeciebus Rerumpublicarū.

¶ Tangit documētū qđ p̄ſeruat a corruptione que fit ꝓpter inſolentias ciuitatis. Et qꝛ exultatio ⁊ elatio ꝓpinque ſunt inſolentie que eſt ab elatione: adiungit elementū ꝯtra exultationē ⁊ elationē ibi⌊ Et ſi q̄d. ⌋In prima intelligendū eſt ꝙ vita vno mō dicit aīa que eſt p̄ncipiū oꝑationis ſm ꝙ dicimus aīa ⁊ vita ſunt idē. alio modo dicit vita oꝑatio cuius aīa eſt per ſe p̄ncipium. Tertio modo dicit conuerſatio in qua aliqs aſſuetus eſt ⁊ que delectat ipm. ⁊ ſic accipit hic Phs vitaz ⁊ dicit: Cum ciues inſoleſcant ⁊ declinēt a Republica ꝓpter ꝓprias vitas oportet ordinare quendam p̄ncipatum qui ꝯſideret quis inſolenter viuit in ciuitate ⁊ nociuus eſt ad Rempublicam: ſicut ſunt illi qui multum expendūt in ciuitate ⁊ neſcit vnde habeant: utputa in ſtatu Populari nociui ſunt ſimiliter etiā in ſtatu Paucorū ⁊ ſic de alijs Rebuſpublicis. Si eniz tales dimittantur erit detrimētū ciuitatis. Cum eniz nimis expendant: cū ſubſtātia eoruz finita ſit oportebit eos iniuriari ⁊ accipere ab alijs. Deinde cum dicit.

¶ Et ſi quid exultet elatumqꝫ ſit in Ciuitate per ꝑtes obſeruare ꝓpter eaſdem cauſas cuius remedium eſt ſemꝑ contrarijs partibus Magiſtratus ⁊ res agendas cōmittere. Contrarias ꝑtes uoco ceu preſtātes viros multitudini: ⁊ diuites pauperibus. Conādūqꝫ eſt uel admiſcere pauperes cū diuitibꝰ: uel medios augere: hi eniz diſſoluēt ſeditiōes ob iparitatē ꝓcedētes.

¶ Adiungit aliud documētum contra exultationem ⁊ elationem ⁊ dicit ꝙ cum per exultationē ⁊ elationem accidāt diſſenſiones in ciuitate ⁊ inſolentie diligenti remedio ꝓuidendum diuiſim ⁊ ſigillatim obſeruāduz eſt. Si enim dimittantur q̄litercunqꝫ ſe hēre ut uoluerint in huiuſmodi ludis ⁊ exultationibꝰ fient ad Reipu. bonuz ciues uolentes ⁊ bona ſua expendent ſm ꝙ nō oportet. Unde accidet ꝙ oportebit accipere vndecunqꝫ: ⁊ ꝓpter hoc cauenduz eſt qualiter fiant. Eſt autem remedium ad hoc ꝙ ſemꝑ in huiuſmodi actionibus ⁊ elationibꝰ accipiant ꝑtes oppoſite: ⁊ v̄tuoſi ponant cū multitudine: ut per v̄tutē m̄ltitudinis exceſſus reprimat. Siłr ponēdi ſunt pauperes cū diuitibꝰ: ut exceſſus eoꝝ adinuicē reprimat. Et ſi multitudo miſceat cū diuitibus adiūgendi ſunt medij. Et ſi vna pars uellet excedere: alia pars cū medijs reprimet eā. Per hoc enim deſtruunt ſeditiones que fiunt ꝓpter inequalitatē: qꝛ ſi diuites uelint excedere egeni turbant ꝯtriſtantes ⁊ ſeditionē ꝓcurāt. Per medios aūt iſtud ſepe ſedatur. Deinde cum dicit.

¶ Maximum vō illud eſt in omni Republica ⁊ legibus ⁊ cetera omni diligentia conſtituendum ne ex Magiſtratibus lucra proueniant.

¶ Tangit elemētum qđ ꝓſeruat a corruptione que eſt ꝓpter lucrum: ⁊ diuidit̄ in duas ptes. In p̄ma ponit elemēta ſpālia ꝓſeruantia a corruptione que eſt propter damnum ⁊ lucruʒ. In ſcđa ponit documētum magis gn̄ale: ibi⌊ Simplr̄ aūt quecūqʒ in legibus ꝓdeſſe diximus ⁊c̄.⌋ Prima in duas. In p̄ma facit qđ dictum eſt. In ſcđa oſtēdit quot exigunt̄ ad ꝑfectionem principatus rōne cuiuſdā dicti: ibi⌊ Tria vō debent habere illi qui p̄ncipales ⁊c̄.⌋ Prima in duas. In p̄ma ponit elemētuʒ gn̄ale quātum ad oēs Reſpublicas. In ſcđa ponit elemēta particularia quātum ad quaſdā determinate: ibi⌊ Oportet aūt in populari ſtatu diuitibus parcere ⁊c̄.⌋ Prima in duas. In p̄ma ponit documētum. In ſcđa manifeſtat: ibi⌊ Id aūt maxime in Paucoꝝ ⁊c̄.⌋ In p̄ma dicit ꝙ documētum maximū in oī Republica ad ſaluāduʒ ipſam eſt ordinare ⁊ videre ne principatus ſit lucratiuus: qđ pōt exponi duplr̄. Uno modo ꝙ principatus nō uendat̄: qui ſi uenderet̄ tunc qui plus haberet in pecunijs plus haberet de p̄ncipatu: qđ eſt incōueniēs. Alio modo pōt ſic exponi ꝙ p̄ncipatus nō ſit lucratiuus: hoc eſt: ꝙ p̄ncipatus ex p̄ncipatu non lucretur. Deinde cum dicit.

¶ Id aūt maxime in paucoꝝ gubernatione eſt obſeruādū. Leuius eniʒ ferūt populi qui ab Republica excludunt̄: quinimo gaudēt ꝙ ſua agere nō impediunt̄. At ſi exiſtimēt eos qui Magiſtratus gerunt ex republica ditari duplicē capiūt moleſtiā: ⁊ ꝙ ab honore excludunt̄: ⁊ ꝙ a lucro.

¶ Manifeſtat ex utilitate que ſequit̄ in Paucoꝝ ⁊ populari ſtatu: ⁊ ideo p̄mo oñdit ꝙ hoꝰ documētuʒ ſit utile. Scđo qualr̄ pōt fieri ꝙ principatus non ſit lucratiuus: ibi⌊ Ad hoc aūt.⌋ Prima in duas. Primo manifeſtat ex utilitate que ſequit̄ ex Paucoꝝ ſtatu. Scđo ex utilitate que ſequit̄ ex populari ⁊ optimatuʒ ſtatu: ibi⌊ Unice vō.⌋ In p̄ma dicit ꝙ iſtud documētuʒ maxime expedit in paucoꝝ ſtatu: qꝛ ſi diuites principant̄ ⁊ nihil lucrent̄ ꝓpter principatum: tunc populares ſi excludant̄ a principatu nō idignabunt̄ nec triſtabunt̄: imo gaudebunt ſi ꝑmittant̄ uacare circa propria negocia. Si aūt credant ꝙ ex principatu lucrent̄ aliqua furantes bona: triſtabunt̄ ꝓpter duo. Primo qꝛ nō pticipabunt principatu: ⁊ tunc reputabunt ſe inhonoratos. Scđo qꝛ nō habebunt lucrum ſicut alij: ⁊ tūc mouebunt ſeditiones cōtra diuites. Quare manifeſtum eſt ꝙ expedit multum in paucoꝝ ſtatu ordinare p̄ncipantes ex p̄ncipatu nihil lucrari. Deinde cuʒ dicit.

¶ Unice vō ⁊ recipit ſimul exiſtere popularē ſtatuʒ: ⁊ optimatuʒ: ſi ita qui inſtituat. foret eniʒ ut ⁊ nobiles ⁊ plebei haberent que utriqʒ uellent. licere eniʒ oībus Rempublicā gerere populare eſt. Magiſtratꝰ vō a nobilibus obtineri optimatuʒ. Hoc aūt accidit quādo ex Magiſtratibus non ꝓueniūt lucra. Paupes eniʒ Magiſtratus nō uolent ſi nil inſit lucri: ſed potiꝰ ſuis rebus ꝓprijs intēdere. Diuites aūt qꝛ nō indigent ex Republica lucrari Magiſtratus gerent.

¶ Manifeſtat ex utilitate que ſequit̄ in Optimatum ⁊ Populari ſtatu: ⁊ diuidit̄ in duas ſm̄ duas utilitates quas ponit. Scđa: ibi⌊ Atqʒ ita ⁊c̄.⌋ In p̄ma dicit ꝙ ſi ſtatuat̄: ſcilicet ꝙ p̄ncipātes nihil lucrent̄ ex p̄ncipatu ꝯtingit eandem Rempublicam ſimul eſſe Optimatum ⁊ popularem. Si enim hoc ſtatutum fuerit ⁊ inſignes ⁊ diuites ⁊ populares habebunt ea que uolunt habere. Hoc aūt ptinet ad popularem ſtatum. ſ. ꝙ oībus liceat p̄ncipari. Qꝫ autē inſignes p̄ncipent̄ ptinet ad optimatum ſtatuʒ. Iſta aūt ꝯtingent ſi nihil lucret̄ ex p̄ncipatu: qꝛ paupibus licebit p̄ncipari: ſed nolunt eo qđ nō eſt lucruʒ: ſed magis uolunt uacare circa propria negocia. Sed diuites poterūt p̄ncipari: qꝛ non indigent bonis cōmunibus: nec ꝓpter curā ꝓpriā poterunt impediri. Quare manifeſtuʒ eſt ꝙ utriqʒ hēbunt que uolunt. His aūt ſic ſe hñtibus bene ſaluant̄ popularis ⁊ optimatuʒ ſtatus. Quare manifeſtum eſt ꝙ expedit ordinare ꝙ principantes nihil lucrentur ex principatu. Deinde cum dicit.

¶ Atqʒ ita continget egenis quideʒ ditari ob operā rebus ſuis impenſam: nobilibꝰ vō non ſubijci cuicūqʒ.

¶ Ponit ſcđaʒ utilitatem ⁊ dicit ꝙ ſi ita ordinentur ꝙ nihil lucrent̄ diuites ex p̄ncipatu accidet ꝙ egeni erūt diuites: qꝛ poterūt curare de ꝓprijs. Inſignes autem nō ſubijcient̄ deterioribus. Hoc aūt maxime appetūt iſti. ſ. nō ſubijci: illi vō diuites fieri. quare erit pax ⁊ cōcordia in ciuitate. Hec aūt ſunt cauſa ſalutis ciuitatis. Quare manifeſtuʒ eſt qđ expedit ſic ordinari ꝙ nihil lucrent̄ ex ipſo p̄ncipatu. Deinde cum dicit.

¶ Ad hoc aūt ut nō ſurripiant̄ pecunie publice editio fiat a ciuibus oībus pecuniarū ſuarū: ⁊ deſcripte per ſocietates ⁊ ordies ⁊ tribus deponant̄. Qđ vō Magiſtratus ſint abſqʒ lucro ſtatuēdi per legē ſunt honores his qui optime ſe geſſerint.

¶ Declarat qualr̄ ꝯtingit fieri p̄ncipatus nō lucratiuos per duo documenta: ⁊ dicit ꝙ ne p̄ncipantes furentur bona cōmunia ordināḋum eſt ꝙ cōmunis pecunia tradatur in ꝓſentia omnium ciuiū: ⁊ ꝙ habeant̄ reſcripta ſiue littere ſup his que reponent̄ apud ſocietates uł cōtubernia: uel aliquas tribus: ſic eniʒ nō poterunt furari de bonis coībus. Scđm documentum eſt ꝙ loco lucri ordinent̄ honores qui fiant eis ⁊ reuerentie: puta ſi ueniat ad ciuitatem ꝙ recipiat̄ cuʒ magna reuerentia ⁊ ſolennitate: ⁊ alia hoꝰ. ſic eniʒ minus appetent bona cōmunia. Deinde cum dicit.

¶ Oportet aūt in populari ſtatu diuitibus parcere: ac nō modo poſſeſſiones eorum nō auferre: ſed ne fructus quidē earū: qđ in quibuſdaʒ ciuitatibus imprudenter fit. Melius enim eſt uolentibus ꝓhibere ut munera illa ſubeant que ſint magni ſumptus: ac nulliꝰ utilitatis: ceu choros exhibere ⁊ ludos ⁊ cetera huiuſmodi munera.

¶ Ponit elementa pticularia per que ſaluant̄ Popularis ⁊ Paucoꝝ ſtatus a corruptione que eſt a diuitibꝰ ꝓpter damnum: ⁊ p̄mo ponit illa documenta. Scđo declarat qđ expedit utriſqʒ. ſ. Populari ⁊ Paucoruʒ ſtatui: ibi⌊ Utile eſt.⌋ Prima in duas. Primo ponit documentum quātum ad Popularem ſtatum. Scđo quātum ad Paucoꝝ: ibi⌊ In Paucoꝝ.⌋ In p̄ma dicit ꝙ ut ſaluet̄ popularis ſtatus opʒ nō ſoluʒ ꝙ poſſeſſiones nō ſint equales ſed plus habeāt diuites q̄ʒ pauperes: imo etiam de fructibꝰ opʒ ꝙ non ſint equales: ſed ꝙ plus pticipēt diuites: qꝛ alr̄ diuites mouebunt ſeditionem: ⁊ ꝯtingere poterit qđ corrumpeť Reſpublica qđ latet in ꝗbuſdā Rebuſpublicis. Sꝫ iſtud magis eſt ordinandū ꝙ nullus faciat expenſas ⁊ oblationes ſumptuoſas ⁊ nō utiles: puta: choreas ⁊ ludos ⁊ alie tales expēſe debent ꝓhiberi in ciuitate ⁊ ꝯſimiles: qꝛ nō ſunt utiles: imo ſunt nociue. Deide cū dicit.

In paucoruꝫ ꝟo gubernatione cura eſt pauperū ſuſcipiēda diligēter: ⁊ officia ꝗbꝰ ſunt ſalaria ꝯſtituta iſtis tradēda: ⁊ ſiquis diuitū eos ꝯtumelia affecerit maior pena eſt ꝯſtituēda q̃ ſi ipſi iter ſe idē feciſſēt. Et ſucceſſio in hereditatibꝰ per cognationeꝫ ſit: nō per donationē: nec ualeat qſq̃ plures hereditates cape: ſed vnaꝫ ſolūmō. ꝑ hūc eni modū magis eq̄les erūt facltates: ⁊ egenorū ꝑml'ti ad abūdātiā traducenť.

Ponit documētuꝫ quātuꝫ ad paucoꝝ ſtatus: ⁊ oñdit quid opꝫ facere ne pauꝑes moueanť ꝯtra diuites: ⁊ dic̄ ꝙ in paucoꝝ ſtatu opꝫ p̄ncipātes hēre multā curā de pauꝑibus ⁊ eſt expediēs ut denť eis p̄ncipatus ex ꝗbꝰ poſſint aliqua hēre. Et ſi aliq̄s diues iniuriatus fuerit alicui pauꝑi magis puniať q̃ ſi alicui diuiti: ſic eni nō facient pauꝑes ſeditiones contra diuites. Iterum opꝫ ordinare ꝙ hereditates perpetuo diſtribuanť ⁊ ſm genus nō ſm donationē ⁊ ad tēpus. Et opꝫ ordinare ꝙ vnus nō hēat plures hereditates q̃ vnā. Et rō huius eſt: qꝛ ſic poſſeſſiones erūt magis equales: qđ appetūt populares: ⁊ plures pauꝑes poterūt ad abūdantiā neceſſarioꝝ ꝑtingere. ⁊ ſi ſic fiat ſaluabitur magis paucorum ſtatus. Deinde cum dicit.

Utile eſt etiā in populari ſtatu ⁊ in paucoꝝ gubernatione alioꝝ uel equalitatem: uel p̄ſtantiā tribuere his qui minus participāt Rep. In populari q̄dē diuitibus: in paucoꝝ ꝟo gubernatione egenis. Exceptis tñ his Magiſtratibus in ꝗbus ius auctoritaſq̃ Reip. cōſiſtit: hi enim ſolis his qui ſunt ex Rep. cōmitti debent.

Oñdit quid expedit coiter in utraqꝫ Rep. ⁊ dicit ꝙ h̄ expedit in populari ⁊ paucoꝝ ſtatu: ſi bona aliquoruꝫ aut magiſtratus in cōmuni diſtribui debēt diſtribuere illa plus illis qui nō attingunt ad Remp. in populari ſtatu q̃ diuitibus. In paucoꝝ ꝟo pauꝑibus. Uerūtñ ſi magiſtratus ſint in ꝗbꝰ ſit plurimū auctis nō debēt diſtribui illiſ qui nō attingūt ad p̄ncipatuꝫ in populari ſtatu. ſ. diuitibus: ſed debet attribui diuitibꝰ in paucoꝝ: multitudini in populari: ſed in oibus alijs iſtud hēt ueritatē ꝙ que ueniūt ad cōe debent diſtribui his qui attingunt ad Rempub. ſic eniꝫ optime ſaluabitur utraqꝫ Reſp. Deinde cum dicit.

Tria ꝟo debēt habere illi qui p̄ncipales Magiſtratus ſunt ſuſcepturi. Primum ut amēt p̄ſentē ciuitatis ſtatum. Deide ut hēant potentiā maximā ad ea exequēda que Magiſtratus req̄rit. Tertiū ut hēant virtutē ⁊ iuſtitiā in vnaquaq̃ Rep. ad ipſam Remp. Niſi eni iuſtū idē ſit in cūctis rebuſp. neceſſe foret ⁊ iuſtitie eſſe dr̄ias.

Declarat que requirunť ad ꝑfectioneꝫ p̄ncipantis in principali principatu. ⁊ primo facit hoc. Scđo mouet quaſdā dubitationes: ibi ⌊ Habet aūt dubitationē. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ debētem ꝑfecte p̄ncipari p̄ncipali p̄ncipatu tria opꝫ hēre. Primuꝫ eſt amor p̄ncipatus: opꝫ enim ſi ꝑfecte debeat principari ꝙ diligat p̄ncipatuꝫ. Et rō huius eſt: qꝛ ꝑfecte p̄ncipans debet hēre prudētiam: qꝛ prudētia eſt recta ratio agibilium. Princeps aūt cuꝫ hēat regere alios opꝫ ꝙ hēat rectam rōnem de agibilibus. Quare opꝫ ꝙ hēat prudentiā ꝑfectā. Sed prudentiā nō pōt hēre niſi hēat appetitum rectum ad finem. Hoc aūt nō pōt eſſe niſi diligat finem ⁊ ea que ſunt ad finem ſm ꝙ hꝰoi principatus principium eſt eorum que ordinanť ad finem Reip. Quare manifeſtuꝫ eſt ꝙ bene p̄ncipantem opꝫ hēre amorem ad principatuꝫ ⁊ Remp. Scđo opꝫ ꝙ hēat potentiā reſpectu operum p̄ncipantis que maxima ſunt. Et hoc pꝫ. Princeps enim habet dirigere in finem Reip. ſubditos. Inter aūt ſubditos quidā ſunt bene ꝑſuaſibiles rōne. Et quātuꝫ ad tales nō eſt opuſ coactione. Alij aūt ſunt q̄bus nō defacili ſuadeť a rōne: ſed ſunt inobedientes ⁊ inſolentes: ⁊ pro talibus indiget potētia coactiua. Cohercere aūt ⁊ punire nō pōt niſi hēat potētiaꝫ. Quare manifeſtuꝫ eſt ꝙ tertio opꝫ ꝙ hēat virtutem: ⁊ hoc apparet ex dictis. Opꝫ enim p̄ncipantem hēre prudētiā hoc aūt nō eſt niſi hēat appetituꝫ rectum. Sed rectitudo appetitus eſt per virtutem moraleꝫ. Quare opꝫ ꝙ hēat virtutem ⁊ iuſtitiā ſm quālibet Remp. In qualibet enim Rep. intēdiť equale ſm aliquā dignitatem ꝓpriā ei: ⁊ ideo in vnaquaqꝫ rep. opꝫ eē iuſtitiā ſm illam remp. Et dico ſm illā remp. qꝛ nō eſt eadem iuſtitia ſm vnāquāqꝫ. Et hoc apparet: Ratio enim habitꝰ ex obiecto ſumiť. Obiectum ꝟo iuſtitie iuſtum eſt. Ergo ratio iuſtitie ſumiť ex rōne iuſti. Sed iuſtum nō eſt idem ſm vnāquāqꝫ iuſti politiā: ſed ſunt diuerſe differētie eius. Ergo iuſtitia non erit eadem ſm vnāquāqꝫ rēp. ſed erūt diuerſe differētie illiꝰ. Deide cuꝫ dicit.

Habet aūt dubitationem qñ hec oia nō cōcurrūt in eodē queādmodū ſumē opꝫ: ceu ſi ſit q̄dā aptus ad rem militarem. Sit aūt ille idē improbus: nec Reip. amator. Alter ꝟo iuſtus ⁊ amator: ſed ad rem militarē nō aptus: cuiꝰ faciēda ſit electio.

Mouet dubitationes. Et diuidiť in duas ſm ꝙ mouet duas. Scđa ibi ⌊ Dubitari etiam ⁊c̄. ⌋ Prima in duas. In p̄ma mouet dubitationeꝫ. In ſcđa ſoluit: ibi ⌊ Uideť inſpiciēdum ⁊c̄. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ dubitationem hēt ſi vnus ⁊ idem non hēt iſta oia: ſed vnus habeat vnum tm̄: alius aliud cui attribueť Principatus Uerbi gratia. Si ſit vnus qui hēat potentiam militarem: ſed ſit ſine virtute nequam ⁊ Reip. inimicuſ. Alius aūt qui ſit virtuoſus ⁊ diligit Rempublicam. Impotens aūt cui attribueť Principatꝰ: utꝝ ei qui habet potentiam militarem. Sed eſt ſine virtute ⁊ neqtioſuſ ⁊ nō diligat p̄ncipatum. aut ei qui virtutē habet ⁊ diligit p̄ncipatuꝫ: ſed nō eſt militaris. Deide cū dicit.

Uideť inſpiciēdū eē ad duo: cuius magiſ participēt oēs: ⁊ cuiꝰ minuſ. Quapropter in re militari q̄deꝫ ad peritiā magis q̃ ad ꝓbitatē eſt reſpiciēduꝫ. Pauciores enim ſunt rei militaris periti: plures ꝟo ꝓbitatis. Cōtra ꝟo in cuſtodia ⁊ adminiſtratione erarij. Plus enim probitatis requirit q̃ quātū habeant multi. ſcientia ꝟo huiꝰ

cõmunis eſt omnibus.

¶ Soluit iſtam dubitationem. Et dicit ꝙ in electione Principis opꝫ cõſiderare ad duo.ſ.ad illud quo plus pñt ciues attingere ad fineꝫ ꝑncipatꝰ. Et ad illud quo minus. Et ratio huius eſt: Quia Principatus rõnem ſumit ex fine ⁊ ea que ſunt ad finem rõneꝫ ſumunt ex fine. Et ideo ille eſt aſſumendus in Principem qui hẽt illud ſm̃ qđ pñt magis ꝯtingere ad finem Reipu. Et ꝓpter hoc in militia ſiue Ducatu exercitus magis ꝯſiderandum eſt ad exꝑientiam ꝗꝫ ad virtuteꝫ. Quia per exꝑientiã in armis pñt magis ꝯtingere ad fineꝫ Reip. ꝗꝫ per v̓tutem. Virtuoſi aũt minus experti ſunt ut frequenter in talibꝰ: ſunt tñ meliores multũ. Et ideo ad talem ꝑncipatum magis debet eligi ille qui hẽt exꝑientiam cum ſola prudentia imꝑfecta ꝗꝫ ille qui hẽt virtutem ꝑfectam ⁊ nõ hẽt exꝑientiaꝫ. Sed in cuſtodia ſiue in regimine Ciuitatis ⁊ in admiſtratione erarij debet eligi ille qui hẽt virtutem: qꝛ in tali ꝑncipatu requirit̃ magis virtus ꝗꝫ exꝑientia quam multi hñt. Scientia aũt eſt cõmunis oı̃bus. Opꝫ enim ꝙ hẽant ſciaꝫ ꝑncipes ⁊ in Ducatu exercitus ⁊ in regimine ciuitatis: alr̃ eni nõ pñt dirigere in finem intẽtum ea que ſunt ad finem. Deinde cum dicit.

¶ Dubitari etiã põt ſi potẽtia abſit reipub. ⁊ amicitia quid opus eſt virtute: ſufficiunt enim illa duo ad Reip. utilitatem.

¶ Mouet ſcđam dubitationem. Et ꝑmo mouet eam. Scđo ſoluit: ibi[An qꝛ ⁊c̃.] In ꝑma dicit ꝙ dubitabit aliqs ſiquis diligat remp. ⁊ potentiam hẽat ad qđ neceſſaria eſt v̓tus. Nõ eni videt̃ ꝙ ſit neceſſaria: qꝛ per alia duo.ſ.potentiam ⁊ amorem videt̃ ꝙ poſſint fieri ea quecũqꝫ expediunt ad ꝑncipatũ. Deide cũ dicit.

¶ An qꝛ fieri põt ut duo illa hñtes ſint intẽperati: itaqꝫ ut ſibiipſis nõ obtẽperãt ſcientes ⁊ amãtes ſeipſos: ſic etiã erga Remp. nihil uetat ita ſe habere quoſdã.

¶ Soluit dubitationẽ. Et dicit ꝙ cum potẽtia ⁊ amore ad ꝑncipatuꝫ requirit̃ v̓tus ſi debeat bene ⁊ ꝑfecte regi: qꝛ hñtes potentiã ciuilẽ ⁊ amorẽ reip. ꝯtingit eẽ ſicut incõtinẽtes: hoc eſt ſic eẽ diſpoſitos ad remp. ſicut incõtinens eſt ad ſeipm̃. Ergo ſicut erat de incõtinente: ſic eſt de iſtis. Nunc aũt ſic eſt ꝙ incõtinẽs ꝗꝫuis habeat rectuꝫ iudiciũ ⁊ ſciam de agibilibus ⁊ amorẽ ſui: nihilominus tñ ꝓſequit̃ ꝯcupiſcẽtias ⁊ motus paſſionum. Et ſi nõ ꝓficit ei ſcia hẽt de agibilibus. Sic igit̃ erit de iſtis ꝙ ꝗꝫuis diligãt ꝑncipatuꝫ ⁊ hẽant potentiã: qꝛ tñ non hñt virtutẽ per quam regulent ſuas oꝑationes: deficient ⁊ male ſe habebunt in principatu. Deinde cum dicit.

¶ Simplr̃ aũt quecũqꝫ in legibus ꝓdeſſe diximus cũcta illa Remp. ſeruant.

¶ Dat vnum documẽtum gñale. Et dicit ꝙ ſimplr̃ illa de qbus ſunt leges que ꝯferunt ad remp. ſaluãt remp. Leges enim ſunt de ꝯferẽtibus ad Remp. talia v̓o ſaluant eam: ⁊ ideo de quibuſcũqꝫ ſunt leges ſaluãt rempub. Deinde cum dicit.

¶ Et qđ ſepe iã diximꝰ maximũ fundamẽtũ eſt cuſtodire ut potẽtior ſit ea pars que Rẽp. ſaluã eſſe uelit ꝗꝫ illa que nolit.

¶ Poſtꝗꝫ phs poſuit elemẽtuꝫ per qđ ſaluat̃ reſp. a corruptione que eſt ꝓpter lucruꝫ: nũc ponit elemẽtuꝫ per qđ ſaluat̃ a corruptione que eſt ꝓpter impotentiã. Et ꝑmo ponit elemẽtuꝫ. Scđo adiũgit aliud circa hoc ꝓpter cõueniẽtiã: ibi[Preter hec ⁊c̃.] In ꝑma dicit ꝙ maximũ ⁊ efficaciſſimũ documẽtuꝫ ad ſaluãdã remp. eſt ꝓcurare ut pars illa que diligit ⁊ vult ſaluationem reip. ſit ualentior ⁊ potẽtior ꝗꝫ alia que nõ vult nec diligit: ſic enim ſemper uel ꝗꝫmaxime durabit reſpub. Deinde cum dicit.

¶ Preter hec aũt oia latẽ nõ opꝫ: qđ mõ latet eas reſp. que trãſgrediunt̃ medium.

¶ Adiũgit circa hoc aliud documẽtuꝫ cõtra receſſum a medio. Circa qđ duo facit. Primo ponit elemẽtum. Scđo ex hoc ꝯcludit aliud qđ ſpãle eſt in populari ſtatu: ibi[Aberrãt v̓o ⁊c̃.] Prima in tres. In prima ponit documentum. Secundo aſſignat rationem: cum dicit[Multa enim ⁊c̃.] Tertio cum dicit.[Quapropter ⁊c̃.] Concludit elemẽtum declaratũ. In ꝑma dicit ꝙ ꝑter oia elemẽta que dicta ſunt opꝫ non latere.ſ. quid eſt mediũ ⁊ ꝓportionabile per qđ ſaluat̃ reſp. ut cõſeruet̃: ⁊ nõ ſit trãſgreſſio ab eo: receſſus eniꝫ ab hꝰı medio cã eſt trãſgreſſiõis facte in plibꝰ. Deide cũ dic̃.

¶ Multa eni que popularia vident̃: popularẽ ſtatũ diſſoluũt. Multa etiaꝫ que paucoꝝ eẽ vident̃: diſſoluũt paucoꝝ gubernationẽ. Qui v̓o exiſtimãt hãc eẽ vnã v̓tutẽ trahũt ad exceſſũ: ignorãtes ꝙ quẽadmoduꝫ naſus excedit rectitudinẽ laudabilem ad aquilinũ eẽ uel ſimũ: ſed tñ pulchritudinẽ ac gratiã retinet. At ſiqs magis trahat ad exceſſuꝫ: ꝑmo qdẽ abicit ꝯgruentẽ mẽſurã ꝑtis. Tandẽ v̓o ita diſponit̃ ut nõ naſus apꝑeat ꝓpter ſuperexcellentiã ac defectũ ꝯtrarioꝝ. Eodẽ modo ⁊ de alijs ꝑtibus. Cõtingit aũt hoc ⁊ circa alias gubernationes. Nã paucoꝝ qdẽ potentiã ⁊ popularẽ ſufficiẽter ſe hẽre ꝯtingit. Et ſi trãſgrediant̃ ab optimo ſtatu: ꝙ ſiquis intendat magis utrãqꝫ earũ deteriorem faciet. Tandem v̓o neqꝫ remp. eſſe.

¶ Aſſignat rõnem documenti. Et dicit ꝙ bene oportet ſaluare medium: qꝛ videmus ꝙ multa apparent eẽ popularia ⁊ corrumpunt popularem ſtatuꝫ ꝓpter hoc ꝙ recedunt a medio. Similr̃ multa ſunt que corrũpunt paucoꝝ ſtatuꝫ que vident̃ eẽ paucoꝝ. Qui aũt credũt eſſe virtutis opus intẽdere quãtumcũqꝫ ea que vident̃ ſaluare vnamquãqꝫ Remp. puta credentes opus virtutis popularis eẽ quãtũcunqꝫ intẽdere popularia ⁊ paucoꝝ ſtatui intẽdere paucoꝝ ꝗꝫtũcunqꝫ declinant a medio ſm̃ exceſſuꝫ ⁊ corrũpũt uolẽtes ſaluare. Sicut eni eſt in ꝑtibus corꝑis: ſic eſt in rep. Sic aũt eſt in ꝑtibus corꝑis ꝙ eſt aliqua determinata cõmẽſuratio partium ſm̃ quã ꝑtes pulcherrime ſe hñt. Sicut naris que ſi paruꝫ trãſgreſſa eſt ad ſimũ uel aquilinũ: adhuc pulchra eſt ⁊ gratioſa in aſpectu: ſic tñ plus declinet ad exceſſũ uel defectũ. Primo ꝯtingit declinare a media rõne in qua manet forma naris. Finalr̃ aũt tantũ cõtingit declinare ꝙ nõ cõtingit remanere formã naris ꝓpter excellentiã uel defectuꝫ. Eodẽ modo ſe hẽt in alijs partibus corꝑis. Silr̃ ſe hẽt circa alias reſp. Cõtingit enim popularẽ ⁊ paucoꝝ ſtatuꝫ eẽ in ordie optimo ſm̃ illas reſp. Si aũt aliqs declinet uel ſm̃ intẽſionẽ uel ſm̃ remiſſionẽ: faciet remp. peiorẽ. Tandẽ aũt poterit intendere uel remittere ꝙ corrumpet ipſam oino. Et ſic manifeſtuꝫ eſt ꝙ ad ſaluationem reip. oportet conſiderare qd eſt mediuꝫ in quo ſaluatur reſp. Deinde cũ dicit.

¶ Quapꝛopter id nō ignorari opꝫ a legis cōditore: Ac ciuili hoie qualia populariuꝫ ſeruēt populi ſtatuꝫ: ⁊ qualia paucoꝝ apparētia euertāt paucoꝝ gubernationem. Nulla eniꝫ iſtaruꝫ videt̄ ſtare poſſe abſqꝫ opulētis ⁊ multitudine: ſed qn̄ adequatio fiat facultatū: aliā neceſſe eſt eſſe rempublicā. Itaqꝫ diſſoluētes leges que ſūt circa excellentiā diſſoluunt reſp.

¶ Cōcludit elemētuꝫ iaꝫ declaratuꝫ. Et dicit ꝓpter hoc ꝙ quedā popularia coꝛrūpunt ſtatuꝫ popularē. Paucoꝝ apparētia paucoꝝ ſtatuꝫ: opꝫ legiſlatorem ⁊ ciueꝫ nō ignorare que ⁊ q̄lia apparētia paucoꝝ euertāt ſtatū paucoꝝ: ⁊ popularia popularē. Nulla eni iſtaꝝ pōt eſſe ſine diuitibus ⁊ ſine pauꝑibus. Sunt enim de integritate reip. multitudo ⁊ diuitie: ꝓpter qđ ſi aliquis uoluerit adequare ſubſtātias oino ⁊ ita oēs equalr̄ eē diuites nō remanebit eadē reſp. ſed coꝛrumpet̄. Et ſic manifeſtuꝫ eſt ꝙ illi qui ꝓcedunt excedēdo legibus ad hoc ducentibus tranſmutant ⁊ coꝛrumpunt Rempu. Deinde cum dicit.

¶ Aberrāt ꝟo ⁊ in populari ſtatu: ⁊ in paucoꝝ gubernatione. In populari quidem ductores populi: ut multitudinē dominaꝫ leguꝫ efficiāt. Ob id eniꝫ faciūt ſemꝑ ciuitatem opulētis repugnāteꝫ: at opoꝛtebat cōtrariū videri ſemꝑ dicere pꝛo opulētis. In paucoꝝ ꝟo gubernatione pꝛo populo eos qui remp. gubernāt: ⁊ contraria iurare ꝙꝫ nūc iurēt. In quibuſdam eni ciuitatibus nunc iurāt. Populū odio hēbo: ⁊ ꝯſilio annitar ut male hēat. Expedit aūt ſimulare ac fingē ꝯ̄riuꝫ: atqꝫ ita iuramētū cōcipe nō afficiā populuꝫ iniurijs.

¶ Ponit elemētum ſpeciale ad ſaluandum popularem ⁊ paucorū ſtatum. Et dicit ꝙ adhuc manifeſtum eſt ꝙ in paucorum ⁊ populari ſtatu eſt erroꝛ. In populari quidem peccant ductores populi in ſtatu populari. ſ. in qua tota multitudo uelut monarchia quedaꝫ dn̄at̄ nō ſm̄ legem. Ductores enim pugnātes cōtra diuites diuidunt ciuitatem in duo. Adulantes enim multitudini mouēt eam cōtra diuites. hoc aūt nō eſt faciēduꝫ ſi debeat popularis ſtatus ſaluari: ſed multitudo pꝛo diuitibus debet videri facere qđ nolunt. Sic eni ſaluari poterūt in paucoꝝ ſtatu. Similr̄ peccat paucoꝝ potentia oppꝛimens multitudineꝫ: ex quo ꝯtingit coꝛruptio paucoꝝ ſtatus. Et ideo ſi debeat ſaluari opꝫ paucoꝝ potentiā videri ⁊ facere pꝛo populo iuramēta cōtraria eis que faciunt. Nunc ꝯſueuerunt paucoꝝ ſtatꝰ potētie cum inſtituunt̄ in p̄ncipatibus iurādo dicere. Iuro ꝙ populuꝫ odio hēbo ⁊ cōſilio annitar ut male hēat. Silr̄ in populari ſtatu. Hoc aūt nō eſt faciēdum. Sed opꝫ opinari ꝯ̄riuꝫ eſſe faciēdum ⁊ inſinuare in iuramēto ꝙ potētes paucoꝝ nō faciāt iniuſtuꝫ populo. Et populus debet iurare ꝙ non iniuſte aget contra diuites. Deinde cum dicit.

¶ Maximū aūt oiuꝫ que dicta ſūt ad reip. ſtabilitateꝫ eſt id qđ nūc parui faciunt oēs erudiri ad reip. diſciplinā. Nil enim ꝓſunt utiliſſime leges que a gubernatoribus decernunt̄: niſi moribꝰ iſtituti: ⁊ diſciplina imbuti hoies fuerint: ſi leges populares: populariter: ſi paucoꝝ potētie ad hāc ipſam gubernationē. Nā ſi eſt in vno intēperantia: eſt etiā in ciuitate diſciplina reip. eſt nō ea facere per que letent̄ pauci potētes: aut populares: ſed per que ualeāt illi quidem paucoꝝ gubernationē tenere. Hi ꝟo popularē: nūc aūt in paucoꝝ potētia gubernatoꝝ filij delitijs affluūt. Tenuioꝝ aūt filij gymnaſijs laboribuſqꝫ exercent̄ itaqꝫ ut uolūt magis ⁊ pn̄t res nouas moliri.

¶ Ponit elementum qđ vniuerſalr̄ ſaluat Remp. a coꝛruptione que eſt ꝓpter ineruditionem ⁊ inaſſuefactionē. Et p̄mo fac̄ hoc. Scd̄o repꝛobat quoddā obſeruatuꝫ in populari ſtatu: ibi ⌊ Populari ꝟo ⁊c̄. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ inter oīa elemēta maximuꝫ ⁊ efficaciſſimuꝫ ad ſaluandā remp. qđ modo oēs negligūt eſt. ſ. erudiri in legibus ⁊ in eis que oꝛdinant̄ ad remp. ⁊ aſſuefieri in illis. Ratio aūt quare opꝫ aſſuefieri in illis eſt: qꝛ illa in quibus hoies ſunt aſſueti delectabilia ſunt eis ⁊ magis placent ⁊ magis diligunt̄. Que aūt magis diliguntur: magis ſaluant̄. Si igit̄ aſſueti fuerint homines in his que ſunt reip. plus diligunt ⁊ delectabūtur in illis ⁊ ſic ꝯſeruabunt eaꝫ. Si aūt nō aſſueti ⁊ eruditi fuerit in rep. ⁊ in legibus ſignificantibus oꝛdinem reip. puta ſi potētes cum paucis nō fuerint aſſueti ⁊ eruditi cum paucis. ⁊ populares cuꝫ populo: nulla utilitas erit eis ex legibus bonis ⁊ glorioſis exn̄tibus. Sic enim ꝯtinget eē in tali ciuitate in qua ſunt leges optime: ⁊ tñ ciues non ſunt aſſuefacti in illis: ſicut eſt in continente. Sic aūt eſt in ꝯtinente ꝙ quāuis hēat rectum iudiciū rōnis aliquo modo: qꝛ tñ ſequit̄ impetum paſſionum nō ꝓfuit ſibi rectitudo rōnis. Silr̄ in ꝓpoſito ꝙꝫuis ciuitas hēat bonas leges: ſi tñ nō ſunt ciues aſſueti ⁊ eruditi in illis nō ꝓficient eis: qꝛ non op̄abunt̄ ſm̄ illas. Sunt aūt erudiendi ⁊ aſſueſcere debent nō in illis ad que ſi poſſunt ꝑtingere delectabunt̄ tam pauci potentes ꝙꝫ populares: ſed in illis in q̄bus eruditi poterunt obſ̄uare remp. ut populares in illis per que poterunt viuere populares ⁊ ſeruare popularē. Paucoꝝ potentes in illis per que poterunt obſeruare paucoꝝ ſtatuꝫ ⁊ viuere ſm̄ illū. Nunc aūt in ciuitatibus accidit ꝯtrariū: qꝛ in populari ſtatu filij nutriti ſūt in delitijs: ⁊ inclinant̄ ad eas: ⁊ in illis delectantur. Pauperes auteꝫ aſſueti ſunt in laborioſis. Pꝛopter qđ manifeſtuꝫ eſt ꝙ filij diuitum ⁊ pauperum uolunt ⁊ poſſunt ⁊ magis viuere inſolenter quantum ad remp. Pꝛopter qđ manifeſtū eſt ꝙ in talibus nō ſunt erudiēdi. Deide cū dicit.

¶ In populari ꝟo ſtatu qui maxime videt̄ eſſe popularis cōtra quā utile ſit ꝯſtitutuꝫ eſt huius rei cauſa eſt ꝙ male diffiniunt libertatē. Duo ſunt enim q̄bus popularis ſtatus diffinit̄: ptāte ſūma populi: ac libertate. Iuſtuꝫ aūt equuꝫ videt̄ eſſe. Equum ꝟo qđcūqꝫ videat̄ multitudini id eē ſtabilitū. Liberū aūt ⁊ equuꝫ qđcūqꝫ uelit qs facē: itaqꝫ viuit vnuſqſqꝫ ut vult in hiꝰ populari ſtatu: ⁊ ad qđ gliſcit: ut ait Euripides.

¶ Remouet errorem ſpālīter accidētem in populari ſtatu. Et diuidit in duas. In p̄ma ꝓponit ip̄m ⁊ tangit rationem eius. In ſcđa remouet ibi[Sed hoc eſt prauum ⁊c.] In p̄ma dicit ꝙ in populari ſtatu obſeruat aliqđ qđ videt populare. ſ. ꝙ ꝯtrium eſt ei qđ cōfert ad rempublicam ꝙ vnuſquiſq; viuat ſm qđ uoluerit. Et ratio huius eſt. Quia male diffiniunt liberum. Sunt enim duo ſm que diffinitus eſt popularis ſtatus. ſ. poteſtas ⁊ libertas: ut. ſ. multitudo dn̄et ⁊ ſm libertatē. Illud enim iuſtum dicit qđ eſt equale. Equale aūt videt illud in ſtatu populari eē qđ videt multitudini. Liberum aūt dicunt ꝙ aliquis faciat quicquid uoluerit. Propter qđ in populari ſtatu qlibet viuit ſm ꝙ vult ⁊ ſm ꝙ poſſibile eſt ei: ⁊ ſm ꝙ plus abundat: ut dixit Euripides. Deinde cum dicit.

¶ Sed hoc eſt prauuꝫ. Nō enꝫ putādum eſt eē ſeruitutē viuere ad formā reipublice: ſed ſalutē. Ex qbus igit mutant reſp. ⁊ corrumpunt: ⁊ per que ſeruant ⁊ ꝑmanēt ut ſimplr dicamus: tot ⁊ talia ſunt.

¶ Remouet iſtum errorem. Et dicit ꝙ nō eſt opinandū ſeruitutem eē viuere ſm Remp. imo libertateꝫ ſm ſalutem. Et ratio huius eſt: qꝛ ſm ꝙ vult ph̄s. Liberum eſt qđ eſt cauſa ſui uel in genere cauſe agentis uel finalis. Unumquodq; aūt maxime dicit illud qđ eſt p̄ncipale in eo. In hoīe vō p̄ncipale eſt intellectus. Et ideo hoc eſt maxime intellectus: uel opat ſm intellectum. Ergo homo maxime dicit liber cum opat ſm intellectum ad rōnem: ⁊ ad bonum ſui ſm intellectum ⁊ rōnem. Cum aūt viuit ſm Remp. opat ſm rōnem Ergo viuere ſm Rempublicam nō eſt eē in ſeruitute: ſed libertate magis. Et tunc recapitulat ⁊ dicit ꝙ p̄ncipia ex qbus corrumpunt ⁊ tranſmutant Reſp. ⁊ p̄ncipia ex qbꝰ ſaluant ⁊ māſiue ſunt tot quot dicte ſunt ſimplr ut eſt dicere ꝙ dicit ꝓpter p̄ncipia ſaluantia ⁊ corrumpentia monarchias de quibus dicet iam.

r

Eſtat nūc videre de vnius gubernatione ex qbus corrūpat ⁊ per que ſeruari ualeat. Fere autē ſimilia ac propinqua ſunt illis que diximus ſupra de ceteris gubernationibꝰ illa que circa regnuꝫ ⁊ circa tyrānidem contingunt. Nā regia quidē poteſtas optimatum gubernationi reſpōdet. Tyrānis aūt ex paucoꝝ potentia illa poſtrema: ⁊ ex populari componit. Quapropter ꝑnitioſiſſima eſt his qui ſub ea ſunt: utpote ex duobꝰ cōpoſita malis ⁊ trāſgreſſiones: ⁊ delicta continēs que ex ambabus illis ꝓueniūt.

¶ Poſtq̄ ph̄s determinauit cauſas ⁊ p̄ncipia corruptionis ⁊ ſaluationis rerump. in quibus plures dn̄ant: determinat cauſas ⁊ p̄ncipia corruptionis ⁊ ſaluationis in quibus vnus dn̄at: ſicut ſunt monarchie. Et diuiditur in duas. In p̄ma determinat que ſunt cauſe ⁊ principia corruptionis ⁊ ſaluationis rerumpublicarū monarchiarum. In ſcđa oñdit que illarum eſt minoris durōnis: ibi[Atqui oīum ⁊c.] Prima in duas. In prima p̄mittit intētum ſuum. In ſcđa ꝓſequit ibi[Exiſtitq; ⁊c.] In prima dicit ꝙ poſtq̄ determinatum eſt que ſunt p̄ncipia ſaluationis ⁊ corruptionis rerumpublicarum in quibus plures dn̄ant. Reſtat ꝯſequenter cōſiderādum de monarchia que. ſ. ſunt cauſe ⁊ principia ex quibus corrumpit: ⁊ que ſunt principia ⁊ cauſe ex quibus nata eſt ſaluari. Illa aūt que accidunt circa monarchiā regalem ⁊ tyrānidem ſunt ſimilia eis que dicta ſunt de alijs rebuſpublicis. Nam regnuꝫ ꝯgruit ſtatui optimatum. Sicut enꝫ aſſumit p̄nceps ſm v̄tutem in ſtatu optimatum: ſic in regno. Tyrānis aūt cōponit ex ſtatu paucoꝝ ultima que eſt peſſima inter oēs paucoꝝ ſtatus: ⁊ popularis ultima que ſilr peſſima eſt inter oēs populares ſtatus: ꝓpter qđ tyrānis ip̄a multum nociua eſt ſubditis cum ſit compoſita ex duobus malis: ⁊ habeat peccata ⁊ tranſgreſſiones utriuſq; illarum. Deinde cum dicit.

¶ Exiſtitq; generatio ſtatim ex contrarijs utriq; iſtarū. Nā regia poteſtas pro tutela preſtātiuꝫ viroꝝ cōtra populū repta eſt ⁊ fit rex ex p̄ſtātibus per excellentiā v̄tutis: uel reruꝫ geſtarū que ſint a virtute: ut per excellentiā huiuſmodi generis.

¶ Proſequit. Et diuidit in duas. In p̄ma p̄mittit qđdā de iſtis monarchijs: quarum quedam dicta ſunt p̄us. In ſcđa ꝓſequitur de cauſis corruptionis ſaluationis ipſarum cum dicit[Ut igit ⁊c.] Circa p̄muꝫ duo facit. Primo oſtēdit ex qbꝰ cōponit utraq; monarchia. Scđo declarat quoddā dictuꝫ de tyrānide: ibi[Qđ aūt ⁊c.] Prima in duas. In p̄ma facit quod dictum eſt. In ſcđa oſtendit quid intēdit in utraq;: cum dicit: [Tyrānis aūt ⁊c.] Adhuc p̄ma in duas. In p̄ma declarat ex quibus cōponit ex utraq; monarchia ut appareat ex quibus corrumpit ⁊ ſaluatur. In ſcđa declarat quoddam dictuꝫ: ibi[Ut ergo diximus ⁊c.] Adhuc p̄ma in duas. In p̄ma oñdit ex quibus cōponit regnū In ſcđa ex quibus tyrānis: ibi[Tyrānis vō ⁊c.] In prima dicit ꝙ utraq; monarchia ex cōtrarijs generat. Regnuꝫ enim factuꝫ eſt ꝓpter auxilium bonoꝝ cōtra multitudinem ne multitudo grauaret ipſos ſtudioſos ⁊ aſſumit rex ex virtuoſis excedens ſm virtuteꝫ: uel in opere virtutis, uel aſſumit ſm nobilitatem gn̄is: ne iſti grauent a multitudine. Deinde cum dicit.

¶ Tyrānis vō originē habet a populo, ac multitudine cōtra nobilitateꝫ ut populus iniuriā ab illis nō patiat. Patet hoc ex ipſis his que cōtigerūt. Fere enim tyrāni ut plurimū facti ſunt ex ducibus populoꝝ: ſidem adepti ab initio ꝓpter calūnias contra nobilitatē iactas. Tyrannides igit alie in hunc modum ꝯſtitute ſunt ciuitatibus iam adauctis.

¶ Oſtendit ex quibus generat tyrānis. Et p̄mo ex quibus nunc generat. Scđo ex quibus generabat antiquitus: ibi[Alie prius ⁊c.] Dicit igit ꝙ tyrānus aſſumptus eſt a populo: ⁊ ex populo ⁊ multitudine cōtra diuites ⁊ inſignes ne populus moleſtet a diuitibus. hoc aūt manifeſtum eſt ex his que ꝯtingunt. Plures enim tyrāni ut eſt dicere facti ſunt ex his qui erant ductores populi qbus multuꝫ credebat populus eo qđ libenter imponebant crimina diuitibus calumniātes eoſdem. hꝰi aūt tyrānides augmentatis ciuitatibus facte fuerunt. Deinde cum dicit.

¶ Alie prius ex regibus tranſgredientibus patria iura: ⁊ affectantibus magis dominari. Alie ex electis ad principales Magiſtratus. Antiquitus enꝫ populi ꝯſtituebāt diuturniores adminiſtrationes ⁊ ꝓcurationes. Alie ex paucoꝝ potētia eligētium vnū aliquē ad maximos magiſtratus.

¶ Oñdit ex q̄bus generabat̄ p̄us. Et p̄mo facit hoc. Secundo facilem modum generationis ipſius ex p̄dictis tangit: ibi ⌊ Oibus iſtis modis ⁊c. ⌋ In p̄ma dicit ꝙ antiq̄tus tyrānides que facte fuerunt ante iſtas quedam facte fuerunt ex regibus qui Leges ⁊ ꝯſuetudies paternas in quibus nutriti fuerāt transgrediebant̄: ⁊ qui magis uolebāt p̄ncipari p̄ncipatu dñatiuo qui eſt dñi ad ſeruum uolentes uti ſubditis tanq̄ȝ ſeruis. Contigit enim ꝙ aliquis ſm hunc modum exiſtēs incepit tyrāniçare ⁊ opprimere ſubditos: ⁊ ſic ex rege factꝰ fuit tyrānus. Aliquādo aūt fuit facta tyrānis ex eis q̄ꝛ electi fuerāt ad principatus excellentiores ⁊ potentiores: antiquitus populus inſtituit multos p̄ncipantes ⁊ ꝓſpectores populi ſiue rectores. Ex iſtis aūt ꝯtingebat aliquos magis ꝑuerſos trahere ad ſe dñium ciuitatis ⁊ tyrāniçare. Aliq̄n facta fuit tyrānis ex paucorū potētia viris eligētibus vnum potentem ad principatus maximos qui poſtmoduȝ tyrāniçabat. Oibꝰ iſtis modis fiebat antiquitus tyrānis. Deinde cuȝ dicit

¶ Oibus iſtis modis facultas fuit ꝑficiēdi: ſi modo uoluerit per potentiā ſibi p̄exiſtētem: uel ex regia poteſtate: uel ex honoribus a populo exhibitis. ceu Phidon apd Argos: ⁊ alij alibi regiā poteſtatē habentes tyrāni ſunt facti. Circa Ioniā vō tyrāni ⁊ Phalaris ex honoribus. Panetius quoq̄ȝ in Leontinis. ⁊ Cypſellus Corinthi: ⁊ Piſiſtratus Athenis. ⁊ Dionyſius Syracuſis: ⁊ alij eodem modo ex fauore populoꝝ apud quos multum poterāt.

C Ponit tertiam rõnem: dicens ꝙ irrõnabile eſt ciuitatem que regit̃ ſm paucoꝝ potentiaꝫ hẽre duas ciuitates. hoc eſt duas coĩcationes ciuium: vnam videlicet diuitum: ⁊ aliã pauperuꝫ que ſubiĳnuicem ꝯtrariant̃: non enim eſt ratio quare hoc magis inuenit̃ in iſta q̃ꝫ in Lacedemonica que fuit optimatũ quedam: uel in q̄cunq꞉ alia republica ubi non oẽs hñt eq̃les poſſeſſiones ſeu diuitias: uel ubi oẽs nõ ſunt eq̃liter boni viri. Et ideo ſi in vna nõ eſt ꝑncipium corruptionis: nec in aliĳs. Videmꝰ aũt ꝙ nullo facto paupiore q̃ꝫ ꝑus eſſet ex paucoꝝ ſtatu fit trãſmutatio i ſtatũ popularẽ: ſi pauperes ſint plẽs ⁊ potẽtiores. Et ꝯ̃rio nullo facto ditiori fit trãſmutatio ex poplãri rep. in paucoꝝ: ſi opulẽti ſint potẽtiores q̃ꝫ multitudo egenoꝝ: ⁊ adhibeãt curã ad trãſmutãdũ rẽp. Aliĳ aũt negligãt. Quare ꝓpria cã trãſmutatiõis in paucoꝝ ſtatu ex pplãri nõ eſt: ob hoc ipꝫ ꝙ ꝑncipãtes ſint facti magis pecunioſi. Dein. c. d.

C Cũq꞉ plures ſint cãe ex qbꝰ mutationes fiunt eas non dicit: ſed vnã ſolum qđ ꝓdigaliter viuẽtes uſuris cõfecti pauꝑes efficiunt̃. Quaſi vͦo fuerint omnes ab initio diuites uel plurimi eoꝝ: ſed hoc falſuꝫ. At qñ ipſoꝝ potẽtiũ q̄dã pꝛimonia ꝯſumpſerint: res nouas moliunt̃. Quãdo aũt aliĳ nihil graue accidit ⁊ mutant̃ nihilo magis in popularẽ ſtatũ q̃ꝫ in aliã ſpẽꝫ gubernationis. Inſuꝑ vͦo ⁊ ſi honores vna cum aliĳs nõ capiant: ſi iniurias inferãt: ſi cõtumeliĳs afficiant ſeditiones oriunt̃: ⁊ mutatiões i rep. Fiũt ẽt ſi nulla diſſipatio pꝛimonĳ itercefferit: ex eo ꝙ liceat q̄cq̄d volũt efficẽ cuiꝰ rei cãꝫ eẽ ferũt nimiã libertatẽ.

C Reprobat ipꝫ ꝑp iſufficiẽtiã cãe. Et pͦ ex h̃ ꝙ cũ ſint multe cãe ꝑdicte trãſmutatiõis: vnã tm̃ aſſignauit. 1ͦ cũ dicit [Cũq꞉ plẽs ſint paucoꝝ ⁊c̃.] Quia cuꝫ plẽs ſunt paucoꝝ ſtatus ⁊ populares: tm̃ aſſignauit vnam cãꝫ. In ſͣ pte dicit ꝙ adhuc cũ multe exiſtãt cãe ⁊ ꝑnͣ trãſmutatiõis pplãris ſtatꝰ in paucoꝝ potẽtiã: ⁊ ꝯ̃rio nõ dixit niſi vnã tm̃: qꝛ videlꝫ uſurarĳ h̃ eſt diuites ꝓter rõnẽ ſm ꝓdigalitatẽ expendẽtes ꝓpꝛia efficiunt̃ pauperes: ⁊ deide uolẽtes ditari corrũpũt rẽp. Dicit ac ſi oẽs uł plẽs eẽnt eq̃lr diuites a ꝑnͦ: h̃ aũt falſuꝫ eſt: ſed magis vꝛ eẽ cã vna ꝙ qñ aliqui magni ⁊ ꝑſidẽtes in ciuitate ꝑdũt ſbas ⁊ uolũt eas inouare: trahũt ad ſe rẽp. trãſmutãtes ut ex h̃ ditent̃. Et tũc fit trãſmutatio nõ magis in pplãreꝫ rẽp. q̃ꝫ in quãcũq꞉ aliã. Qñ aũt aliq̄ coiuꝫ ⁊ populariũ ditant̃: nihil fit dirũ ꝑ qđ reſp. trãſmutet̃: ut frequẽtiꝰ: qꝛ nõ ſunt ita magnanimi. Adhuc aũt ⁊ ſi reputẽt ſe dignos honoribꝰ ⁊ nõ pticipẽt ipſis ⁊ ſi iniuſtũ reputẽt ſe pati in rebꝰ uł iniurias in ꝑſonis: ſeditiões mouẽt in ciuitate: ⁊ trãſmutãt rẽpublicã: ſic dcm̃ eſt ꝑus. Iteꝝ q̃ꝫuis nõ ꝯſũpſerit ſbam ſeu ditias: aliqñ trãſmutãt ipꝫ ꝑp h̃ qđ reputãt ſibi licẽ facẽ qđcũq꞉ uoluerit. Cuiꝰ cãm dixit pꝛo eẽ eã que libera eſt: h̃ eſt ipaꝫ libertatẽ. Inſufficiẽter eni aſſignauit cãm trãſmutatiõis ꝑdictarũ rerũp. Deinde cum dicit.

C Cunq꞉ plures ſint paucoꝝ: plures etiaꝫ populi gubernationes: tanq̃ꝫ utraq꞉ vna ſit mutationes aſſignat Socrates.

C Reprobat ex eo ꝙ cũ ſint mlte aſſiḡuit cãꝫ ſic̃ vniꝰ tm̃ dicẽs ꝙ iſufficiẽter dixit Socrates: qꝛ plibꝰ exiſtẽtibꝰ ſpẽbꝰ ſtatꝰ pplãris ⁊ paucoꝝ: ſic̃ dictũ eſt ꝑus in q̃rto aſſiḡuit cãs eaꝝ tãq̃ꝫ utraq꞉ eaꝝ eẽt vna ſꝫ ſpẽꝫ: ⁊ ſpẽs eaꝝ adiuicẽ nõ differret. h̃ ãt falſũ eſt. He eni dũſe ſũt ⁊ ſpẽs diũſas hñt q̃re ⁊ cãs diũſas. Diũſoꝝ eni opꝫ eẽ diuerſas cãs ꝓpꝛias aliquo mõ. Et in hoc terminat̃ in tẽtio Ariſtotelis in hoc q̄nto. Finis.

C Excellẽtiſſimi theologie profeſſoris magiſtri Ludouici Valẽtie ꝓcuratoris ordinis ꝑdicatoꝝ ad reuerẽdiſſimũ in Chꝛo patrẽ ⁊ dñm dñm. F. Cardinalẽ Seneñ. Epitoma per ꝯ̃nes q̄nti libri politicoꝝ Ariſtotelis.

C Pꝛia ⁊ remota radix ſeditiõis eſt: qꝛ ſeditiões cõcitãt qui ꝓ opione ſua de rebuſp. bonis nõ reportãt: qđ certe iuſtiſſime oiuꝫ facerẽt q̄ v͛tute ꝑcellunt qui tñ minime oium id faciũt plus affecti publico bono qđ ſeditione minuit̃ magis q̃ꝫ ꝑuatis cõmodis: ſꝫ maxie ſeditioneꝫ mouẽt ꝑſtãtes q̄ñe hi. ſ. quoꝝ maiores v͛tute ⁊ diuitĳs ꝑditi fuere. Putãt eni plus ceteris hẽre ſe dignos eſſe.

C Mutatiões vͦo rerũp. qñq꞉ fiũt ex pñti ſtatu ad alium ceu ex populari gubernatiõe ad paucoꝝ. Qñq꞉ vͦo pñte gubernãdi forma nõ mutata ꝑmanẽtes in ea ꝑ ſe illã ſuſcipiũt. Qñq꞉ vͦo mutatiões nõ fiũt: ſed extendit̃ magis reſp. aut cohercet̃: ueluti poplãris ſtatꝰ ampliat̃ uł reſtrigit̃. Qñq꞉ vͦo nõ ex toto reſp. mouet̃: ſed in pte aliq̃: ceu cũ magr̃atũ q̄dã de nouo iducit̃ uel remouet̃.

C Deniq꞉ ſeditio oĩs ꝑp ieq̃litatẽ orit̃. Querẽtes eni equũ oĩno in ſeditionẽ incidũt. Equũ vͦo duplr̃ ꝯſtituũt: aut exceſſu uelut arithmeticꝰ: ut. 3: ad duo. 2. ad. j. aut dignitate: uelut Geometer. ut. 4. ad. 2. 2. ad. j. fatent̃ aũt oẽs ſimplr̃ eẽ iuſtũ qđ eſt ſꝫ dignitatẽ. vñ uel qꝛ in aliquo pares ſunt in oibꝰ ſe penitꝰ p̄es exiſtimãt. Vel qꝛ in aliq̄ ꝑſtãt in cũctis ſe ſuꝑare arbitrant̃. Et ob hãc cãꝫ due ꝑcipue fiũt gubernãdi forme: vꝫ popularis ⁊ paucoꝝ potẽtia: qꝛ eni oẽs in libertate pares ſũt. Idõ in oibꝰ ſe pares exiſtimãtes popularẽ ꝯſtituũt remp. qꝛ vͦo nobiles diuitĳs ꝑcellũt in cũctis putãt eẽ ꝑcellẽ: paucoruꝫ potẽtiã faciũt. Nõ eſt aũt facile ut optimatũ fiat reſp. Qui eni re uera nobiles ac boni ſint nuſq̃ꝫ cẽtũ repiũt̃ lꝫ oẽs fere nobilitatẽ ac v͛tutẽ v͛bis uſurpent.

C Predicte tñ due reſp. ſtabilitatẽ nõ hñt: qꝛ ipoſſe eſt ex pͦ errore in ꝑncipio cõmiſſo nõ euenire ad extremũ aliq̄d mali. In his aũt iſtituẽdis error eſt ꝙ iuſtum nõ recte determinant.

C Popularis tñ gubernatio tutior eſt q̃ꝫ paucoꝝ: ac minus ſeditioni ſbiacet. Nã in paucoꝝ gubernatiõe due gignunt̃ ſeditiones. Vna iter ipos nobiles. Alia nobiliũ ad populũ. Sed in gubernatione populi vna tm̃ fit ſeditio populi. ſ. ad paucoꝝ potẽtiã. Sꝫ iter ipos nulla accidit ſeditio memoratu digna. Rurſuꝫ popularis gubernatio ꝓpinq̄or eſt mediocrũ hoiuꝫ gubernationi quã cõſtat magis eſſe tutã oibus aliĳs.

C Seditiones vͦo fiunt qñq꞉ iuſte: qñq꞉ iniuſte. ſ aut eq̃le ſimplr̃: aut inequale exoptãt iuſte quidem. Si vͦo ſꝫ quid: iniuſte.

C Res aũt oẽs pro qbꝰ hoies ꝯtẽdũt ſũt lucrũ ⁊ honor ⁊ his ꝯ̃ria dedecus dãnũ: uel ipoꝝ uł amicoꝝ: ut ſb lucro oĩa corporalia itelligamus: ſub honore vͦo omnia que ad animas ſpectant.

C Cãe vͦo ac ꝑncipia vñ motꝰ qbꝰ ut ipi diſponunt̃ ſunt hec. Primo q̄dẽ lucrũ ⁊ honor nõ eo mõ quo ſtati diximus: videlicet ut acqrant ſibiipſis: ſed qꝛ vidẽt alios pti iniuſte: pti iuſte plus hr̃e. Cõtumeliã q̄deꝫ faciũt q̄ gubernãt ex ſuꝑbia ⁊ auaritia: cum ⁊ ex ꝑuatis rebꝰ ⁊ ex publicis lucrant̃. Et rurſum ciues inhonorati ⁊ alios honoratos cernentes ſeditionem aggrediunt̃.

C Alia cã eſt ꝑpotentia: ut. ſ. potẽtior aut maior ſit vnus uel plures ꝙ̃ conſueuit in rep. eſſe. Unde ⁊ huiuſmodi relegari contingit.

¶ Alia cã eſt metꝰ: qui enim penas formidant ob maleficiꝫ cõmiſſis ad ſeditionẽ deueniũt: ꝑuenire uolentes priuſqꝫ malum patiant᷑.

¶ Alia cã eſt ꝯtemptus. Contempti enĩ qui nõ ꝑticipãt honoribꝰ Reip. Inſurgunt ꝯtra gubernantes.

¶ Alia cã eſt incrementum. ſicut enim Corpus ex ꝑtibꝰ ſuis ꝯſtat: ⁊ opꝫ eas ſimul pro modo ſuo creſcere: ac niſi hoc fiat corpus corrũpit᷑: ita ⁊ ciuitas ex ꝑtibus conſtat. Uñ ſi ĩmoderatũ fiat incremẽtũ: puta egenoꝝ hominuꝫ: paucoꝝ potẽtia in popularẽ corrũpet᷑. Si ecõtra: popularis in paucoꝝ potentiã tranſibit.

¶ Mutat᷑ quoqꝫ reſp. abſqꝫ ſeditione pp̄ uerecũdiã: ut ſi electiões ꝓhibent᷑ ne cadãt ĩ hoĩes turpes ⁊ pudẽdos.

¶ Deide pp̄ negligẽtiã: qñ. ſ. ad ſũmas ꝑtãtes aſſumũt᷑ qui nõ ſunt amici ſtatꝰ: negligũt enim nõ affecti.

¶ Deide pp̄ puſillanimitatẽ. Et appellat puſillanimitatẽ qñ mutatio reip. paulatim ſubcreſcens ad magnitudinem latenter euadit.

¶ Seditionem cõcitant mores diſſimiles qui in cõtrarios trahunt fines donec multo ſimul tempore degentes in vnam conſpirauerint uoluntatem.

¶ Concitat ⁊ ſuſceptio peregrinorum ⁊ aduenarum: ⁊ in paucorum potentia plebs: ⁊ in populari ſtatu nobilitas propter inequalitatem.

¶ Cõcitat ⁊ ſui ꝯditio ut ſi vna ꝑs ciuitatis ſit in inſula alia nõ. Hec enĩ diuerſitas ĩclinat ⁊ diſponit ad diſpares fines: ſicut foſſarum tranſitus. Etiam ſi parue ſint ordinem exercitus interrumpit.

¶ Oĩs deinde diſſimilitudo ⁊ maxima virtutis ⁊ vitij poſtea paupertatis ⁊ diuitiarum cauſa eſt.

¶ Diſſenſiones oriunt᷑ non pro p̄uis: ſed ex p̄uis ad magna ꝓueniũt: ⁊ maxĩe corroborant᷑ p̄ue diſſenſiões qñ in p̄ncipalibꝰ fiũt. Excellẽtiũ enĩ viroꝝ diſcordie totã poſt ſe trahũt citatẽ. Quãobrẽ ab iſtis p̄ncipijs diligẽter cauẽdũ eſt ac diſſoluẽde ſtati ſũt diſcordie eoꝝ qui multũ in rep. p̄nt in p̄ncipio enĩ peccat᷑. Pricipiũ aũt dicit᷑ dimidiuꝫ totius: itaqꝫ paruum erratum in principio correſpondens eſt ad alias partes.

¶ Cuꝫ ex p̄clare geſtis q̄dã famã ⁊ auctem ꝯſequuntur aut reſp. ſuas ĩtẽdũt aut cõuertũt ad ſe reſp. ⁊ illaſ trãſmutãt. Et uſr cã ⁊ pluriũ ſeditionũ eſt claꝝ aliq̄d egiſſe. aut enĩ qui honori eoꝝ ĩuidẽt ſeditionẽ cõcitãt aut ipſi ob potentiã auctã aduerſum alios concitãt.

¶ Maxime aũt motuſ fiunt rerump. qñ partes equales ſunt potentia ⁊ pauci medij exiſtunt.

¶ Qñqꝫ aũt fiunt hꝰⁱ mutationes per vim: qñqꝫ p̄ dolũ.

¶ De p̄ncipio ⁊ cã mutationis ſtatꝰ popularis.

¶ Popularis aũt ſtatꝰ mutationes recipit ex ꝑfidia prepotẽtũ qui calũnia diuitibꝰ illata metu calũnie ĩ vnuꝫ cõgregatas ꝯſpirare faciũt. deide ⁊ multitudinem opprimunt: ⁊ ſic ſtatus popularis interit.

¶ Sed uetuſtis tẽporibus populares res in tyrãnidem mutsbant᷑: ⁊ pluriſmi ex popularibus hoĩbꝰ facti ſunt tyrãni. Tunc eniꝫ potẽtes in populo nõdum dicẽdi peritia exñte erant ex his qui bello gerẽdo p̄ficiunt᷑ non cõtingit rhetorica arte ſupueniẽte quã qui hñt populos ducunt. Sed rerump. imꝑiti tyrãnidem inuadere nõ audent. Rurſum tunc vni magnarum rerum ꝑtãs dabat᷑. ⁊ qꝛ urbes magne nõ erant ſed rure hoĩes habitabant ocium hñtes facile tyrãnus efficiebat᷑.

¶ Mutat᷑ etiam popularis ſtatus in ultimam ſpẽm popularitatis ſic ductoribꝰ populi ꝑſuadentibꝰ ut populus Legum dñs ſit. Sed remediũ ne hoc fiat uel ut minus fiat illud eſt ut tribus Magiſtratuꝫ eligat: nõ vniuerſus populus.

¶ De principijs mutationis paucoꝝ potẽtie.

¶ Corrumpit᷑ etiam paucoꝝ gubernatio ſi pauci iniurijs afficiant multitudinem. Et maxime ſi ex numero paucoꝝ dux aliq̄s exiſtat qui poſtea tyrãnidem inuadit.

¶ Item mutat᷑ cuꝫ ab ipſis opulẽtis inhonorant᷑. Fit enĩ diſſolutio qñ perpauci ſint qui dignitates uſurpãt.

¶ Mutat᷑ etiã per ſeipſa pp̄ factiones eoꝝ qui populum ducũt: qḋ q̄dẽ dupl'r fit. Qñqꝫ enĩ ſibi aſſiſtũt ⁊ cõiungũt alios ex nũo paucoꝝ. Qñqꝫ v̊o ſibi plebẽ uẽdicãt quam aliquando nobilitas colit ex eo ꝙ per ipſaꝫ fiat electio magiſtratus ⁊ iudicia decernent᷑.

¶ Mutat᷑ etiã cuꝫ gubernatio paucoꝝ ad pauciores reducit᷑: eiecti enim populũ in ſui auxilium adhibent.

¶ Inſup fiunt mutationes in gubernatione paucoꝝ qñ ꝓdigal'r viuẽtes per luxuriã patrimoniũ ꝯſumpſerũt. Optant enĩ res nouas huiuſmodi homines ⁊ affectãt uel ſibiipſis uel alteri tyrannidem. Aut ſi non poſſunt furtis reſp. expellant.

¶ Si v̊o concors ſit paucoꝝ gubernatio ac ad ſubditos recte ſe habeat: nõ facile ex ſeipſa interit.

¶ Mutatur aliquando in aliam paucoꝝ gubernationẽ quando pauci nimis regunt. Excluſi enim ad maiorẽ diuitum numerum cõmota ſeditione reducunt.

¶ Gubernatio paucorum mutatur in bello eo ꝙ uel populo diffidentes conducunt militem ⁊ illi: aut vnum preficiunt qui tyrannos inuadit aut plures. Et illi potentiam ſibiipſis accipiunt: uel formidãtes hoc modo in alienas manus incidere populuꝫ ad reip. cõmunionem recipiunt.

¶ Fit etiam mutatio potentie paucoruꝫ tempore pacis propter diffidentiam quam inter ſe habent potentes: ſic enim ad ſuam cuſtodiam conducunt milites. Preficiuntqꝫ illis virum aliquem qui ad neutram partem magis inclinare videatur: ac iſte ſepe fit dominus utriuſqꝫ partis.

¶ Oriuntur etiaꝫ ſeditiones propter concertationes factas ⁊ iniurias illatas: aut ex nuptijs aut ex iniurijs.

¶ Diſſoluuntur etiam paucorum gubernationes ob nimiã dominationem: quia videlicet ſubditis quaſi ſeruis utuntur.

¶ Fiunt etiam caſu huiuſmodi mutationes ut cuꝫ a tanto cenſu ſumuntur dũtaxat ad Magiſtratus. Mediocres etiam ciues ⁊ fere omnes fertilitate aliqua ſuperueniente uel per pacem: uel alias cauſas eundem cẽſuꝫ attingunt: itaqꝫ omnes efficiuntur habiles ad cũctos reip. gradus dignitateſqꝫ ſuſcipiendas: qḋ interduꝫ fit latenter: interdum celerius.

¶ De cauſis mutationis ſtatus optimatum.

¶ In optimatibꝰ aũt ſeditiones fiunt ex eo ꝙ pauci ſunt honoꝝ ꝑticipes que interdum fiunt a multitudine q̃ſi ſimiles exiſtãt ſ̃m virtutem: interdum ab aliq̄bus qui nihilo inferiores ſunt virtute ꝙ̃ illi qui honores capiunt. interdum ab vno ꝙ̃ cuꝫ ſit vir fortis ⁊ magni animi nõ eſt ꝑticeps honoris. Interdũ cuꝫ alij nimia paupertate opprimunt᷑ belli cã. alij diuitijs abũdãt. Interdum v̊o cũ aliq̄s magnus ⁊ potens etiã maior fieri audet ac ſolus dominari uellet.

¶ De mutatione Reip. ⁊ Optimatis ſimũl.

¶ Reſp. v̊o ⁊ optimatũ gubernationes ꝓpter tranſgreſſioneꝫ iuſtitie que in hoc ꝯſiſtit ꝙ ſint bene temꝑate ac ꝑmixte reſp. q̄deꝫ ex populari gubernatione ⁊ paucoꝝ optimates v̊o ex eiſdem ſimul atqꝫ v̊tute. fit ergo trãſgreſſio iuſtitie cum ad vnam uel ad alteram nimis declinant.

¶ Cum tñ plus ad paucoꝝ potentiam declinat optimates dicitur: in qua etiam pauci dominant᷑. Cum v̊o ad populares reſp. Et ob id diuturnior eſſe põt ꝙ̃ optimates. Fortior enim eſt cum ad multitudinem declinat: ac inſuper magis acquieſcunt omnes equalitateꝫ habentes.

¶ Trãſmutant᷑ aũt ⁊ optimates ⁊ reſpu. in eas in quas magis inclinant:ut optimates ad paucoꝝ potentiā:⁊ reſp.ad populū:qn̄qꝫ tn̄ ꝯ̄riuꝫ accidit.cuꝫ eniꝫ optimatuꝫ gubernatio nimiā ad paucoꝝ potentiā deducta fuerit inopes iniuriā patiētes incontrarium trahunt ⁊ contrariam efficiunt.Cum vͦo reſp.nimis in popularē inclinauerit oppreſſi diuites ad paucorum potentiaꝫ reſp.tranſmutatur.

¶Latent autem diſſolutiones ⁊ optimatis ⁊ aliarū Rerumpublicarum : cum paulatim fiunt parum aliquid ſubtrahendo ex neglectu quouſqꝫ tota reip.forma moueatur.

¶Deniqꝫ cuncte reſp.aut per ſeipſas diſſoluuntur : aut per externam cauſam.

¶De ſalute Rerumpublicarum.

¶Seruantur autē reſpublice que laudabiliter permixte ac temperate ſint ſi diligēter illud obſeruetur maximeqꝫ ab eo caueatur qͦd paulatim repit.quia latet corruptio que non tota ſimul fit ⁊ mens decipitur quaſi ſophiſtica oratione:qͦd ſi vnumquodqꝫ puſilluꝫ eſt ꝙ omnia ſimul puſille ſint:licet enim omnia puſilla ſint diuiſim tamen compoſita ex puſillis multa ſunt.

¶Illud ſalutis principium eſt non confidere adulatoribus ⁊ ambientibus populum qui multa fingunt.

¶Illud recte ſe habere eos qui gubernant tam erga eos qui ſunt extra rempublicam q̄ꝫ erga eos qui in eius gubernatione uerſantur:erga eos qui ſunt extra non afficiendo iniurijs:non deprimendo cupidos honoris:non fraudando multitudineꝫ ſuis commodis:recipiēdoqꝫ preſtantiores ipſorum ad participationem Reipublice.Erga illos vͦo qui ſocij in gubernanda republica ſunt humane inuicem ac populariter ſe gerendo.

¶Etſi plures ſint in gubernatiōe Reipublice utilia ſūt multa īſtituta popularia:ceu ſemeſtre eſſe magiſtratus ſic enim omnes qui ſimiles ſunt adipiſci ualent magiſtratus:deinde paucoruꝫ gubernationes ⁊ optimates minus incidunt in potentes.non enim ſic poſſunt machinare ⁊ Tyranni euadere in paruo tempore ſicut in magno.

¶Eſt ⁊ aliud obſeruandum ut formidines quaſdam parent ut nocturnas cuſtodias ⁊ fingere maluꝫ ⁊ qͦd longe abeſt eſſe propinquum.

¶Auferende ſunt etiam contentiones nobilium per leges ⁊ illas ꝓ̄cauere opꝫ ne ꝑ eas diſſoluāt reſpublica.

¶Item conferendum eſt preſens tempus ad preteritum in quo īſtituta fuit ciuitas ut ſi ab eo ordine in quo inſtituta ſit nimius exceſſus factus ſit remittatur:ſi defectus intendatur ne contingat eam in aliam rempublicam tranſmutari.

¶Inſuper in omni republica non eſt aliquis extollendus ſupra modum:ſed magis prebendi ſunt parui honores longi temporis q̄ꝫ confeſtim magni qui cito corrumpuntur.non enim eſt cuiqꝫ hominis proſperitateꝫ ferre:ſi tamen accumulat dati ſint honores alicui non ſunt ſimul omnes auferendi ſed paulatim . Maxime vͦo conducit lege ita prouidere:ut nullius ſit exceſſiua potentia:neqꝫ pecuniarum:neqꝫ amicoruꝫ:quod ſi ita contingat per abſentiam remouende ſunt huiuſmodi hominum clientele.

¶Conſtituendus inſuper eſt Magiſtratus quidam qui ſit quaſi in ſpecula ad mores ciuium intuendos : neqꝫ ita viuit ut reipublice nocere poſſit.in populari quidē ſtatu ne aliene viuat a popularitate.In paucorum autem potentia ne aliene a natura eius gubernationis.Eodemqꝫ modo ⁊ de alijs ſpeciebus rerumpublicaꝝ:⁊ ſic in ludis conſtituendis contrarijs partibus committere ⁊ eas commiſcere ſicut preſtantes viros multitudini ⁊ diuites pauperibus aut medios adiūgere:ſic enim inuicem ſe tēperabunt ⁊ diſſoluent ſeditiones.

¶Conſtituendum eſt autem legibus ne ex Magiſtratibus lucra proueniant:⁊ maxime in paucorum gubernatione.Leuius enim ferunt populi qui ab honoribꝰ excluduntur:quinimmo gaudēt quod ſua agere non impediantur.Sed ſi lucrentur ex magiſtratibus : duplicem capiunt moleſtiam : ⁊ ꝙ ab honore excluduntur:⁊ a lucro.Prorſus hoc modo popularis ſtatus ⁊ optimatum ſimul exiſtere poterunt.licebit enim omnibus Rebuſpublicis bonis participare:quod populare eſt.poterunt vͦo Magiſtratus a nobilioribus teneri quod optimatum eſt.

¶At ne forte pecunias publicas ſurripiāt dabuntur in conſpectu ciuium ⁊ deputentur deſcripte per ſocietates ⁊ ordines ⁊ tribus.

¶Ut vͦo Magiſtratus ſint abſqꝫ lucro neqꝫ id moleſti ferant ſtatuendi ſunt honores his qui optime ſe geſſerunt.

¶De ſalute popularis ſtatus ⁊ ſingulariter.

¶Pro ſalute autem popularis ſtatus oportet maiores poſſeſſiones ⁊ uberiores fructus diuitibus dimittere ne ſi ſua eis auferantur ſeditionem concitent:prohibere auteꝫ ne quis ſumptus magnos faciat ⁊ nullius utilitatis:ceu choreas ⁊ ludos ⁊ alia huiuſmodi.

¶De ſalute potentie paucorum.

¶Pro ſalute vͦo potentie paucorum ſuſcipienda eſt ab eis cura pauperum ⁊ tradenda officia eis quibus ſalaria ſunt conſtituta:⁊ ſiquis diuitum eos contumelia affecerit maior pena eſt conſtituenda q̄ꝫ ſi inter ſe ideꝫ feciſſent.⁊ cetera facienda per que equales magis reddantur facultates:⁊ egenorum permulti ad abundantiam traducātur.Deniqꝫ ⁊ in populari ſtatu ⁊ in paucorum gubernatione uel equaliter uel plus tribuendū eſt his qui minus participant Republica:exceptis tamen his magiſtratibus in qbꝰ ius auctoritaſqꝫ ꝯſiſtit.

¶De ſalute gubernatorum Rerump.

¶Tria autem debent habere qui principales Magiſtratus gerunt.Primum ut ament preſentem ciuitatis ſtatum.eſt enim ſtatus ei qui principatur uelut finis.appetitus autem finis ⁊ amor eſt principium in agibilibus.Deinde oportet ut habeat potentiam maximam ad ea exequenda que magiſtratus requirit.Cum eniꝫ quidam ſubiecti non ſint bene ſuaſibiles ratione:eos coherceri opus eſt:quod abſqꝫ magna potētia fieri nequit.Tertiū eſt ut habeat virtutem ⁊ iuſtitiam in vnaquaqꝫ republica ut ſic ⁊ per rectum appetitum : qui ſit per virtutem moralem:⁊ per iuſtitiam diſtribuat vnicuiqꝫ ſm̄ ꝙ expedit ipſius reip.ſaluti.

¶Si autem hec omnia non concurrunt in eodem ſed in diuerſis diuerſa:eius facienda eſt electio in quo reperitur id cuius minus participant omnes ⁊ qͦd magis ad finem reipublice conducit.

¶Neqꝫ tamen putandum eſt potentiam ⁊ amorem ſufficere ſi deſit virtus:nō enim aliter contingit huiuſmodi viris q̄ꝫ intemperatis qui licet ſcientes ſint ⁊ amantes ſeipſos:non tamen ſibiipſis obtemperant.

¶Maximum autem fundamentum eſt pro ſalute reipublice obſeruare ut potentior ſit ea pars que Remp.ſaluam eam uelit q̄ꝫ illa qui nolit.

¶Inſuper diligenter obſeruandum eſt ne reſp.tranſgrediantur medium . ſic enim continget ut deſinant eſſe reſp.ſi nimium quis ad popularitatem deducat aut cōtrariam rempublicam:ſicut ⁊ ſiquis nimis ad aquilinum uel ſimum naſum trahat ita diſponet ut non naſus appareat propter excellentiam aut defectum contrariorum.

¶Maximum autem omnium ad Reipublice ſalutem eſt erudiri ad Reipublice diſciplinam ⁊ in illa exercerī:conſuetudine enim ad beniuolentiam reip.adducimur.beniuolentia autem ſeruantur Reſp.

¶Prauum auteꝫ eſt in populari ſtatu vnūquēqꝫ viuere ut vult. non enim putanduꝫ eſt eſſe ſeruitutē viuere ad formam reipublice ſed ſalutem atqꝫ id magis liberum eſt: ſic enim agimus ſm rationem ⁊ ſic gratia ſui: cum homo potiſſime dicetur ſm intellectum.

¶ Cōmunia quedam de regia poteſtate ⁊ tyrānide.

¶ Regia poteſtas reperta eſt pro tutela preſtātiuꝫ viroꝝ contra populum: ⁊ fit Rex ex preſtātibus uel propter excellentiam virtutis ⁊ rerū preclare geſtaruꝫ: uel propter beneficia collata: uel excellentiam generis: uel ꝓpter iſta ſimul ⁊ potentiam. Tyrānis vͦo originem habet a populo cōtra nobilitatem: vnde utplurimuꝫ fiūt ex ducibus populoruꝫ: quandoqꝫ ex regibus tranſgredientibus patrie iura ⁊ affectantibus magis dominari: qn̄qꝫ ex electis ad ꝑncipales magiſtratus: aut ex paucoꝝ potētia eligētiū vnū aliquē ad maxios magr̄atꝰ.

¶ Rex autem ⁊ tyrānus ita differūt: quia Rex vult eſſe cuſtos: tyrannus aūt ad nullam cōmunem reſpicit utilitatem. Item obiectum tyranni eſt ꝙ placeat: Regis qͦd honeſtuꝫ ſit. Itē tyrānus hēt pecunias: Rex honores. Itē cuſtodia regis ē a ciuibꝰ ſuis: tyrāni a ꝑegrinis.

¶ Tyrannis continet mala Paucoruꝫ potentie: ſcilicet habere diuitias conductos retinere cuſtodes populo in nulla parte confidere: arma ciuibus adimere: multitudinem conculcare ex urbe pellere: uacuam habitatoribus ciuitatem reddere.

¶ Tyrannis continet mala popularis gubernationis uexare nobilitatem: clam euertere: in exiliū pellere: ⁊ eminentiores ciuium de medio tollere.

¶ De corruptione Monarchie.

¶ Corrumpuntur autem Monarchie propter contumeliam quā inferunt monarche. tum afficiendo perſonaꝫ contumelia. tum ſubtrahendo res. Inſurgitur autem quandoqꝫ in corpus dominantis: cum per contumeliam adducuntur homines quandoqꝫ in dominationem cum ex alijs cauſis.

¶ Similiter ꝓpter metum adducuntur aliqui contra regem: metuentes. ſ. calumnias ⁊ ſupplicium.

¶ Interdum vͦo propter contemptum audent in tyrannum inſurgere: ⁊ hoc maxime amicis contingit ob fidem eis adhibitam: ⁊ potentes enim ⁊ contemnentes clam moliunt inſidias. Maxime vͦo propter hanc cauſam inſurgunt hi qui ſunt natura ſuperbi: ⁊ honorem habent ex rebus bellicis apud dominantes.

¶ Quidam tamen non ob eam cauſam tyrannos inuadunt ut arripiant que in tyrannis conſpiciunt: ſed ut re geſta memorabili atqꝫ egregia famā ac celebritatem nominis conſequantur: ſunt tamen perpauci: his eniꝫ cōſtituendum eſt non eſſe ſibi viuendum.

¶ De corruptione tyrannidis ſimpliciter.

¶ Corrumpuntur autem tyrannides ab extrinſeca cauſa ſi aliqua ſit contraria reſp. robuſtior: ſicut popularis tyrannidi per accidens: ⁊ Optimatum gubernatio regie poteſtati.

¶ Alio modo corrumpitur cum in ſeipſis ſeditionem habent qͦd maxime fit a domeſticis ac neceſſarijs.

¶ Due autem ſunt cauſe propter quas maxime in tyrānos inſurgimus: odium. ſ. ⁊ cōtemptus: ſed odiuꝫ magis in Tyrannos exiſtit: eo ꝙ nolentibus ⁊ melioribꝰ dominentur.

¶ Ex ira quoqꝫ inuadunt homines tyrannum uehementius q̄ꝫ odio: ſed odio magis. Cum enim ira ſit cum dolore ratione non utitur: odium auteꝫ abſqꝫ dolore eſt. Deniqꝫ tot ſunt cauſe corruptionis tyrannidis quot diximus eſſe poſtreme illius paucorum potentie ⁊ extreme gubernationis popularis.

¶ De corruptione regni in ſpeciali.

¶ Regnum autem ab his qui extra ſunt minime corrūpitur eo qͦd uolentibus ⁊ bonis dominetur Rex. Corrumpitur autem duobus modis ex ſeipſo: aut quia ſeditio oritur inter participes regni: aut quia tyrannice gubernare incipit.

¶ Non fiunt amplius regna ſed tyrannides: quia regnū ſpontanea gubernatio eſt ac meliorum: ſed plurimi pares ſunt atqꝫ ex eo fit ut regi ſponte nō pareant: ꝙ ſi vi dominetur iam tyrannus eſt.

¶ Regna autem in quibus ſucceditur per genus diſſoluuntur eo ꝙ plerūqꝫ contemnēdi homines ſuccedunt ac propterea facilis eſt eorum deiectio.

¶ De ſalute regni.

¶ Saluantur autē regna ex contrarijs ⁊ ſingulariter per deductionem eorum ad mediocrem moduꝫ: quāto eni magis reſtringitur poteſtas omnis: tanto maiori tēpore neceſſe eſt eam durare: nam ⁊ ipſi qui regunt minus ſuperbiunt: magiſqꝫ moderati fiunt: ⁊ illi qui regūtur inuident minus.

¶ Retinere autem tyranni dominationem ſi potentiores decertant de ſalute tyrannidis ſapientes perimēt: comeſſationes: ſodalitates: diſciplinaſqꝫ prohibeant. ⁊ neqꝫ ſcholas: neqꝫ conuentus aliquos ſcholaſticos fieri concedant: ⁊ omnia caueant ex quibus conſueuerit oriri inter ciues itelligētia ⁊ fides: ⁊ omnia faciant ex quibus ciues inter ſe q̄ꝫ maxime incogniti ſint. Cognitio enim fidem generat inter ipſos.

¶ Item debent per exploratores quecūqꝫ ſubditi dicūt aut faciunt ſcire: ſic eni minus audent nec poſſunt calumniari: atqꝫ ita agere ut aſſueſcant animum ſubmittere per ſeruitutem continuam: atqꝫ etiaꝫ ut ſubditi ſibiinuicem crimina imponant ⁊ ſe perturbent.

¶ Iteꝫ debent ſubditos ad paupertatē redigere per ſumptus ⁊ tributa ⁊ quotidianas moleſtias.

¶ Tyranni etiā eſt amicis ⁊ familiaribus diffidere: nec amare conſuetudinem eorum qui honeſtati uel libertati ſtudent: peregrinos etiam in conuiuia ⁊ familiarē uſum magis recipere q̄ꝫ ciues. habet enim illos quaſi hoſtes: hos vͦo non aduerſantes.

¶ Poſtremo tria coniectat tyrannus pro dominatione retinenda. Unum ut animos iminuat ciuium. Nemo enim parui animi contra tyrannum inſurgit. Secundum ut ciues inter ſe diſſidentes reddat. Nō euertitur enim tyrannus niſi ciuium aliqui inter ſe fidē habeant. Tertiū ut impotentes reddat ciues. Nemo eni ſibi impoſſibilia aggreditur.

¶ Alter modus eſt conſeruandi Tyrannidem eam referre magis ad regiam gubernationeꝫ: retenta tamen potentia per quam poſſit nolentibus dominari. Que vͦo regia ſunt partim facere ꝑtim optime ſimulare. Debet autem primum videri habere curas cōmunium cōmodorum: ⁊ non effundere largitiones tantas ut ciues moleſte ferant.

¶ Deinde non videri aſper ſed grauis: ut nō timeant eū ſed reuereantur: ⁊ ſaltem curare ut ciuili virtute ꝑſtet aut ſaltem facere hanc opinionem de ſe.

¶ Inſuper videri debet nulli protinus ciuium contumelias facere: ⁊ non ſolum ipſum ſed etiam neminē ipſorum qui circa eum ſunt. Eodemqꝫ modo ſe habere mulieres ſuas erga ceteras mulieres: nam ⁊ per contumelias mulierum permulte iam tyrānides perierunt.

¶ Amplius immoderatas uoluptates corporis fugere debet aut ſalteꝫ videri illas fugere. non enim faciliter inuadi poteſt: nec faciliter cōtemni qui ſobrius ſit ſed qui ebrius: neqꝫ qui vigilat ſed dormiens.

¶ Corroboranda eſt etiam ⁊ ornanda ciuitas ab eo tanq̄ꝫ a curatore.

¶ Oportet etiam erga religionem affici uehementer: ſic enim exiſtimabunt populi cuꝫ religioni deditus ſit ac deum timeat quod nihil contra iuſtitiam faciat. Item minus contra illum audebunt inſurgere quaſi deum habeat propitium ⁊ fauentem.

¶Debet inſup honorare eos viros qui in aliqua re laudabiliter ſe geſſerint: ſic enim libertati non afficientur exiſtimantes non potuiſſe vnq̄ꝫ ſe magis honorari a ciuibus ſuis in libertate degentibus.

¶Obſeruare debet tyrānus ut honores ipſemet tribuat: penas v̊o ⁊ aiaduerſiones per alios infligat: videlicet per magiſtratus ⁊ iudicia: ita enim cōparabit ſibi beniuolentiam abſqꝫ odio.

¶Cōmunis v̊o cuſtodia oīs dn̄ationis vnū eſt: nemineꝫ vnum pre ceteris magnum facere ſed plures: nam ſeipſos cuſtodient. Si quem tamē vnū extollere oporteat cauendum eſt ne is ſit qui moribus ſit audax: nam huiuſmodi homines aptiſſimi ſunt ad inuadendum.

¶Inſuper ab omni cōtumelia abſtinere debet: precipue tamen a duabus in corpus flagris agere: ⁊ in etatem libidine: ⁊ maxime in illis cauendum qui honoreꝫ magnifaciunt: illatam enim iniuriam in honorem nō modo qui honorem magnifaciunt ſed etiaꝫ qui boni ſunt viri permoleſte patiunt̄. Unde ⁊ animaduerſiones in huiuſmodi viros ſine contumelia ſunt faciende: ⁊ quicquid dedecoris illatum eſt impenſione maioruꝫ honorum eſt redimendum.

¶Cauendi ſunt etiam illi a tyranno qui ita ſunt diſpoſiti ut amplius viuere nō curēt: ⁊ hi permaxime qui uel ſeipſos aut eos quos habebant chariſſimos contumelia affectos putent: qui enim per indignationem ⁊ iraꝫ aggrediuntur ſine ulla cura proprie ſalutis irruunt.

¶Cum v̊o ciuitas ex duabus conſtet partibus: ex inopibus videlicet ⁊ opulentis: maxime quidem de utriuſqꝫ partis ſalute cogitare debet: ⁊ ex illis meliores aſſumere ad gubernationem: ſic enim fiet ut ſi vna pars inſurgere uelit contra tyrannuꝫ: altera pars tyranni potentie adiuncta ſufficiens ſit ad ſuperandum eam.

¶Deniqꝫ debet tyrānus eē tanq̄ꝫ paterfamilias ⁊ Rex aut putari: ⁊ egregios viros per familiaritatem ſibi cōiungere: plebem v̊o ac multitudinem per gratiam ⁊ fauorem in obſequio retinere: ⁊ inſuper moribus talis eſſe debet ut uel recte ſe habeat ad virtutem uel ſemibonus quidem ſit: uel ut recte ſe habeat ⁊ non malus: ſed ſemimalus.

¶De breuiſſimis gubernationibus.

¶Atqui omnium gubernationuꝫ breuiſſime eſſe ſolent Paucorum potentia ⁊ Tyrannis, plus enim diſtant ab optima Repu. que per ſe magis durare pōt. Sique tamen longioris durationis fuerunt: cauſa fuit ꝙ mediocritate quadam erga ſubditos utebantur: multiſqꝫ legibus ſeruientes agebant ⁊ qui regebat contemnendus non habebatur.

¶De mutatione Reipublice quaꝫ Plato poſuit.

¶Plato autem nō recte dixit de mutatione Reip. que optima eſt: nullam eniꝫ ꝓpriā rōnem aſſignauit ſed cōmunem: qꝛ ſic natura comparatū ſit ut nihil ꝑmaneat: ſed in ambitu quodam tēporis mutationem recipiat.

¶Non recte etiam dixit tranſmutari in ꝓximam: cum in contrariam ⁊ diſtantē quādoqꝫ fiat mutatio: ceu ex populari in paucorum potentiam.

¶Nihil ēt de tyrānidis mutatiōe dixit aut dicē potuit.

¶Abſurdū etiā fuit putare trāſitū fieri in paucoꝝ potētiā: eo ꝙ hoīes cupidi ⁊ pecuniaꝝ ſtudioſi in magiſtratibus uerſent̄: cū potius ſic ex eo ꝙ ſupabūdātes in diuitijs nō exiſtimēt iuſtū paupes par hr̄e cū eis atqꝫ etiā in multis paucoꝝ potētijs leges ꝓhibēt pecunias querere: ⁊ apud Carthaginē que populariter gubernabat̄ pecunijs ſtubebāt: nec tn̄ adhuc erat mutata. Itē nullo facto pauperiore paucoꝝ potētia trāſmutat̄ in populare: ⁊ nullo facto ditiore popularis in paucoꝝ trāſfert̄: diuitie ĝ ⁊ pauptas nō ſunt cā hꝰ' trāſmutatiōis.

¶Tacuit etiam Plato cauſas mutationis: cuꝫ eniꝫ multe ſint vnam ſolam dixit. Finis.

¶Politicorum Ariſtotelis liber ſextus.

q Uot igit̄ ſunt differētie ⁊ q̄les eiꝰ qd̄ deliberādi hēt ꝑtātem ⁊ in quo ſūma reip. cōſiſtit ⁊ circa magiſtratuū ordinationeꝫ: ⁊ q̄lia ad qualē ordinent̄ rēp. ⁊ preterea de corruptionibꝰ ⁊ ꝯſeruationibꝰ rerūp. ex qbꝰ ꝓueniant: ⁊ quas ob cauſas dictum eſt prius.

¶Poſtq̄ꝫ phus determinauit de principijs ⁊ cauſis corrumpētibꝰ ⁊ ſaluantibꝰ reſp. ⁊ in vniuerſali ⁊ in particulari: intēdit nūc oſtēdere ex qbus ⁊ quō ſunt iſtituēde: ⁊ primo declarat ex quibus ⁊ quō inſtituende ſunt reſp. tranſgreſſe. ⁊ in ſecunda parte ex quibꝰ ⁊ quomodo Reſp. optima ⁊ recta in principio. 7. ibi ⌊ De optima rep. ⌋ Reſp. autē trāſgreſſe erant tres. Paucoruꝫ: Popularis ⁊ tyrannis: inter quas Tyrannis peſſima eſt: nec alteri expedit ſimpliciter: qꝛ nihil malignitatis ei deficit: ſicut dicebatur in quinto. Et ideo de ipſa nō determinat ex quibus ⁊ quomodo ſit inſtituenda. Unde tn̄ in iſto ſexto intendit determinare q̄liter alie due ſint inſtituende: ⁊ diuiditur in duas: quoniam in prima parte premittit intentionem ſuam ⁊ ordinem conſiderandi. In ſcd̄a cum dicit ⌊ Propoſitum igitur. ⌋ Proſequitur. Circa primum duo facit: quoniam primo dat intentionem ſuam. Secundo dat ordinem cōſiderandi cū dicit ⌊ Et ꝑmo de populari. ⌋ Circa primum duo facit. Primo enim continuans ſe quedā dicta recolligendo dat intentionem ſuam in vniuerſali. Scd̄o cum dicit ⌊ Qualis igitur popularis. ⌋ In particulari. Circa ꝑmuꝫ duo facit. Primo recolligit quedam determinata prius. Secundo cum dicit ⌊ Sꝫ cū plures ſint. ⌋ Tangit que reſtāt ꝯſiderāda in vniuerſali. In prima dicit. In precedentibus: puta in fine. 5. huius determinatum eſt que ⁊ quot ſpecies ſunt differentie eius qd̄ conſiliatur in rep. ⁊ etiaꝫ eius qd̄ dominatur ſimpliciter: ⁊ etiam ipſorum principantiuꝫ vniuerſaliter: ⁊ etiam iudiciorum qui reddunt ſententias de diſceptantibus. Iterum etiam dictum eſt que iſtarum cui reſp. conueniunt principaliter: quia nō omnia omnibus competunt. Iterum etiam dictum eſt ex quibus ⁊ qualibus cauſis ⁊ principijs ⁊ quomodo ſe habentibus contingit ſaluari ⁊ corrumpi reſp. ⁊ in vniuerſali ⁊ in particulari. Deinde cum dicit.

¶Sꝫ cū plr̄es ſint ſpēs poplr̄aris ⁊ ſilr̄ aliarū gubernationū: de illis ſiqd reſtat nō peius fuerit ꝯſiderare ac ſil̄r vnicuiqꝫ eaꝝ ꝓpriū ⁊ ꝯuenietē modū reddere: ac ꝑterea ꝯſiderare ꝯiunctiōes ſil̄r ipſoꝝ modoꝝ.

¶Tangit in vniuerſali quedam que reſtant conſideranda: ⁊ diuiditur in duas. In prima tangit illa. In ſecunda reddit cauſam cuiuſdam dicti cū dicit ⌊ Nam eorū. ⌋ In prima dicit ꝙ quia plures ſunt ſpecies reip. ſicut dictum eſt prius: puta popularis ⁊ paucorum: ⁊ ſic de alijs. Adhuc etiaꝫ plures ſunt ſpēs popularis ⁊ plures etiam aliarum Rerump. de quibus aliqua conſiderata ſunt prius ſi aliquid remanſerit de illis nō cōſideratum ⁊ non declaratum: ⁊ quod minus expediēs eſt cognoſcere: conſideranduꝫ eſt nunc de illo: puta de inſtitutione ſm̄ vnamquāqꝫ ſpeciem. Iterum conſiderandus eſt modus qui congruit vnicuiqꝫ illarum: ⁊ cōfert ad conſecutionem finis vniuſcuiuſqꝫ: adhuc auteꝫ ⁊ commixtiones modoꝝ Rerūp. Deinde cū dicit.

¶ Nã eoꝝ ꝯiunctio parit rerũp. uarietaté: ut ⁊ optimatũ gubernationes ad paucoꝝ declinãt potẽtiã: ⁊ reſpub. magis populares exiſtãt. Dico aũt ꝯiunctiones quas cõſiderare opꝫ: ⁊ nũcuſqꝫ ꝯſiderate nõ ſunt ceu ſi pars illa que in deliberãdo uerſatꝛ: ⁊ ea que circa electiones Magiſtratuuꝫ ita inſtituta ſit: ut ꝯferat paucoꝝ potentie. Et circa deliberãdũ illo modo. circa electiones vͦo ad optimatuꝫ gubernationẽ magis declinet uel per aliũ quẽdã moduꝫ nõ oĩa inſtituta ſunt reipublice congruentia.

¶ Reddit cauſam cuiuſdaꝫ dicti immediate. Ad cuius intellectum ſciendum ꝙ ſunt quedaꝫ partes materiales in habentibus mãm que non pertinent ad ſpeciem ſicut aurum uel cuprum non pertinent ad ſpeciem circuli. Alia autem ſunt que pertinẽt ad ipſam: ſicut carnes ⁊ oſſa ad ſpeciem aĩalis uel hoĩs: ⁊ qꝛ tales partes ad ſpeciem pertinent: ideo ſm diuerſitatem iſtarum accidit diuerſificari ſpeciem: ſicut in rep. ſunt quedã partes pertinentes ad rẽpublicam ſicut iſte homo uel ille: uel hoc officium uel illud: quedam autem ſm ſpeciem ſicut principans ⁊ conſiliatiuuꝫ iudiciuꝫ: ⁊ ſic de alijs: ⁊ ideo ſm diſtinctionem iſtorum diuerſificantur Reſpublice. Contingit autem cõmixtiones uel combinationes iſtarum fieri: puta ꝙ accipiatur conſiliatiuum vnius ⁊ iudicium alterius ⁊ ſic de alijs: ⁊ ſm hoc contingit diuerſimode miſceri reſpublicas. Et hoc eſt qꝺ ipſe dicit: ꝙ conſiderande ſunt combinationes partium pertinentium ad ſpeciem diuerſarũ rerump. Iſte enim partes diuerſimode combinate faciunt diuerſitatem rerump. ita ꝙ ille que ſunt optimatuꝫ ſm aliquid videntur eſſe paucorum: ſm aliquid quidem ⁊ ille que ſunt reſp. ſm aliquid videantur populares ſm aliud. Dico auteꝫ exponendo predictas combinationes que reſtant conſiderãde ⁊ ab alijs ſunt obmiſſe: ut ſi in aliqua rep. uel in aliqua ciuitate conſilium ⁊ ea que pertinent ad electionem principum accipiantur ex paucorum ſtatu. ea vͦo ad electionem pertinent ex optimatũ aut ſm aliquem alium modum talem quo nunc accipianꝛ omnia que conueniunt vni reip. ex proprijs eius ſed ex his que ueniunt alijs uel alij. Secũdũ eni diuerſitatem iſtorum conuenit diuerſimode miſceri Reſp. Deinde cum dicit.

¶ Qualis igitur popularis quali cõgruat ciuitati ⁊ qualis paucoꝝ potẽtia quali multitudini ⁊ aliaꝝ gubernationũ que quibus conferant dictum eſt prius.

¶ In ſpeciali magis dat intentionem: ⁊ p̄mo recolligit iteruꝫ que determinata p̄us. Scd̄o cum dicit [Verũtamẽ.] Declarat que reſtant determinãda nũc in ſpãli. Primo igiꝛ dicit ꝙ in precedentibus: puta in quarto dictuꝫ eſt qualis ſpẽs ſtatus popularis quali multitudini ꝯueniat: ⁊ qualis ſpecies paucoꝝ quali multitudini inſigniũ ꝯueniat. ⁊ ſimiliter de reliqs rebuſp. dictum eſt que cui uel qualibus ꝯueniat. nõ eni quelibet cuilibet expedit: ſicut nec quodlibet genus fiſtule cuilibet fiſtulatori: ſed determinatum determinato. Deinde cum dicit.

¶ Verũtñ oportet fieri manifeſtũ nõ ſoluꝫ quenam iſtarum gubernationum optima ſit ciuitatibus: ſed etiã quomodo cõſtituẽde ſint ⁊ iſte ⁊ alie breuiter eſt explicandũ.

¶ Tangit que ſunt ꝯſiderãda nunc dicẽs ꝙ quãuis iſta ꝯſiderata ſint: tñ opꝫ manifeſtari non ſolũ qualis reſp. cui multitudini ꝯueniat: ſed etiã qualiter ⁊ ex qbus ⁊ quõ vnaqueqꝫ illaꝝ ſit inſtituẽda: ⁊ ideo de hac pertractandũ eſt nũc breuiter. Cõſequẽter cũ dicit.

¶ Et primo de populari dicemus: Nam per hanc etiam de contraria illius gubernatione patebit. Hec eſt autem quam uocant quidam paucorum potentiam.

¶ Dat ordinẽ ꝯſiderãdi: ⁊ diuidiꝛ: quoniaꝫ p̄mo tãgit ꝙ de populari ſtatu p̄mo eſt ꝯſiderãdũ. Scd̄o cum dic̃ [Capiẽda.] Oſtẽdit quo ordine ſit cõſiderãdũ de ea. In p̄ma dicit ꝙ p̄mo ꝯſiderãduꝫ eſt ex qbus ⁊ quõ inſtituendus ſit popularis ſtatus. Simul eni quãtuꝫ ad vnitatẽ tractatus ꝯſequẽter manifeſtũ erit de rep. que oppponiꝛ illi quã uocãt paucoꝝ potẽtiã. Poſt autẽ in ſequẽti tractatu dicemꝰ de optima. Deinde cũ dic̃.

¶ Capienda ſunt auteꝫ ad hanc diſciplinã cuncta popularia: ⁊ que videntur popularium eſſe ſequentia.

¶ Tãgit ordinem ꝯſiderandi de populari ſtatu: qꝺ facit primo. Secundo cuꝫ dicit [Ex his enim.] Aſſignat rõneꝫ ordinis. In prima dicit ꝙ in ꝯſiderãdo ex quibꝰ ⁊ qualibus inſtituenda eſt reſp. accipiẽda ſunt illa que ſunt ſicut principia ⁊ Jpotheſes ⁊ oĩa que aſſequuntur ſicut ꝓprietates uel accidẽtia ipſi. deinde determinanduꝫ eſt ex qbꝰ ⁊ qualibꝰ inſtituaꝛ. Deinde cũ dicit.

¶ Ex his enim ſimul poſitis reſultant ſpecies gubernatiõis popularis: ⁊ plures eſſe eas q̃ꝫ vnam ⁊ differentes cõtinget. Due ſunt cauſe per quas plures exiſtunt populares. Primum illa que dicta fuit: quia inter populos differentia eſt: ſunt enim alij agricole: alij opifices: alij miniſtri. quoruꝫ primi a ſecundis ⁊ tertij ab utriſqꝫ non in eo modo differunt ꝙ melior aut deterior popularis ſtatus: uerũetiam in eo ꝙ non idem ſit. Secunda vͦo cauſa eſt de qua nunc dicimus. Que enim popularem ſtatum ſequuntur ac videntur eſſe propria ipſius coniuncta ſimul faciunt uarietateꝫ: nam alicui pauciora conſequẽtia ſunt: alicui plura: alicui omnia.

¶ Aſſignat rationem propoſiti ordinis: ⁊ diuiditur in duas ſm ꝙ duas rationes aſſignat: ⁊ incipit ſecunda ibi [Utile vͦo.] In prima dicit ꝙ bene dictũ eſt ꝙ prius conſiderandum eſt proprietates ⁊ accidentia popularis ſtatus: quoniam ex diuerſa compoſitione iſtoruꝫ contingit fieri plures modos popularis reip. differentes a ſeinuicem: ⁊ etiam ſpecies plures: propter enim duas cauſas contingit eſſe plures ſpecies ipſius: quarũ vna dicta eſt prius: ſcilicet diuerſitas multitudinis. Reſp. enim diuerſificantur ſm diuerſitateꝫ eius ꝙ p̄ncipatur in eis: multitudo autem in populari rep. principatur: ⁊ ideo ſm diuerſitatem multitudinis contingit eam diuerſificari: eſt enim quedã multitudo agricolarũ: alia aũt opificũ: ⁊ tertia miniſtroꝝ que mercedeꝫ accipit pro labore: in qbꝰ ſi agricolarũ multitudo accipiaꝛ cuꝫ ſecũda: puta cũ opificibꝰ ſeorſuꝫ: ⁊ iterũ tertia multitudo puta miniſtrorum cuꝫ duabus alijs ſeorſuꝫ facient populares ſtatus differentes non tamen ſm melius ⁊ deterius:ſed etiam ſm ſpēm:quoniaꝫ iſta cōbinatio ⁊ illa diuerſum ordinē multitudinis ad finem faciunt:⁊ diuerſitas multitudinis in ordine ad finem diuerſitatem inducit ſm ſpeciem popularis Reipu. Alia autem cauſa eſt de qua diximus nunc:quoniam in popularibus potentijs ſunt quedam Ipotheſes ⁊ accidentia propria diuerſa que diuerſimode compoſita diuerſas reſp. populares inducunt:puta ſi in aliqua accipiantur plura:in alia autem pauciora:in alia autē omnia:iſta enim diuerſificant eas ſicut apparebit conſequenter. Deinde cum dicit.

¶ Utile ꝟo hoꝝ ſingula cognoſcere ⁊ ad ꝯſtituenduꝫ qđ uelit qs ⁊ ad corrigēdum. Querūt enī qui rēp. inſtituūt cūcta que illi ꝓpria ⁊ ꝯueniētia ſint in vnū colligere ad ꝓpoſitū ſuū:ſed aberrāt dū hoc faciūt: ut ſupra dictū eſt a nobis:ubi de corruptionibus ⁊ ꝯſeruatiōibꝰ rerūp. tractauimꝰ. nūc aūt dignitates ⁊ mores q̄ flagitēt dicemꝰ.

¶ Aſſignat ſecundam rationem dicens ꝙ expediens eſt conſiderari principia ⁊ proprietates popularis ſtatus ad inſtituendam vnāquāqꝫ ſpeciem ipſius ad uotum: ⁊ ad hoc ut aliquis dirigatur in ea cognoſcere principia ⁊ ꝓprietates alicuius operabilis principiuꝫ eſt ad operandum illud ⁊ dirigendum in eo. illi aūt qui reſp. querunt inſtituere uolentes cōgregare omnia cōueniētia reip. ad inſtituenduꝫ vnāquāqꝫ peccant ſicut dictū eſt in q̄nto huius:ubi dictum eſt que ſunt ſaluantia ⁊ corrumpentia reſp. Quedā enim reſp. congregant omnia conuenientia ad propoſitum:quedam autem plura:quedā pauciora ſicut iam dictū eſt prius. Nunc autem conſequenter dicamus exigentias uel proprietates conuenientes ⁊ conſuetudines ⁊ ea que appetunt ſicut fines uel ea que ſunt ad fines.

pRopoſitū igit᷑ popularis reip. eſt libertas:hoc enī dicere ꝯſueuerunt quaſi in hanc ſolūmō rep. libertatem querentes. Ad hanc enim reſpicere dicunt omnem popularem ſtatum.

¶ Poſtq̃ꝫ phus premiſit intentionem ſuaꝫ:proſequitur intentum:⁊ circa hoc duo facit. Quoniam primo oſtēdit ex quibus ⁊ quomodo inſtituantur popularis ſtatus ⁊ paucoꝝ. In ſcd̄a cū dicit⌊ Cōſequēs eſt ⁊c̄. ⌋determinat de p̄ncipantibꝰ pertinētibus ad hꝰ reſp. Circa primū duo facit. Primo oſtēdit ex q̄bus ⁊ quō inſtituat᷑ ſtatus popularis. Scd̄o cū dicit⌊ De paucorum quoqꝫ ⁊c̄. ⌋Ex quibus paucorū ſtatus ſibi oppoſitus. Circa primuꝫ duo facit. Primo premittit propoſita ⁊ conditiones popularis ſtatus. Scd̄o cuꝫ dicit⌊ Cum ꝟo ⁊c̄. ⌋Determinat ex q̄bus ⁊ quō eſt inſtituēda. Circa p̄muꝫ p̄mo facit qđ dictuꝫ eſt. Scd̄o cuꝫ dicit⌊ Qđ maxime videt᷑ ⁊c̄. ⌋Mouet dubitationē. Circa p̄muꝫ duo facit. Quoniā in p̄ma premittit quaſdā ſuppoſitiones ſtatus popularis. Scd̄o cū dicit⌊ His p̄ſuppoſitis ⁊c̄. ⌋Cōcludit multas ꝯditiones ipſius. Circa primuꝫ duo facit. Quoniā p̄mo p̄mittit vnaꝫ ſuppoſitionez primā ⁊ p̄ncipalem. Scd̄o cum dicit⌊ Libertatis ꝟo ⁊c̄. ⌋Subdiuidit eā in duas. In p̄ma igit᷑ dicit ꝙ vna ⁊ principalis ſuppoſitio ſtatus popularis eſt libertas:qđ ꝓbat ex cōi dicto Ariſtotelis:qꝛ ſicut oēs ꝯſueuerūt dicere ac ſi ſolū in iſta rep. Ciues participarent libertate. Dicūt enī ꝙ oēs in ſtatu populari itēdūt libertatē aliqualiter. Si igit᷑ dictū cōe ueritatē habet:oportet libertatē eſſe ſuppoſitionē in ipſa. Et eſt intelligendū ꝙ libertas dicit᷑ que aliqđ pōt ex propria uolūtate mouere ſe ⁊ ad finem poſitum:quod apparet. Quia liber eſt ſm phm qui eſt ſuiipſius cauſa:uel in rōne mouētis inquātū ex ꝓpria uolūtate mouet᷑ ⁊ ex ꝓpria ratione:uel etiā inquātum mouet᷑ uel agit gratia finis ꝓprij nō ad finē alterius. Accipit᷑ etiam libertas pro ipſa operatione uel actu quo aliqs dicit᷑ a ſe moueri uel agi ad finē ꝓpriuꝫ. Hoc aūt ſiue illo ſiue hoc modo ſumat᷑ aliqui habent ex naturali diſpoſitione:⁊ tales ſunt liberi natura:ſicut dicebat᷑ in p̄mo huius. Aliqui aūt habēt hoc ex ordīe reip. ꝙ nō generat᷑ ab alio q̃ꝫ a ſe:nec ad finē alterius:ſed ex ſe:⁊ ad finem reip. Et ſic appropriant ſibi popularis ſtatus fautores libertatē. Conſequenter cum dicit.

¶ Libertatis ꝟo ipſius pars vna in eo cōſiſtit:ut per vices imperēt ⁊ pareāt. Nā iuſtū ⁊ populare eſt equū habere ſm numerū:nō ſm dignitatē. Ex quo fit ut ſm hoc iuſtū multitudo ex neceſſitate dn̄et᷑. Et q̄c q̄d decreuerit populus id eſſe ratum ⁊ id eſſe iuſtū. Aiunt enī oportere ut vnuſqſqꝫ ciuiū equū habeat:atqꝫ ita contingit in popularibus gubernationibus inopes plus poſſe q̃ꝫ opulentos. plures enim ſunt ⁊ id obtinent quod pluribus videatur.

¶ Subdiuidit. Et ponit quoſdaꝫ effectus ipſius. Et diuiditur in duas ſm duos effectus quos ponit : uel ſm duo membra in qua diuidit. Secunda ibi⌊ Unuꝫ igitur ⁊c̄. ⌋In p̄ma dicit ꝙ vna pars libertatis uel vnus effectus in populari ſtatu eſt nulluꝫ ſimpliciter ſubijci uel principari:ſed omnes ſm parteꝫ ita ꝙ quilibet ſm aliquod tempus ſubijciatur : ſm aliud principet᷑. Aut principetur vno p̄ncipatu particulari ⁊ ſubijciat᷑ alij. Ratio autem huius eſt quoniam iuſtum populare eſt omnes habere de honoribꝰ uel bonis cōmunibus ſm equalitatem quātitatis : non ſm dignitatem perſone uel equalitatem ꝓportionis. Sed tātuꝫ pauper quātū diues:tātū idiota quātū ſtudioſus. Cum auteꝫ cuiuſlibet iuſti oporteat eſſe aliqueꝫ inſtitutorem ⁊ conſeruatorem:⁊ hoc ſit illud qđ principale eſt in multitudine ciuili:cuꝫ multitudo popularis ſit principalis in populari ſtatu neceſſe eſt in eo multitudineꝫ eſſe dominaꝫ huius iuſti popularis. Et quia finis in multitudine eſt illud qđ intendit principans ⁊ iuſtuꝫ qđ conſiderat in ordine ad finem:manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt illud eſſe finē in populari ſtatu:⁊ iuſtū qđ videtur multitudini. Dictum autem eſt prius omnes debere habere equale ſm quantitatem:⁊ quia multitudo eſt domina iuſti ⁊ ſimpliciter principatur in ea:iſta eſt maior egenorū q̃ꝫ diuitum:accidit egenos magis principari in tali rep. q̃ꝫ diuites:quia dominans eſt:qđ videt᷑ pluribus. Egeni autē ſunt plures q̃ꝫ diuites:quia igitur neceſſe eſt aliquos principari. Non poſſunt auteꝫ omnes ſimul p̄ncipari:neceſſe eſt omnes in parte principari ⁊ ſubijci. Unus igitur effectus uel ſignuꝫ libertatis eſt qđ dictū eſt quem omnes in populari ſtatu ponunt ſicut terminum ⁊ finem in eo. Deinde cum dicit.

¶ Unum igit᷑ libertatis ſignum hoc eſt ꝙ ponunt omnes popularis reip. finem. Alterū ꝟo viuere ut qſqꝫ uelit. Hoc enī aiūt opus eſſe libertatis:ſiqdeꝫ ſerui eſt viuere non ut vult. Hic eſt igitur ſecundus popularis Reip. finis.

¶ Ponit ſecunduʒ effectuʒ uel ſignum. Et primo ponit ipm̄. Secūdo cū dicit ⌊Hinc ꝓfectū ⁊c̄.⌋ Infert p̄mū ex iſto. In p̄ᵃ dicit ꝙ aliud ſignū uel effectus libertatis eſt viuere ſm uoluntatem: ita ꝙ vnuſquiſqꝫ operet̄ ſm motum ꝓprie uoluntatis non coactus ab aliquo: nec determinatus ad aliud determinate operanduʒ. Hoc eni eſt ſm ꝙ dicunt opatio libertatis qȯ apparet: quia opus ſeruitutis eſt viuere uel opari non ſm uoluntatē ꝓpriam: ſed ſm alterius libituʒ: uel motuʒ non ad finē proprium: ſed ad finem alterius. Ergo per oppoſitum opus libertatis eſt operari ſm uoluntatem ⁊ ad finem ꝓprium. Iſte igitur eſt ſecūdus terminus quē ponunt populares in ſua Rep. Deinde cum dicit.

¶ Hinc ꝓfectū eſt nemini potiſſimum ſub eſſe uelle. Qȯ ſi hoc nō datur: at ſaltē per vices ſubeſſe ac preeſſe idqꝫ pertinet ad libertatem que eſt ſecundum equum.

¶ Infert p̄mum ex ſecūdo dicēs ꝙ ex iſto effectu qui eſt operari ut vult aliquis ſeqtur p̄mus effectus. ſ. nō uelle ſubijci: aut ſimplr̄ ſub nullo eſſe ſi poſſibile eſſet. Sʒ quia hoc non eſt poſſibile ſubijci. ſ. ⁊ p̄ncipari oēs ſimplr̄: expedit ſubijci ⁊ p̄ncipari ſm ptē. Et ſic ſubijci ⁊ p̄ncipari facit ad libertatē que attendit̄ in hoc uel quātum ad hoc ꝙ oēs ſunt equales. Deinde cuʒ dicit.

¶ His p̄ſuppoſitis ac tali exiſtente p̄ncipio popularia hiꝰ ſunt ſumi ad Magiſtratus oēs ex oibꝰ ac preeſſe oēs vnicuiqꝫ ⁊ vnūquēqꝫ viciſſim oibꝰ per ſortē tribuere Magiſtratus uel oēs penitus: uel illos ſaltem qui nō iperitia idigēt ⁊ arte: a nullo cenſu eſſe Magiſtratus: uel ſaltem a minimo.

¶ Concludit ex predictis multas ꝓprietates popularis ſtatus. Et diuiditur in duas. In p̄ma ponit eas. In ſecunda recolligit cuʒ dicit ⌊Hec igit̄ ⁊c̄.⌋ Circa p̄mū facit tria. Quoniā p̄mo ponit conditiones uel ꝓprietates que attendunt̄ circa aſſumptionē principatus ⁊ eoꝝ qui p̄ncipant̄: ⁊ ex qbus ⁊ quō. Secundo cū dicit ⌊Deinde mercedeʒ capere ⁊c̄.⌋ Illas que attendunt̄ quātum ad remunerationē p̄ncipantiuʒ. Tertio cū dicit ⌊Preterea ⁊c̄.⌋ que attēdunt̄ quātū ad ꝯditiones eoꝝ qui ſunt in hac rep. Circa p̄muʒ facit duo. Qm̄ primo tangit ꝯditiones ꝑtinētes ad aſſumptionē p̄ncipatus. ſ. tēpus ⁊ ptātem. Secūdo cuʒ dicit ⌊Inter Magiſtratus ⁊c̄.⌋ Tāgit qs debet eſſe maximus principatus in hac rep. Circa p̄ᵐ p̄mo tāgit eas que ꝑtinēt ad aſſumptionē p̄ncipatus. Scd̄o cuʒ dicit ⌊Non niſi ſemel ⁊c̄.⌋ Eas que ꝑtinent ad durationē principatus. Tertio cuʒ dicit ⌊Et cōcionē ⁊c̄.⌋ Eam que pertinet ad potētiam eius. Circa p̄muʒ tangit quatuor ꝯditiones. Dicens primo ꝙ predictis ſuppoſitis in populari ſtatu ⁊ multitudine principante in eadē neceſſe eſt has ꝯditiones que ſequunt̄ obſeruari in eo. Primo qdem omnis principatus taʒ maiores q̄ʒ minores eligere. i. accipere ex omnibus indifferenter non conſiderando ad dignitatem aliquam. Sic eni oēs magis habebunt quoddā equale qȯ eſt iuſtuʒ in eo. Secundo oēs principari ſuper vnūquēqꝫ: hoc eſt omnes coniunctim ſuper vnūquēqꝫ diuiſim: ⁊ iterū vnūquēqꝫ diuiſim cum acceptus fuerit in alio: ⁊ alio principatu diuiſim ſuper omnes. Si enim omnes principabunt̄ ⁊ ſubicientur ſm partem ideʒ eſt effectus libertatis primus. Tertio principatus eligi per ſortem uel vniuerſaliter omnes: uel ſaltem illos in quibus non indigetur multa ſapiētia ⁊ prudentia: puta Ducatum exercitus uel conſiliū. Tales enim non expedit eligi ſorte. Contingeret eniʒ ad tales p̄ncipatus aſſumi idiotā quēcūqꝫ: qȯ eſſet periculoſum reip. Quarto principatus aſſumi non ab aliqua excellentia uel dignitate virtutis uel diuitiarum: aut ſaltem ad minima: qȯ dicit propter primaʒ ſpecieʒ popularis ſtatus in qua aſſumuntur ad principatū ab aliqua dignitate diuitiarū uel virtutis: ſicut apparuit in quarto: ſic eniʒ magis equales erunt ⁊ minus ſubijcientur. Deinde cum dicit.

¶ Nō niſi ſemel eūdē Magiſtratū ab aliquo geri poſſe: uel per raro ⁊ paucos: exceptis his qui uerſant̄ in bello pui tpis eſſe Magiſtratus: uel oēs: uel quot recipiunt iudicare oēs: ⁊ ex oibus ⁊ de oibuʒ: uel de plurimis ⁊ maximis ⁊ p̄ncipaliſſimis: puta de corrigēdo ⁊ de rep. ⁊ de p̄uatis ꝯ̄ctibꝰ.

¶ Oīno igit̄ obſcenitas uerboꝝ per legiſlatorē extermināda eſt de ciuitate. Ex turpiter eni loquēdi licētia ſeq̄t̄ ⁊ turpe facere. Potiſſimū igit̄ ſtatim a pueris neq; dicāt neq; audiunt q̄cq̄ turpe. Siq̄s ꝟo dicere aut facere q̄cq̄ ꝓhibitoꝝ depꝛehēſus fuerit is ſi liber ſit: ſed nōduꝫ in ꝯuētū comeſſatorum dignatus aſſumi honore pꝛohibeatur: ⁊ uerberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris etatis ſeruili infamia afficiatur.

¶ Ex hoc infert ꝙ cauendi ſunt a turpiū auditu. Dicēs ꝙ opoꝛtet bonum legiſlatoreꝫ turpiloquio: puta de uenereis ⁊ de alijs que ſunt pꝛeter rationem ⁊ honeſtatē omnino exterminare ex ciuitate: ſicut quodcūq; aliud turpe. Ex hoc eniꝫ ꝙ aliquis de facili dicit aliquid turpe: conſequitur ipſum pꝛope facere. Sepe enim dicendo aliquod turpe agibile ſepius meditatur de eodem. ⁊ frequenti meditatione de ipſo ſequit̄ inclinatio maioꝛ ad ipſum faciendum. Et quāuis vniuerſaliter ſit ꝓhibendum a ciuitate: maxime tamen pꝛohibendum eſt iuuenibus ⁊ ad pꝛeſentiam ipſorum: ita ut nec loquātur ipſi nec audiant ab alijs aliquid tale. Omnia eniꝫ que audiunt uel vident uel operātur in pꝛima etate admirātur tanq̄ꝫ noua eis: pꝛopter qḋ ⁊ ea melius memorantur ⁊ magis delectantur. Imputanda enim ſunt delectabilia. Ad ea autem in quibus delectantur facilius inclinantur. Si autem aliquis tranſgrediatur dicens aut faciens aliquid contra huiuſmodi pꝛohibitū ſi fuerit liber non adeptus aliquā dignitateꝫ puniatur pꝛiuando ipſum de menſa in conuiuijs cōmunibus ⁊ aliquibus dehoneſtationibus ⁊ uerberibus decētibꝰ tranſgreſſionem. Si autem fuerit leuioꝛ etate pꝛecedētibus ⁊ adeptus aliquam dignitatem puniatur in honorationibus ſeruilibus non decentibus ſtatum eius pꝛopter vilitatem cū operationis ſic nō decētia ipſuꝫ. Pꝛelatꝰ eniꝫ ſi peccat manifeſte amplius puniēdus eſt q̄ꝫ p̄uata pſona. Et q̄a trāſgredit̄ in peccādo ⁊ q̄a p̄bet ſubditis occaſionē peccandi credētibꝰ bonū eſſe ⁊ ſibi dicere quicūqꝫ viderunt ipſum facientem aut dicentē. Deinde cum dicit.

¶ Cum ꝟo dicere quicq̄ꝫ turpe interdixerimus: claruꝫ eſt ꝙ ⁊ aſpicere: aut picturas: aut actus deformes, ꝓhibebimus. Sit igitur cura Magiſtratibus nullaꝫ neqꝫ picturam: neqꝫ ſtatuā eſſe taliū rerū imitatricem: niſi apud deos quoſdā q̄bus etiā laſciuiam mos tribuit: apud hos permittet lex hoīes pro ſe ⁊ filijs ⁊ uxoribus ſacra facere. Juniores aūt neqꝫ iamborum: neqꝫ tragediaruꝫ ſpectatores eſſe ſinat: niſi cuꝫ ad eaꝫ peruenit etatem ut in comeſſationibus vna cum alijs ſedere.

¶ Declarat ꝙ cauendi ſunt a viſione inhoneſtoꝝ. Dicēs q̄ñ facere aut dicere aliq̄d turpe: dicimus debere exterminari a ciuitate. Manifeſtū eſt ꝙ videre picturas aut ſermones inhoneſta repreſentantes cauendū eſt in ciuitate: ⁊ maxime a iuuenibꝰ. Ex viſione enim talium eſt imaginatio ⁊ memoria ipſoꝝ: ⁊ maxime iuuenibꝰ exiſtētibus ꝓpter admirationem. Ad imaginationem autem fortem eoꝝ ꝯtingit diſponi appetitum ⁊ virtutes motiuas ab ipſa. Fantaſia enim ⁊ intelligētia habēt rerum virtutes. Sicut dicit Ariſtoteles in libro de motibus aīalium. Et ideo principes cauere debēt ne ſculptura que fit per inciſioneꝫ: neqꝫ pictura que per apparitioneꝫ que ſint repreſentatiue iſtoꝝ fiat. Si aūt in loco priuato nō publico niſi forte in oraculis aliquoruꝫ deoꝝ quibꝰ lex attribuit aliquas laſciuias: ſicut veneri laſciuiā circa uenerea. Et loquit̄ ſm opinionē gētiū antiquoꝝ. Ad cultū autē illoꝝ ubi tales laſciuie fiunt aut ſunt imagines earū repreſentatiue: Lex permittit parētes magis ꝓuectos exiſtētes pro ſe ⁊ pueris deos hoꝝ honorare. Juuenes aūt nō eſſe inſpectores iſtorum neqꝫ tragediaruꝫ in quibꝰ repreſentant̄ geſta ⁊ mores ruſticoꝝ ſeu ruraliū uſqꝫ ad etatē in qua debēt coīcare menſa cōmuni in ꝯuiuijs publicis: puta q̄ñ in eis incipit vigere ratio. Deinde cum dicit.

¶ Et potus eſſe ꝑticipes eē poſſint: ⁊ ab huiuſmodi labe inſontes diſciplina oēs preſtabit. Nos q̄dem nunc curſim ita attigimus: poſtea ꝟo ſcientes oportebit determinare magis ſiue oportet ſiue non oportet p̄mo querētes: ⁊ quō ſed in p̄ſenti mētionem de his facere neceſſarium fuit.

¶ Declarat per que poſſunt faciliter ꝓhiberi excuſando ſe ab ulteriori ꝯſideratione de iſtis. Dicens ꝙ ab inhoneſtoꝝ auditu ⁊ viſione: ⁊ ab ebrietate: ⁊ vniuerſaliter a turpiuꝫ opatione ꝓhibebunt̄ ⁊ impoſſibiles erunt ſi occupentur in aliqua diſciplina ⁊ aſſuefaciāt delectari in ea. Occupati enim cū delectatione ad alia nō attendunt. Sed de talibꝰ nūc pertranſeūdo dictū eſt. Poſterius aūt inſiſtēdo determinabit̄ magis: ſi opꝫ puerorū eſſe aliquā diſciplinā uel nō. Dubitādo: ⁊ ſi opꝫ: qualiter eſt: ⁊ qualiter inſtruendi ſunt. nūc aūt de hoc recordationē fecimus ſꝫ ꝙ neceſſariū erat. Deide cū dic̄.

¶ Forſitan enim nō male circa hoc cenſebat Theodorus Tragediarū actor: nulli eni vnq̄ꝫ cōcedere noluit ut añ ſe ageret. Neqꝫ ex vilibus etiaꝫ hyſtrionibus quaſi magis faueāt auditores illis quos primo audierint: Cōtingit hoc idē in ꝯuerſationibus hoīuꝫ ⁊ rerū: oīa p̄ma nos magis delectant. Quapropter opꝫ a pueris oīa turpia ꝓcul remouere. Et maxime quecūqꝫ hñt in ſe uel obſcenitatē: uel improbitatē.

¶ Inducit quoddā ſignū quo oſtendunt̄ ea que in p̄ncipio audimus ⁊ cognoſcimus fieri nobis delectabilia: ⁊ ꝙ eis fauemus ⁊ conſequenter in eis perſiſtimus tāq̄ꝫ in re nobis grata ⁊ delectabili. Dicit eni ꝙ Theodorus tragediorum actor non male in hoc cenſebat ꝙ cū erat acturus aliquid nolebat ꝙ aliquis prius aliquid repreſentaret q̄ꝫ ipſe qualiſcunqꝫ hyſtrio eſſet. Et hoc ideo quia auditores magis fauent his quos primo audierint. Ex quo patet ꝙ amamus ea que primo cognoſcimus: ⁊ quibus primo aſſueſcimus. Manifeſtū eniꝫ eſt qȯ idem accidit quātum ad aſſuefactionem hominum in locutionibus ⁊ rerum operationibus. In utriſqꝫ enim conſuetudo inclinat ad ſimilia. Omnia enim que primo operamur: ſeu vidēdo: ſeu audiendo: ſeu alitercūqꝫ: puta in p̄ma etate magis diligimus: quia magis delectamur in eis admirantes ea ſicut noua. Ea autem que magis diligimus: magis poſſumus operari. Quare ſi expedit in prima etate pueros audire Comedias aut Tragedias: magis inclinabuntur ad ea que repreſentantur per eas in etate futura qȯ eſt inconueniens. Et ideo oportet a iuuenibus omnia turpia etiā inhoneſta in prima etate facere extranea: uel per aſſuefactionem in contrarijs: uel per afflictioneꝫ pene operantibꝰ. Inter iſta autem magis illa que maioris ſunt adheſionis ⁊ facilioris: puta inhoneſtatem que circa uenerea ⁊ circa potum ⁊ cibum. Concupiſcentia eniꝫ talium quaſi innata eſt nobis ſtatim ex iuuentute ſm philoſophum ſecundo Ethicorū. Deinde cū dicit.

¶ Tranſactis ꝟo annis q̄nqꝫ ⁊ duobꝰ uſqꝫ ad ſeptem oportet iam diſciplinas ſpectare quas addiſcere eos oportet.

¶ Qualiter inſtruendi ſunt in habita etate: puta a fine Quinti anni uſqꝫ Septimi breuiter ſe expedit: dicendo tranſactis quinqꝫ annis duobus ſequentibus uſqꝫ ad finem ſeptimi: oportet iuuenes eſſe inſpectores diſciplinarum in quibus erudiendi ſunt. Ut ſi ſunt erudiendi in equeſtri: oportet fieri inſpectores equeſtriuꝫ ſiue Muſica: muſicalium ut per auditum ⁊ inſpectionē taliū aſſueti magis iclinent̄ ad ea. Deide cū dic̄.

¶ Due ſunt etates in quas nec̄iuꝫ eſt diſciplinas diuidere. Una poſt ſeptimū annuꝫ uſqꝫ ad pubertatem. Altera a pubertate uſqꝫ ad ānū vigeſimūprimū. nā qui ebdomadibus diuidunt etates plurimū dicunt bene: itaqꝫ ſequēda eſt naturalis diſtīctio. Omnis eniꝫ ars ⁊ diſciplina implere vult id qȯ deeſt nature. Primū igitur vidēdū eſt ſi faciēda ſit inſtitutio quedaꝫ circa pueros. Deinde ſi utile ſit publice curā eoruꝫ ſuſcipere: uel magis p̄uatim quō nūc fit in p̄libꝰ ciuitatibꝰ. Tertio q̄lē hāc eē curā oꝫ.

¶ Uolens ſe continuare ad ſequentia dſtinguit tempus ſequens conueniens diſcipline. Dicēs ꝙ due ſunt etates ſm quas neceſſarium eſt diuidi diſciplinam conuenientem vnicuiqꝫ illarū: puta illā que eſt a fine ſeptimi anni uſq; ad pubeſcentiam.i.uſq; ad finem.14.⁊ illam que eſt a pubeſcentia uſq;.21.annum. Qui autem omnes etates diſtinguunt per Septennia: dicentes primam etatem continere primum Septennium.⁊ ſecundam 2ᵐ ⁊ tertiam tertium quantum ad omnes etates nõ bene dicũt. Oportet eni ꝙ diuiſio etatis ꝯſequẽter accipiatur diuiſioni nãlis diſpõnis hominis ut mẽſuratur tẽpore. Et ideo ſm diuerſitatẽ ſtatus ꝯuerſationis ⁊ diſpõnis nãliuꝫ ut menſurant tẽpore opꝫ etates diuerſificari. Sed iſte ſtatus aliquãdo diuerſificatur in minori tẽpore ꝙ̃ in Septennio.quãdoq; in ampliori. Alius enim eſt ſtatus ꝯuerſationis nãlis hois in tribꝰ ꝑmis annis. Alius in duobus ſequentibus:⁊ alius in duobus ſenſibilr ſequẽtibus. Et ideo ſm hoc tres etates ante ſeptẽ annos ꝑfectos diſtinguunt. Deinde alius ſtatus ꝯuerſationis ⁊ modi viuẽdi eſt in ſequẽti ſeptennio a ꝑcedentibꝰ:⁊ alius in ſequẽti. Et iõ iſte due etates Septennijs diſtinguunt. Status aũt uel modus viuendi ꝯuerſationis ſequens longior eſt ⁊ ꝓtenditur uſq; ad.37.uel circa. Et ita nõ menſurat vno Septennio:ſed pluribus:⁊ ſic de alijs. Et ideo nõ diuiduntur etates vniuerſaliter Septennijs:ſed opꝫ aſſequi diſtinctioni nãli. Oĩs autẽ ars ⁊ diſciplina in actu nata eſt ſupplere defectũ nature:⁊ inquãtũ ꝑficit aptitudinem nature ad ipſam per hoc ꝙ ſciẽs in aptitudinẽ fit ſciẽs in actu. Uel per hoc ꝙ formã inducit in mã extrinſeca apta nata. Et ideo erudiẽdi ſunt ad vnãquãq; diſciplinã ad quã apti ſunt. Eſt igit ꝯſiderãdũ primo:utrũ ſit faciẽda aliqua cura circa diſciplinã ꝓpriam puerorꝫ:⁊ dato ꝙ ſic. Secũdo utrũ oporteat ipſam eſſe cõem uel ꝓpriã:ſicut nũc faciũt in multis ciuitatibus:⁊ dato ꝙ magis expediat eſſe cõem. Tertio eſt ꝯſiderãdũ qualeꝫ opꝫ eſſe hᵒⁱ diſciplinã. Et de iſtis ꝯſiderabit in ſequẽti libro. Statim incipiẽs Octauũ librũ a determinatione primi iſtorꝫ. Et in hoc determinat phus intentionẽ ſuam in iſto ſeptimo.

Finis.

¶ Excellẽtiſſimi Theologie ꝓfeſſoris Magiſtri Ludouici Ualentie ꝓcuratoris ordinis predicatorꝫ ad Reuerẽdiſſimũ in Chriſto patrẽ ⁊ dñm dñm. F. Cardinalem Senẽſem Epitoma per cõcluſiones ſeptimi libri Politicorum Ariſtotelis.

¶ Qui querunt de optima rep. conſiderare debẽt que ſit optima vita ⁊ maxime expetẽda. Eſt eni ratio ⁊ finis optime reſp. vita cũctis maxime optãda.

¶ Oportet felici hoi adeſſe externa corpis ⁊ animi bona. Nemo eni diceret eũ eẽ felicẽ qui nullã ptẽ fortitudinis haberet:neq; tẽperãtie:neq; iuſtitie:neq; prudẽtie:aut cui deeſſent diuitie:amici:ſanitas:⁊ alia hᵒⁱ.

¶ Felicitas aũt magis exiſtit in actione v̾tutis ꝙ̃ in diuitijs ⁊ bonis externis. Nã hoies acqrũt ⁊ ꝯſeruãt externa bona virtutibꝰ:nõ virtutes bonis externis. Itẽ externa bona finẽ habẽt tanꝙ̃ inſtrumentũ qõdã:at bona animi quãto magis excedũt tãto magis utilia ſunt ſiqdẽ honeſti ⁊ utilis appellationeꝫ hñt. Amplius diſpoſitio diſtat a diſpõne ſꝫ exceſſuꝫ diſtãtie illorꝫ quorũ ſunt diſpões. Si ergo aĩa ꝑcioſior ſit corpore ⁊ pecunijs:ergo ⁊ diſpõ ſm aĩam melior erit omni alia diſpõne. Et ſic in ea felicitas ꝯſiſtit. Inſuper hec bona nata ſunt gr̃a animi:⁊ nõ aĩus illorꝫ gr̃a. Unde ⁊ deũ dicimus eſſe felicẽ atq; beatũ:nõ per aliqd externoruꝫ:ſed per ſeipſum.qꝛ talis eſt ſm naturam.

¶ Felicitatis igit tãtũ vnicuiq; ꝯtingit quãtuꝫ virtutis atq; prudentie:⁊ quãtum ſm has operatur.

¶ Bona fortune ⁊ felicitas differũt. Externoruꝫ nãq; bonorꝫ fortuna cauſa eſt. Felicitas aũt nõ eſt ab ea. Et nemo ſit iuſtus ac temperatus a fortuna.

¶ Cõſentaneũ v̾o eſt Ciuitatẽ beataꝫ eſſe nõ poſſe abſq; virtute ⁊ prudẽtia. Nõ enim eſt beata niſi bene agat. nec bene agit niſi bona agat. Nõ ꝯtingit aũt bona agere abſq; virtute ⁊ prudentia.

¶ Uirtus eadẽ eſt:eãdemq; vim hẽt ⁊ forma ciuitatis ⁊ vniuſcuiuſq; hois:cũ ad eãdẽ operationem ordinet.

¶ Uita ergo optima ⁊ priuatim vnicuiq; ⁊ publice omnibus eſt cum virtute intantum externis adiuta facultatibus ut actiones ſtudioſas conficere poſſit.

¶ Uita liberi hoc eſt ꝯtẽplationi intẽdẽtis melior eſt ꝙ̃ occupati viri in dñando. Uti eni ſeruo iquãtũ ſeruus non eſt egregium. Contemplari autem eſt maxime homini proprium ſuiipſius gratia.

¶ Nõ eſt putãdũ optimũ ſimplr ꝑtãteꝫ hr̃e ⁊ ſibi dominiũ arripe niſi id habeãt qđ maxme optãdũ eſt.ſ.ceteris virtute ꝑcellere. Nõ eni qui regũt bonas actiones hñt:niſi tãtũ ꝑſtẽt alijs ꝙ̃tũ vir mulieri:pater filijs:⁊ dñs ſeruo. Qui eni aliter agũt nõ tãtũ ꝓficiũt regẽdo quãtũ a virtute recedũt. Si aũt ſint meliores ſm virtutẽ ⁊ ſm potẽtiã actiuam:hos ſeq honeſtum eſt ⁊ his parere iuſtum.

¶ Illi qui preeſt non ſolum neceſſaria eſt virtus ſed etiaꝫ potentia per quam ſit actiuus.

¶ Uita ꝯtẽplatiua nõ eſt abſq; actione. Meditari enim actio quedaꝫ eſt. Et qꝛ optima actio eſt ⁊ maxime homini ꝓpria:ideo optima vita eſt. Unde ⁊ felicitas que in bñ agẽdo eſt reponẽda in hac optima actiõe ꝯſiſtit.

¶ Hec ꝯtẽplatiua vita adeo actiua putãda eſt ut etiã nõ dicant ꝓprie agere actionibꝰ exterioribꝰ qui intelligẽtia ⁊ cogitatiõe opibꝰ nõ ꝑſint ut architecti. Cũ eni intellectus opatiuus ab appetitu recto ipſiꝰ finis pẽdeat Appetitus aũt recti finis ſtatuat per itellectũ ſpeculatiuũ eſſe ſicut primũ:⁊ regẽs ⁊ eius opõnẽ optimã eẽ.

¶ De quãtitate ciuitatis.

¶ Oportet aũt ciuitatẽ eſſe magnã. Nõ eſt aũt magnitudo ciuitatis exiſtimãda ex numero habitantiũ. Sed reſpicere oportet ad potẽtiã ſm ordinẽ ad ꝓpriã ciuitatis opationem:ut videlꝫ ea ſit exiſtimãda magna ciuitas que põt maxime efficere opus ſuũ. Nõ eſt etiã penſanda ex qualibet multitudine:puta ſeruorꝫ:hoſpituꝫ:inglinorꝫ:ſed ex numero eorꝫ qui ſunt pars ciuitatis. Horꝫ eni ꝑcellẽs multitudo ſignũ eſt magne ciuitatis. Nõ eni idẽ eſt magna ciuitas ⁊ populoſa. Nõ eſt inſuper putãda magna ciuitas nimio popl̾i exceſſu. Populoſa eni ciuitas impoſſibile eſt ut optime gubernetur. Nã cũ lex ſit ordinatio quedã. Impoſſibile eſt aũt magnã multitudinẽ bene ordinari. Hoc eni eſt opus diuine potẽtie que totũ ꝯtinet. Nõ ĝ põt legibꝰ regi. Item qa eſt quedã mẽſura magnitudis ciuitatis:quẽadmoduꝫ aliorꝫ oium aialiũ plantarũ inſtrumẽtorꝫ. Nã horum ſingula neq; parua nimium:neq; magnitudine exceſſiua ſuã potentiam retinebunt.

¶ Cũ igit ciuitatis magnitudo iſinita eſſe nõ debeat terminus eius eſſe debet ut per ſe ſufficiẽs ſit ad viuẽduꝫ. Huius eni gratia inſtituta eſt Ciuitas. Et tanta debet eſſe multitudo ut a gubernãte oẽs Ciues cognoſci poſſint:ut recte eos iudicare poſſit ac demandare Magiſtratus ſm dignitatem:ac etiã ne in nimio exceſſu poſſint latere hoſpituꝫ ⁊ inquilinoruꝫ machinamenta aduerſum Remp.

¶ Ciuitas debet eſſe ferax oium:⁊ oia in ſe habere ⁊ nullius indigere. Hoc eni modo erit per ſe ſufficiẽs. Multitudine v̾o ac magnitudie tantã eſſe oportet ut queat nutrire habitatores temperate:liberaliterq; viuentes.

¶ De ſitu Ciuitatis.

¶ Ciuitatis autem ſitus talis eſſe debet ut ab hoſtibus quidem facile inuadi non poſſit Ciuibus autem ſit facilis in aliena egreſſio. Item regio in qua eſt ſic ſubiecta conſpectui.i.cognoſci ⁊ ſuccurri faciliter poſſit.

¶Debet īſup ⁊ ad terraꝫ ⁊ ad Mare iacere: ⁊ ad auxilia ferēda: ⁊ ad īportationē fructuū. Si tñ inutile fore credaꝛ iacere eā ad Mare ꝑꝑ frequētiā aduenaꝝ qui facile reſp. corrūpunt: aut legibꝰ occurrēdū eſt: aut portus ⁊ ſtationes ponende ſunt: que neqꝫ infra urbem ſint neqꝫ ualde diſtantes.

¶Expedit etiā hĩe potētiā naualē cū oporteat ⁊ finitimis auxiliari ⁊ etiā terreri eos. Magnitudo auteꝫ ac multitudo huius potētie ad mores ciuitatis erit accōmodāda. Turba v̊o nautica nō debet eſſe ꝑs ciuitatis. Qui eni naues ꝯſcēdūt igenui ſūt hoies: ⁊ ſbeſſe nolūt.

¶Qui in frigidis regionibꝰ habitāt: ut in Europa in libertate qdē ꝑſeuerāt ⁊ abundāt aīo. Sed diſciplinam Reip. difficulter recipiunt ac finitimis dñari non poſſunt: cum ingeniĳ ⁊ artificĳ paruꝫ habeant.

¶Qui v̊o in calidioribꝰ partibus naſcunꝛ: puta in Aſia ingenio abūdāt: ſed aīoſitatē nō habēt ꝓpter qđ ⁊ parere dominantibus ⁊ ſeruire perſeuerant.

¶Qui aūt mediā regionē incolūt: ut Grecorum genus aīoſi ⁊ ingenioſi ſunt. Ex quo fit ut in libertate degūt ⁊ reſp. diſciplinaꝫ optīe recipiāt: ⁊ apti ſint oībꝰ īpare.

¶Hec tñ itelligēda ſunt ſi ad cōem figure celeſtis diſpōnem reſpiciamus. ſed uariari ꝯtingit p̄dicta ſm ꝙ uariari ꝯtingit figuras ſtellarū que errant in has regiōes ac etiā ex aliqua differēti diſpōne in ordine ad mōtes ⁊ mare ⁊ paludoſa loca. Cōſilr ex diſſimili exercitatione itellectꝰ cui nō poſſunt vim afferre celeſtes ifluxus.

¶De partibus ciuitatis neceſſarĳs.

¶Oportet in ciuitate etiā agricolas ut victū cōparent: artifices ut per artē multa inſtrumēta miniſtrēt qbꝰ victa indiget pugnatores qui armis cōpellāt inobedientes parere Magiſtratibꝰ ⁊ ꝓpulſent vim externā ⁊ locupletes qui pecuniā habēt: ⁊ ad indigentias ⁊ ad bellū: ſacerdotes qui cultū diuinū obſeruent: iudices qui iudiciū exerceāt pro iuſtitia ⁊ utilitate ꝯtrahentium.

¶In optima Rep. neqꝫ artifices: neqꝫ mercatores ciues eſſe oportet. Huiuſmodi enim vita aduerſa eſt virtuti ſine qua non contingit ciuitatem eſſe felicem.

¶Non ꝯtingit etiam agricolas eſſe ciues cum opus ſit quiete ⁊ ocio quo carent agricole ad virtutem comparandam ⁊ ad remp. gerendam.

¶Idem pōt eſſe ⁊ pugnator ⁊ ꝯſiliatiuus in ciuitate nō ſimul qdē: ſed ut nā fert: cū eni in iunioribus vires ſint prudētia v̊o in ſenibꝰ: bellis intendent in iuuenili etate: in ſenili v̊o conſultabunt de utilibus.

¶Oportet aūt has poſſeſſiōes hĩe. Neceſſe eſt eni facultates adeſſe ciuibus qui uere ciues ſunt.

¶Uniuerſaliter aūt dicendū eſt nullū genus hoium eſſe partē ciuitatis ꝙ nō ſit inquātū hꝰ' v̊tutis effector. Felicitas eni opꝫ ut per virtutē fiat: felicē v̊o neceſſe eſt eē ciuitatē nō ſm aliquā partē: ſed ſm oēs ciues.

¶Neqꝫ agricola: neqꝫ artifex: neqꝫ viliū exercitioꝝ qſqꝫ ſacerdos eſt deputandus. Honos eni dĳs a ciuibꝰ eſt impendēdus. Hi autem ciues non ſunt.

¶Cura aūt ſacroꝝ eſt his demādāda qui iā qeſcunt ſiue hi ꝓ tpe laboris ꝑpeſſi ſint arma tenēdo: ſiue ꝯſultādo.

¶Cōſiderāti aūt p̄dicta apparet p̄mo ciues deputādos ad bellū: deinde ad ꝯſiliū. Ultimo ad ſacerdotiū. Iteꝫ appet artifices: mercenarios: agricolas neceſſarios eē in ciuitate: ſed nō eſſe pteꝫ ciuitatis. Pugnatores v̊o: conſultores: ⁊ ſacerdotes partem eſſe ciuitatis. Et hi abſqꝫ virtute eſſe non poſſint.

¶De diuiſione ciuitatis.

¶Eſt neceſſariū regionē diuidere in duas ptes: ⁊ vnā eē publicā: ⁊ aliā p̄uatoꝝ. Publica rurſuꝫ diuidēda eſt: ut vna ꝑs deputeꝛ īpēſis que fiūt in cultu diuino. Altera īpēſis comeſſationū que iſtitute ſunt ad ꝯſeruādam amicitiā iter ciues. Priuati aūt agri pars vna ad proprias neceſſitates eſt deputanda. Altera ad ciuitatem ut ad bellicas opportunitates: ⁊ alia huiuſmodi.

¶Cōſultores aūt agroꝝ ſerui eē debēt: ſed nō oēs vnius gñis puſillanimes: robuſti corꝑe: ⁊ deficiētes itellectu. ſic eni utiles erūt ad opꝰ faciēdū ⁊ nihil noui ab eis metueꝛ: aut barbari eē debēt nā ſĩles his qs ſupra diximꝰ.

¶De edificatione ciuitatis.

¶In ponēda ciuitate reſpicere opꝫ primo ad ſanitatē: ⁊ hoc fit ꝯuertēdo urbē ad orientē. Uēti eni qui inde ꝓfluūt ſalubriores ſunt. eoꝝ nāqꝫ mā pluri tpe moratur ſub via ſolis: indeqꝫ calidiores effecti nubes diſſoluūt purioreqꝫ reddūt aerē. Scđo loco ꝯuerti debēt ſeptentrionē. Uēti eni boreales ſalubres ſunt. īpetu eniꝫ ſuo qui magnus eſt uapores groſſos propellūt ab aere ac ſua frigiditate clauſis poris calidis intus congregāt: fortioremqꝫ reddunt calorem naturalem.

¶Locus etiam ciuitatis opportunus eſſe debet ad bellicas ⁊ ciuiles res: abūdātiāqꝫ debet hĩe nālē aqrū ⁊ ſtagnoꝝ ꝙ ſi nālis deficiat cōparari debent Ciſterne ⁊ lacus ex aq̄ pluuia: ne ſi qñ obſiderentur aq̄ poſſit deeſſe. Diſtinguēdus eſt etiaꝫ aquaꝝ uſus ubi fieri pōt ut alie aque ad cibū ⁊ potū deputenꝛ: alie ad aliā indigētiaꝫ.

¶In ciuitate in qua vnus uel pauci dñantur expedit eē arcē ⁊ loca munita. in ea v̊o in qua populus: debet eſſe equalitas locoꝝ. In optimatuꝫ v̊o gubernatione neutrum iſtorum: ſed magis loci plures ardui.

¶Edificatio aūt domoꝝ p̄uatarum ptim debet eſſe ſm morē antiquū: ut edificia habeant īextricabiles aditus ad ſecuritatē ⁊ tutelā: ptim ſꝫ nouū: ut habeāt formam gratiorem ⁊ cōmodiorem ad ceteras res.

¶Edes deoꝝ ⁊ p̄ncipaliſſime comeſſationes magiſtratuū debēt habere locū idoneū: ⁊ ſupeminētiā hĩe ad vicinas ptes ciuitatis. ⁊ ante ipm ꝯſtrui foꝝ liberū tñ ab oī mercatu: ⁊ neqꝫ opifices neqꝫ agricolas neqꝫ alios ullos tales illi appropiquare niſi a magr̄atibꝰ uocenꝛ.

¶Uenaliū aūt reꝝ aliud foꝝ eē debet ⁊ alio loco ſitum quo ⁊ a terra ⁊ a mari facilis ſit iportatio omniuꝫ.

¶Magiſtratus autem quicūqꝫ: habitare debent iuxta forum in loco celebri.

¶Quibus fiant ciues boni ⁊ ſtudioſi.

¶Duo ſunt in qbꝰ oīs cōmēdatio bñ agēdi ꝯſiſtit. Unū ut ꝓpoſitū ac finis agēdi recte ſubiaceat. Aliud ut eas actiones inueniamus que ad illum finem ferant.

¶Bene viuere ac felices eſſe oēs cupiunt: ſed alĳs ptās eſt adipiſcendi: alĳs non: ꝓpter fortunam aliquam uel nām. opus eni eſt adiumētis qbuſdā ad bene viuēduꝫ: minoribꝰ qdē melius diſpoſitis: maioribꝰ aūt peius.

¶Felicitas eſt operatio ⁊ uſus perfectꝰ v̊tutis nō ex ſuppoſitione ſed ſimplr. Et itelligo ſimplr. i. eius qđ in ſe ipſo cōmendationeꝫ habet. Ex ſuppoſitione v̊o quod habet cōmendationem ex neceſſitate.

¶Si igiꝛ ciuitas que optime gubernaꝛ felicitatem recipiat neceſſe eſt. Felicitas autē eſt uſus virtutis. Opus eſt in optima Republica ciues ſtudioſos eſſe ⁊ bonos ſimplr: ⁊ bonos uſus rōnis hĩe circa bona quecūqꝫ.

¶Cum ergo ⁊ virtus ⁊ bona externa ad felicitatem exigantur. bonorum autem externorum domina ſit fortuna. oportet ergo alia ſubeſſe bona. ſ. externa: alia. ſ. virtutis parare legis poſitorem.

¶Atq boni fiunt ciues ⁊ ſtudioſi tribꝰ: videlꝫ nā: ꝯſuetudine: ⁊ rōne. ſed rō eſt magis ꝓpria hoi: cetera eni aīalia maxime viuūt ſm nām. parū v̊o aliqd ⁊ ſm mores homo ⁊ ſm rationem. ſolus enim rationē habet. Sed hec expedit tria ſimul ꝯcordare: mlta enim preter mores ⁊ preter naturam agunt homines propter rationē ſi perſuadeatur melius aliter agere.

¶Quos dignum ſit imperare.

¶Eoſdē ſemp īpare melius foret ſi tātū ab alĳs differrēt q̄tū dĳ ⁊ heroes ab hoibꝰ differre putanꝛ ut p̄ºſtatim corꝑe ac poſtea aīo lōge antecellerēt: ac manifeſte ĩdubitateqꝫ apperet eoꝝ ſupemĩnētia. ſꝫ qꝛ difficile eſt h̄ repire equū ē ut oēs ſint viciſſiꝫ ꝑticipes ĩperādi ⁊ parēdi aliogn reip. difficile eēt ſtare q̄ ꝑter iuſtitiā foret.

¶ Debēt aūt ſeniores ĩperiū hr̄e iuniores v̄o ſubijci. nemo enī ĩdignaſ ꝑp etatē maiori ſubijci: ꝑſertiꝫ cū ⁊ ipſe ad id etatis ꝑuenerit eūdē honorem ſit ſuſcepturus. Inſup qui imperare uelit oportet prius ſub imꝑio fuiſſe. equum eſt ergo iuniores etate ſubeſſe ut in ſenectute poſſint digne imperare.

¶ De exercitatiōe ad v̄tutes per legiſpoſitoreꝫ ĩducēda.

¶ Eſt aūt laborādum legū poſitori ut bonos viros efficiat exercēdo ꝑtes aīe ⁊ que per ſe rōnē habent: ⁊ que poſſunt rōni obtēperare: ⁊ ordinādo vitā hoīum in negocia ⁊ ocium: bellum ⁊ pacem: neceſſaria: utilia: honeſta. in his enim conſiſtit tota vita humana.

¶ Sed cū bellū ſit gr̄a pacis: negociū gr̄a ocij: neceſſaria ⁊ utilia gr̄a honeſtoꝝ: pars aūt irrōnalis gr̄a rōnalis: ⁊ rurſuꝫ practica rōnalis gr̄a ꝯtēplatiue: ita ad iſta aſpicere debet legiſlator ut magis tñ ad pacē: ad ocium: ad honeſta: ⁊ ꝯtēplatiua dirigat. hᶜ enī meliora ſūt ⁊ finis

¶ Maxime aūt pueri adhuc exiſtentes ⁊ alie etates que indigent per diſciplinā dirigēdi ſunt: ꝯſuetudine eniꝫ delectabiles fiunt eis actiones ſtudioſe.

¶ De lege dirigente ad rem bellicam.

¶ Nō ſunt aūt laudāde leges ille que ad bellū ſurgere videnſ. pñt enī in eiſdē legibꝰ ꝑmanētes nō bene viuere. Preterea nō eſt laudāduꝫ legiſlator qđ vincē docuerit ⁊ finitimis dñari. hec enī magnū ꝯtinēt nocumētū: nā qui poterit aduerſus ciues hoc agere ciuitati ſue dñari queret. Itē bellū nō eſt gr̄a ſui ſed gr̄a pacis. Unde ad pacē magis debet intendere legiſlator.

¶ Exercitatio reꝝ bellicarū nō ob id eſt meditāda ut in ſ̄uitutē redigāt imerētes: ſꝫ ꝑmū ne ipſi ſ̄uire alijs cōpellanſ. Scđo ut iperiū querāt gr̄a utilitatis ſubiectorū. Tertio ut eis dñenſ qui ſeruire ſunt digni.

¶ Qui legē ponit circa res bellicas ꝓuidere debet ⁊ legibus iſtituere quo pacto deinde in ocio bñ viuē poſſint ne dñatione adepta per pacē ſplēdorē amittanſ.

¶ De virtutibus neceſſarijs ⁊ in bello ⁊ in pace.

¶ Sūt aūt ⁊ virtutes q̄dā nec̄ie: in bello ſūt fortitudo ⁊ ꝯſtātia q̄dā. in ocio ut ph̄ia quedā. In utroqꝫ tp̄e. ſ. belli ⁊ pacis ut temperantia ⁊ iuſtitia.

¶ Oēs aūt v̄tutes ēt que ĩ bello ſūt nec̄ie in ocio ſūt utiles. ⁊ bellū ſit gr̄a ocij: maxīe tñ optimū ē ĩ pace ⁊ ocio tēperātia ⁊ iuſtitia: nā q̄ in fruitiōe oīuꝫ reꝝ uelut beati exiſtūt facile ⁊ intēperati ⁊ iniuſti reddunſ.

¶ De legibus circa coniugia.

¶ Neceſſe eſt legiſlatorē ꝑ̄us ſuſciꝑe curā corpis q̄ꝫ animi ⁊ appetitꝰ q̄ꝫ rōnis: qꝛ ⁊ corpꝰ in gn̄atiōe antecedit aīaꝫ: ⁊ ps irrōnalis antecedit eā ꝑtē que hēt rōnē. Unde ab initio ꝓuidēdū eſt a legiſpoſitore circa ꝯiugia.

¶ Prouidēdū eſt ut in eo tp̄e fiāt ꝯiugia in quo ⁊ vir potēs ſit gn̄are ⁊ mulier ꝯciꝑe: ne ſi nō ꝯcurrāt ſed diſcrepēt ĩ potētia gignēdi lites ⁊ diſcordie iter eos orianſ.

¶ Itē iſpiciēdū eſt ut eo tp̄e copulenſ mr̄imonio in quo ⁊ parentes filijs pueris poſſint ſuccurrere ⁊ filij maiores effecti parētibus iā ſenioribꝰ poſſint gr̄as referre.

¶ Itē iſpiciēdū eſt ut in ea etate nubāt in qua filij geniti nō nimis ꝓxime ad etatē paternā accedāt: nā filij non hn̄t reuerentiā erga genitores q̄ſi ſibi eq̄les ⁊ circa gubernationē domus ꝓueniūt querele q̄ſi ex paritate.

¶ Inſup iſpiciēdū eſt ut in ea etate ꝯiuganſ ex qua vir ⁊ mulier ꝯcurrāt in etate ĩ q̄bꝰ utriuſqꝫ gn̄atio ceſſat: vir q̄dē in ſeptuageſimū annū. mulier aūt in q̄nq̄geſimuꝫ.

¶ Obſeruādū aūt eſt ne adoleſcētes mr̄imonio copulētur. in cūctis enī aīalibꝰ iuueniles ꝑtus imꝑfecti ſūt ⁊ femīe crebrius q̄ꝫ mares gignunſ ⁊ ꝑua corpis forma. Cuius ſignū eſt qđ in oībꝰ ciuitatibꝰ in q̄bꝰ cōſuetudo eſt adoleſcētes mares puellaſqꝫ ꝯiugari in eiſdē inutilia ac puſilla hoīuꝫ corpa exiſtūt. Inſup accidit ut ꝑtu magis laborēt ac pereāt ꝑ̄ſes. Itē utile eſt ad ꝯtinētiaꝫ nuptias fieri ſeriores. intēperatiores enī fiūt cū puelle Uenerei aſſueſcunt. Item maſculorum corpora creſcere impediuntur ſi dum augentur coeunt.

¶ Tēpus aūt in quo puelle mr̄imonio copulāde ſunt eſt circa etatē deceꝫ ⁊ octo annoꝝ. Maſculoꝝ v̄o tp̄s eſt circiter etatē annoꝝ ſex ⁊ triginta: in hoc enī tp̄e ⁊ vigentibus corporibus coniungentur ⁊ procedente tempore ſimul apte deſinent poſſe procreare.

¶ Tēpus v̄o magis aptū nuptijs ⁊ gn̄ationi hyemali eſt ⁊ melius eſt ꝯiūgi flātibꝰ uētis borealibꝰ q̄ꝫ auſtralibꝰ.

¶ Habitudo aūt utilis ⁊ ad ſanitatē ⁊ ꝓcreationeꝫ liberoꝝ nō debet eſſe ſicut athletarū: hoc eſt magna ⁊ grauis: nec humilis ⁊ ĩbecilla: ſed media iter iſtas. Itē debet eſſe laborioſa ac exercitata laboribꝰ nō violētis: neqꝫ ad vnū laborē ſoluꝫ ſed ad ciuilia ⁊ liberalia opera.

¶ De mulieribus pregnantibus: ⁊ educatione liberorum ⁊ multitudine liberorum.

¶ Pregnantes quoqꝫ mulieres curaꝫ debēt habere corpoꝝ neqꝫ pigreſcentes neqꝫ ſubtili utentes alimonia.

¶ Circa educationē filioꝝ lex ſit nihil orbatū nā eē educādū ea ſi lꝫ diligētia q̄ nō orbati q̄ apti ſūt ad cilitatē.

¶ Itē ſi ꝓhibēdus eſt nūs filioꝝ ⁊ nimia multitudo euitanda nō eſt tātū nephas ꝑuenire ne fetus ꝯcipianſ ſic attingere eos poſtq̄ꝫ ꝯcepti ſunt ⁊ ſenſuꝫ ⁊ vitam acceperunt: ſicut quidam lege cauebant.

¶ Ad euitādā āt hꝰ mr̄titudinē nō ꝯiūganſ niſi tp̄e illo deteriato qđ poſuimus ⁊ alterīꝰ q̄ꝫ ꝯiugis coitꝰ penitꝰ ſit iterdictꝰ: ⁊ ꝯ̄faciēs dignā ꝓ delicto reportet penaꝫ. Pueri aūt mox nati lacte ſunt nutriēdi: eſt eniꝫ ſile ei vnde gn̄antur: ⁊ a vino maxime eos abſtineri opuꝫ eſt: egritudines enī eis inducit: ꝯferūtqꝫ eis motus qui in ea etate dantur ad ꝯſumēdā ſupfluā humiditatem.

¶ Diligenter autem cauendum ne membra ob teneritudinem diſtorta fiant.

¶ Cōfert aūt eos ſtatim frigori aſſuefacere: hoc enim ⁊ ad ſanitatē ⁊ ad res bellicas cōfert. Unde ⁊ quorūdā barbaroꝝ ꝯſuetudo eſt gelido amne natos ſtatim imergere uel parua ueſte amiciri: ut faciunt galli.

¶ De diſciplina liberorum.

¶ Uſqꝫ aūt ad ānos q̄nqꝫ qua etate nōduꝫ ad diſciplinā apti ſunt neqꝫ labores ꝑferre cogēdi ſūt ne creſcere ipedianſ: debēt tñ motꝰ quoſdā ſuſciꝑe in quo pigritiam corpis euitēt: qui motꝰ ꝑparādi ſūt eis maxīe ꝑ ludos. Ludi āt eoꝝ nꝫ illibales nꝫ laborioſi eē debēt nꝫ rēiſſi.

¶ Aſſuefaciēdi aūt ſunt narrationibꝰ ⁊ fabulis audiendis q̄ poſtea accōmode ſint ad futurā ꝯuerſationē. Ludi quoqꝫ eorū tales eſſe debent ut ſint imitationes eorum que ſerio facienda ſunt poſtea.

¶ Sunt etiā cohibendi a ploratibus: ſpūs enī cōpreſſio facit robur laborātibꝰ qđ ꝯtigit in cohibitiōe gemitꝰ.

¶ Prohibēdi etiā ſunt cū ſeruis ꝯuerſari: cū enī uſqꝫ ad annos ſeptem domi alantur precipiēduꝫ eſt eis in hac etate ut abſint a viſu ⁊ auditu rerum ſeruilium.

¶ Ulr̄ aūt obſcenitas v̄boꝝ exterminādā ē ex ciuitate: ex turpiter enī loquēdi licētia ⁊ facere turpiter ſeq̄tur.

¶ Potiſſimuꝫ aūt pueris ſtatim uetanduꝫ eſt ut neqꝫ dicant neqꝫ audiant quicq̄ꝫ turpe ſilr̄ ⁊ aſpicere aut actꝰ aut picturas deformes ⁊ prohibere debēt magiſtratus huiuſmodi picturas ⁊ ſtatuas.

¶ Iuniores quoqꝫ debēt uetare ne ſint ſpectatores iamborum ⁊ tragediarum.

¶ Oportet igitur a pueris oīa turpia repellere. oīa enim ꝑma magis nos delectant: vnde turpia fierent eis delectabilia ⁊ grata ⁊ in eis exercerenſ ſeq̄nti etate.

¶ A ſeptimo aūt āno opꝫ eos diſciplinis inſiſtere ⁊ eaꝝ diſciplinarū in q̄bus inſtruendi ſunt ſpectatores fieri.

Finis.

¶ Politicorū Arſtotelis Liber Octauus

q Uod igiṫ a legiſpoſitore maxime intēdendū ſit circa diſciplinam iuuentutis nemo utiqꝫ dubitabit: naʒ id qdem neglectum in ciuitatibus affert Reip. detrimētum. oportet eni ad ſingula gubernādi genera diſciplinaʒ accōmodari: nā mos vniuſcuiuſqꝫ ꝓprius cōſueuit ⁊ ſeruare Remp. ⁊ ab initio ꝯſtituere: ceu popularis mos popularē: ⁊ paucorū potētie accōmodatus mos eaʒ que cōſiſtit in paucoꝝ gubernatione. Semꝑ aūt melior mos cā eſt melioris Reipublice.

¶ Poſtqꝫ philoſophus declarauit qualiter ⁊ qbus iuuenes ſint diſponendi ⁊ inſtruendi q̄ʒtum ad corpus ⁊ vſqꝫ ad fineʒ tertie etatis que ẜm ip̄m terminaṫ in fine ſeptimi: nunc itendit declarare q̄liter iſtruēdi ⁊ diſponēdi ſunt ẜm itellectū in duabus ſequētibus etatibus: que terminanṫ in fine .xxj. anni: ⁊ ẜm ordinē ꝑmiſſuʒ ꝑus diuidiṫ liber iſte in ptes tres: qm̄ ꝑmo oñdit ꝙ puerorum opʒ facere curā circa diſciplinā in ciuitate optima. Scd̄o cū dicit⌊ Cū v̄o. ⌋Declarat ꝙ coēʒ. Tertio cū dicit⌊ Quenā v̄o. ⌋Declarat que ſit illa ⁊ q̄liter erudiendi ſunt in ipſa. Circa primum ꝑmittit ꝑ° cōcluſionem ſuaʒ dicēs ꝙ nullus habēs rectū uſuʒ rōnis dubitat qn legiſlatorē curanteʒ de bono cōi ciuitatis maxime negociandū ſit circa diſciplinā ⁊ bonā diſpoſitionem: primo iuuenū. deinde ꝓbat hoc per vnaʒ rōnem. Scd̄o cū dicit⌊ Preterea. ⌋Per aliā. In prima pte ip̄e intendit rōnem hanc: De illo opʒ negociari legiſlatorē ⁊ curaʒ hēre qd̄ nō factū in ciuitatibus ledit ⁊ corrumpit reſp. maxime eniʒ debet intendere bonuʒ ⁊ ſaluationem reip. Sed non curare de bona diſpōne pueroꝝ ⁊ dimittere eos aſſueſci in qbus uolunt ledit ⁊ corrumpit remp. Cuiꝰ declaratio eſt: qr expedit ciui aſſueſcere ⁊ diſponere futuros ciues ad vnāquāqꝫ rēp. ẜm modū cōuenietie ei: ſicut mām ad formā: cōſuetudo enim vniuſcuiuſqꝫ reip. ⁊ diſpō cōueniēs ꝑncipiuʒ eſt inſtituēdi rempublicā ⁊ ꝯſeruandi ip̄aʒ iſtitutā. bona ꝑparatio mãe ad formā ꝑncipiū eſt educēdi formaʒ illam in eſſe ⁊ cōſeruandi illam eductā: ſicut videmꝰ ꝙ cōſuetudo popularis ꝑncipiū eſt iſtituendi ⁊ ſaluandi popularem ſtatū: ⁊ paucorū potētie ſtatuʒ paucorū: ⁊ ſilr̃ in alijs: Et ſemꝑ cōſuetudo melior ꝑncipiū iſtitutionis eſt ⁊ ſaluationis ſiue ꝯſeruationis melioris reipublice: ſicut excellentior diſpō mãe eſt ꝑncipiū generationis excellentioris forme. Ex quo manifeſtū eſt ꝙ bona diſpoſitio ⁊ ꝯſuetudo iuuenū ad rempublicam inſtituiṫ ⁊ ſaluat ipſam. quare per oppoſitū idiſpō ip̄orum ⁊ negligētia circa hoc deſtruit ⁊ corrūpit eandē. quare de bona diſpoſitione ſeu diſciplina pueroꝝ opʒ legiſlatorem curare. Deinde cū dicit.

¶ Preterea in cunctis facultatibus ⁊ artibus ſunt quedam ad que erudiri ꝑus opʒ ⁊ aſſuefieri ad earū opera. Itaqꝫ manifeſtum eſt ꝙ ⁊ ad v̄tutis actiones.

¶ Ponit 2am rōnem dicēs ꝙ adhuc ſicut eſt in alijs potentijs ⁊ artibus operatiuis in operatione ſic eſt in virtutibus politicis ⁊ ſcientia politica reſpectu actionuʒ politicaꝝ: ſed ita ſe hēt in alijs potentijs ⁊ artibus ꝙ omnibus opʒ ꝑexiſtere aliquā bonā diſpōnē materie: aut aliquā eruditionem: aut aſſuefactionē. hoc etiā videmꝰ in ſpeculatiuis: qm̄ oīs ars ⁊ oīs doctrina fit ex ꝑexiſtenti cognitione. ⁊ in operatiuis ſimilr̃: ſicut in fiſtulatiua. debēs eni recte fiſtulare ꝑus aſſueſcit in quibuſdam ꝑludijs ⁊ rudimētis. ſilr̃ aūt ⁊ in alijs ſe hēt. opʒ eni māʒ bñ diſponi ad actionem: qr actus actiuorum fiunt in patiente bñ diſpoſito: quare in v̄tutibus ⁊ ſcia politica opʒ ad actionem rectam futurā ꝑerudiri ⁊ aſſuefieri ⁊ diſponi in quibuſdam ⁊ de hoc debet tractare lgiſlator cuius eſt intendere bonum ⁊ ſaluationem reip. Deinde cū dicit.

¶ Cū v̄o vnus ſit finis ciuitati tote: claruʒ eſt oportere diſciplinā quoqꝫ eſſe vnam ⁊ eandem omnium.

¶ Uolens ꝓbare ꝙ opʒ de pueris curam cōmunē habere: ꝓbat prius ꝙ oiuʒ in ciuitate vnā opʒ eē diſciplinā vnaʒ intendēs rōnem hanc. Quorūcūqꝫ eſt vnus finis per ſe: eorum eſt diſciplina vna de eis que ad finem ordinanṫ: qr ratio eorū que ſunt ad finem ex fine ſumiṫ: ⁊ quorū eſt ratio vna ⁊ diſciplina vna ẜm ꝙ huiuſmodi. oium autē viuētium in ciuitate ẜm remp. vnam eſt vnus finis: puta finis Reipublice. Quare manifeſtum eſt ꝙ oium oportet eē vnā ⁊ eandē diſciplinam de neceſſitate. Deinde cū dicit.

¶ Et huiꝰ curam eſſe publicā ⁊ nō priuatā quēadmodum nunc vnuſquiſqꝫ curā habet ſuorū filiorū priuatimqꝫ docēs ⁊ p̄uatam diſciplinā ꝓut ei videtur: ſed opʒ publicorū publice exercitationē fieri.

¶ Probat ꝙ opʒ de his fieri curam cōmunem quātum ad diſciplinā: ⁊ ꝑmo per rōnes. Scd̄o cū dicit⌊ Laudari pñt. ⌋Per exemplū. Circa primū ponit rōnes duas quarū ꝑmā tangens dicit ꝙ de diſciplina pueroruʒ opʒ legiſlatorem facere curam vnā ⁊ nō diuiſim: ſicut nūc in quibuſdā ciuitatibꝰ vnuſqſqꝫ curat de proprijs pueris ẜm ꝙ videṫ ſibi ſeorſum inſtruēs diſciplina ꝓpria quecunqꝫ videṫ ſibi utilis: alius ⁊ alius in alia ⁊ alia. Et huius rō eſt: qm̄ eorum quorum eſt diſciplina vna ⁊ communis expedit facere curam communem ⁊ ſtudium ut cura ſit ꝓportionalis diſcipline. Sed oiuʒ in ciuitate vna eſt diſciplina ⁊ vna rō ut ꝓbatuʒ eſt prius. Ergo de oibus eſt faciēda cura cōmunis ⁊ eadem q̄ʒtū ad illam. Deinde cuʒ dicit.

¶ Et ſimiliter nō debet quiſqꝫ ciuis ſe ſuū exiſtimare: ſed oēs ciuitatis: particula eni ciuitatis vnuſqſqꝫ eſt: cura v̄o ſingularū pticulaꝝ reſpicē nata eſt ad curā totius.

¶ Ponit ſcd̄aʒ rōnem: ⁊ eſt: Cura de pte ⁊ diſpoſitio debent eſſe ẜm hītudinem ad totū. Tum qr pars eſt propter ip̄m totum. Tum qr rōnem ⁊ eſſe habet ab ipſo: Nunc aūt ſimul cū his que dicta ſunt oportet intelligere vnūquēqꝫ ciuem nō eſſe ſuiipſius ſolum neqꝫ grã ſui. Sed oēs ciuitatis ⁊ grã eius. Ergo cura vniuſcuiuſqꝫ ciuium ⁊ diſpoſitio facienda eſt ẜm habitudineʒ ad totam ciuitatem ⁊ bonum ipſius. ẜm igiṫ eundem modū curandi ſunt ⁊ diſponēdi iuuenes ẜm ꝙ tota ciuitas curaṫ ⁊ diſponitur ad bonum commune. ſed de iſtis facienda eſt cura communis. ergo ⁊ de iuuenibꝰ. Deinde cum dicit.

¶ Laudari poſſunt in hoc lacedemonij: nā plurimam circa pueros diligentiam faciunt: ⁊ quidem publice. Quod igiṫ lege ꝓuidēdum ſit circa diſciplinam iuuētutis ⁊

hoc publice faciendũm patet.

¶ Manifeſtat idem per exēplū dicēs ꝙ rōnabiliter poterit aliquis laudare Lacedemonios qui reputantur bn̄ gubernare in hoc. maximā enīʒ curā ⁊ ſtudiū īpendūt circa diſciplinā pueroruʒ: ⁊ hoc nō ꝑuatim ſed cōiter: bn̄ exiſtimantes ꝙ bona diſpō pueroꝝ cōis induceret bonaʒ remp. cōſequenter. Qđ igit̄ oportet legiſlatorē curare ⁊ ferre leges de diſciplina iuuenū: ⁊ ꝙ hāc curā ⁊ diſciplinam de ea opʒ eſſe cōmunem manifeſtū eſt ex dictis. Deinde cum dicit.

¶ Quenā ꝟo iſta ſit diſciplina ⁊ quō tradēda latere nō debet: nam nunc q̄deʒ in ambiguo eſt nec eadē oēs cēſent iuuentutem addiſcere debere: neqꝫ ad ꝟtutē: neqꝫ ad vitā optimā. neqꝫ cōſpicuū eſt utrum per intelligentiā magis deceat uel per animi morē. Impedimētorū quoqꝫ reſpectꝰ cōſiderationem diſcipline cōturbat cū manifeſtum nō ſit. utrū exercitatio noſtra accōmodāda ſit ad ea que ſunt utilia ad vitaʒ: uel ad ea que tendūt ad ꝟtuteʒ: uel ad ea que ad maiorē quendā ſuperfluūqꝫ pertinēt apparatū. hec enī oia patronos quoſdā ſuſcipere. De his quoqꝫ que ad ꝟtutē tendūt nihil ꝯfeſſum exiſtit. Eteni ꝟtuteʒ nō eandē oēs ſtatiʒ honorāt: ex quo fit ut diſcordēt circa illius exercitationem.

¶ Declarat que ſit illa diſciplina ⁊ qualr̄ ſunt erudiēdi in ea. ⁊ circa hoc primo p̄mittit itētum ⁊ neceſſitatem ꝯſiderationis de ipo. Scđo cū dicit [Qđ igit̄.] Proſeqtur. In p̄ma pte dicit ꝙ ciuem opʒ nō latere que ſit hꝰᵒⁱ diſciplina pueroruʒ cōis ⁊ q̄liter ⁊ quō opʒ pueros erudiri in ipſa. Cuius rō eſt: qm̄ multi dubitāt de ipa ſicut apparet ex opibus ⁊ diuerſis opinionibꝰ de ea. nō eni oēs opinant̄ pueros debere erudiri in eiſdē diſciplinis: neqꝫ in ordine ad ꝟtutē: neqꝫ in ordine ad idē optimū: ſed q̄dam in vna puta in iudicatiua ſeu Rhetorica: q̄dā in alia: puta medicatiua uel exercitatia uel hꝰᵒⁱ. Nec etiā manifeſtuʒ eſt oibus utrū magis opʒ eos erudiri ſeu aſſueſieri in his que ptinent ad itellectum: puta in ꝟtutibus itellectualibꝰ: uel in his que ptinēt ad morē aie: hoc eſt in ꝟtutibꝰ moralibꝰ: que ſunt in pte appetitiua ipſius. Iterum. Conſideratio de diſciplina que ordinat̄ ad vitā actiuaʒ plena eſt turbatione: que ſ. ſit optima. cui magis itendendū ſit: diuerſi enī diuerſas ponunt ſm̄ ꝙ diuerſos fines in agibilibꝰ ꝯſtituūt. Adhuc nō eſt manifeſtū utrum magis ſtudēduʒ ſit circa opationes vite actiue: aut circa ea que tendunt ad ꝟtutem que eſt p̄ncipiū illius: an circa ſupflua: puta circa delectationes ſenſibiles nō neceſſarias: diuerſi eniʒ circa hoc diuerſa opinant̄: ⁊ ꝙ hic iſtoꝝ hēt ꝓprios iudiceʒ. Itēꝝ de ꝟtutibꝰ que ſit p̄ncipaliʒ nihil ꝯcorditer dicunt: nō eni omnes honorant eandeʒ ſicut p̄ncipaliorē: ſed alij ⁊ alij aliā ⁊ aliā. quia igit̄ de his diuerſi diuerſimode exiſtimāt: ⁊ ſm̄ diuerſitateʒ exiſtimationis fit diuerſitas ſtudij: rōnabiliter diuerſificant̄ circa ſtudium iſtoꝝ: q̄libet eniʒ ſtudet ⁊ itendit circa id qđ ſibi melius ⁊ poſſibiliꝰ exiſtimat. Quare rōnabiliter ꝯſiderandum eſt que ſit diſciplina oīs circa quā ſit ſtudēdū ſic̄ circa optimā pueris. Deinde cuʒ dicit.

¶ Quod igit̄ ex utilibus neceſſaria ſint addiſcenda manifeſtum eſt: ꝙ aūt nō oia diſtinguētibus liberalia opa ab illiberalibus: patebit illa talia eſſe recipienda que cum utilia ſint faciunt exercētem habentemqꝫ nō vilis exercitij operatorem. Vile autem exercitiū putādū eſt ⁊ ars ⁊ diſciplina que cūqꝫ corpus aut animum aut mentem liberi hoīs ad uſum ⁊ opera ꝟtutis inutile reddunt. Itaqꝫ ⁊ artes ille que deterius diſponunt corpus ⁊ cuncta mercenaria exercitia ſordida nuncupamus: mentem enī occupatam ⁊ vilem reddunt.

¶ Proſequit̄. ⁊ p̄mo declarat in ulī in q̄bus erudiendi ſunt: qm̄ in utilibus ⁊ liberalibus. Scđo cum dicit: [Sunt autē fere.] Magis determinate declarat que ſint ille. Circa p̄muʒ p̄mo oñdit ꝙ in utilibus ⁊ liberalibus ſunt erudiendi. Scđo cum dicit: Sunt etiā quedam. Declarat uſqꝫ ad qđ ⁊ cuius grā. Et circa p̄muʒ eſt itelligendum ꝙ hō liber eſt qui eſt ſuiipſius cauſa ⁊ in rōne cauſe mouētis ⁊ in rōne finis ſicut dictū eſt p̄us. In rōne q̄dem mouentis qñ ab illo per qđ eſt hō ⁊ qđ eſt p̄ncipale in eo: puta ab intellectu mouere p̄iudicando ⁊ ordinādo modū ⁊ rōneʒ agēdi. In rōne finis cū mouet̄ ad bonuʒ ⁊ fineʒ ipſius ſm̄ illud idem qđ p̄ncipale eſt in eo ſm̄ itellectum: ⁊ tanto tpe magis liber eſt ſm̄ nām quāto magis natuʒ eſt moueri ab eo qđ p̄ncipaliſſimum eſt in eo ⁊ ad finem ⁊ bonū eius ſm̄ illud idē. Homo aūt ſeruus dicit̄ qui nō eſt natus moueri ꝓpter indiſpoſitionē materie ab itellectu ꝓprio per quē determinatur: ſed ab itellectu ⁊ rōne alterius. Nec ēt operatur ſui grā: ſed grā illius alterius: ⁊ quāto minꝰ natus eſt moueri a ſe ⁊ magis ab alio ⁊ ad finem alterius: tanto magis ſeruuʒ eſt. Ad hoc aūt ꝙ moueatur ab alio ⁊ agat ad finem alterius req̄ritur robūr corporale. Et hoc rōnabiliter accidit: qꝛ ubi deficit ꝟtus intellectus ⁊ forme excedit ꝟtus corpis ⁊ materie. Et ꝓpter hoc dixit Arꝫ. in p̄mo huius ꝙ vigētes itellectu ⁊ ſi deficiant corpore ſunt naturaliter aliorū domini. robuſti autē corpore deficientes itellectu ſunt nāliter ſerui. Et ſm̄ hoc ſciētia libera uel liberalis dicta eſt ab antiq̄s ſm̄ quā hō per ſe diſponitur ſm̄ itellectū ad finē ꝓpriū. illa aūt ſm̄ quā diſponitur in ordine ad bonuʒ corporis per ſe ⁊ ad bona exteriora: ſeruilis: qꝛ ordinatur ad bonū eius ſm̄ hoc ꝙ debet ſeruire. In homine ut mechanica: qꝛ mechari facit quodammodo itellectū: circa ea que nō ſunt ꝓpria ſibi ſʒ ꝙ hꝰᵒⁱ: ⁊ iter liberas ⁊ illiberas eſt maxime que imediate diſponit itellectum ad finem optimū: puta illa in cuius operatione cōſiſtit felicitas. illa aūt que mediate diſponit itellectum ad ipm̄ minus: ſicut ſcientie poſteriores in quibus ſcire ꝯtingit ordinare ad ſcire in ſuperiori: q̄ʒuis ꝯtingat ipʒ querere propter ſeipm̄. ⁊ illa minime liberalis eſt inter ſpeculatiuaʒ in qua minime queritur ſcire pp̄ ſe ⁊ que per plura media ordinatur ad bonū hominis ultimuʒ. Silr̄ iter ſeruas illa magis ſerua eſt in qua magis depꝛimitur itellectus ſeu rō circa viliora ⁊ magiʒ extranea ab homine ſm̄ ꝙ hō: ſicut illa que ordinatur ad bona exteriora magis q̄ʒ que ordinat̄ ad bonū corporis. Quāuis aūt liberali maxime nō ꝯtingat uti male q̄ʒtū ad uſum per ſe ipſiꝰ poſterioribꝰ: tñ etiaʒ minus liberalibus q̄ʒtum etiā ad uſum earuʒ per ſe cōtingit: ſicut circa finē ultimū hoīs ſimpliciter nō contingit male ſe habere: his autē que ſunt ad ipſum contingit quādoqꝫ male uti. ⁊ hoc contingit quando per conſiderationē uel exercitiū in eis retrahit̄ aliq̄s uel a fine uel ab his que propinqora ſunt fini: ſicut cōtingit per ꝯſiderationem in aliqua ſciētia poſteriori reſpectu alicuius minus ſcibilis retrahit̃ aliqs a ꝯſideratione in p̄ma reſpectu maxime ſcibilis. Hoc igit̃ viſo ſupponens Ar. ꝙ expedit pueros erudiri in diſciplinis utilibus ad finē: ſicut manifeſtū ꝓbat qḋ nō in oībus utilibus ſed in liberalibus dicēs: ꝙ manifeſtū eſt ex ſe qḋ expedit pueros in ciuitate bene oꝛdinata erudiri in diſciplinis utilibus ad finē Reipublice. illa eni que oꝛdinant̃ ad finē aliquē expedit p̄parari ⁊ diſponi ad ip̄m. Pueri aūt oꝛdinādi ſunt ad finē reipublice: ⁊ diſciplina ⁊ eruditio ſunt p̄parationes ipſoꝝ ad ip̄m. Qḋ aūt nō expedit eos erudiri in omnibus utilibus ul'r: ſed tm̄ in utilibus liberalibus manifeſtū eſt: diſtinctis diſciplinis per liberales que per ſe diſponūt intellectum ad finē: ⁊ illiberales que per ſe oꝛdinant̃ ad bonū coꝛporis ſicut dictū eſt. ſed talibꝰ expedit eos ꝑticipare quecūq; de nūo utiliuꝫ ad finē per ſe faciunt ꝑticipantē mercenariū. mercenariā aūt opationē ⁊ artē ⁊ doctrinam opꝫ itelligere eas quecūq; coꝛpora liberorū aut aiam: aut ēt itellectū male ⁊ iutiliter diſponūt ad uſus ⁊ actiones v̄tutū moraliuꝫ ⁊ itellectualiū. uel ēt ad uſuꝫ ꝑfectiſſime virtutis que eſt felicitas. pp qḋ ⁊ huiuſmodi artes quecūq; diſponunt coꝛpus deterius ad huiuſmodi virtutes ⁊ in quarū opationibꝰ abſoꝛbet̃ itellectus viles dicimꝰ: ſicut artes forēſes uel artes etiā in qbus coꝛpꝰ maculatur. qm̄ per uſuꝫ earū faciūt mentē nō uacanteꝫ circa ea que ſunt bona eius per ſe ⁊ deprimūt eam ad ea in quibus perfectio ipſius ſm̄ ſe non inuenitur. Deinde cum dicit.

Sunt etiā quedā ex liberalibus ſcientijs q̄s uſq; ad aliquid diſcere honeſtū ſit: penitus v̄o ſeſe illis tradere ac ad extremū uſq; ꝓſequi uelle nocumētis illis que ſupra diximus obnoxios facit: ſed refert plurimum cuius gratia quis agat uel diſcat. nam ſi gratia ſui uel amicorum uel ꝓpter v̄tutē nō eſt illiberale. qui v̄o idipſuꝫ agit ꝓpter alios ſepe utiq; videbit̃ illiberaliter ac ſoꝛdide agē. Diſcipline igit̃ ille de qbus diximus ad utranq; ꝑtem ſe hn̄t.

Declarat uſq; ad qd ⁊ cuius grā opꝫ erudiri in liberalibus ⁊ aſſuefieri: ⁊ dicit ꝙ q̄zuis eruditio ⁊ uſus p̄me ⁊ p̄ncipalis v̄tutis querēda fuit quātacunq; ⁊ ſine termino: tm̄ ꝑticipare ſciētijs liberalibꝰ aliqbꝰ: puta quarum uſus oꝛdinat̃ ad uſum excellentiorem uſq; ad aliquē terminū nō illiberale eſt. Cōtinue aūt ⁊ aſſidue exercere ſe in eis uſq; ad q̄tamcūq; ꝑfectionē ualde nociuū eſt ꝓpter dicta nocumēta: qꝛ. ſ. accenſio ⁊ ꝯſideratio cōtinua in eiſ retrahit: aut ſimpl'r: aut in ꝑte ab uſu optime v̄tutis. Et iterū manifeſtum eſt ꝙ ſciētie iſte ⁊ uſus earū oꝛdinant̃ in finē ulterioꝛē Quāuis aūt appetitus finis ifinitus ſit: appetitus tm̄ eorū que ad finem oꝛdināt̃ur nō eſt ifinitus: ſed determinatus a fine uſq; ad aliqd erudiri ⁊ cōſiderare in eiſ liberale eſt. ſ. inq̄ztū utiles ſunt ad finē ⁊ nō amplius. Sed multa differentia eſt ad quē finē aliqs addiſcit aut exercetur in eis. ſi eni ꝓpter actum v̄tutis excellētioꝛis ſuiipſius: non eſt prauū nec illiberale. aut ſi etiā ꝓpter bonū v̄tutis aliquorū amicoꝝ: qꝛ amicus eſt uelut alter ipſe. Si autē aliqs addiſcat eas ⁊ opet̃ in eis ſepe ꝓpter alios ut inde repoꝛtet cōmodū ⁊ utilitatē ſm̄ bona exterioꝛa: ut multi iuriſtarum ⁊ medicorū faciūt: mercenariū ⁊ ſeruile erit. Dictū eni eſt p̄us diſciplinā ſeruilem eſſe que oꝛdinat̃ ad coꝛpus ⁊ ad bona exterioꝛa cū depreſſione itellectus. Dixit aūt qui hoc agit ſepe ꝓpter alios: qꝛ quādoq; bonum eſt uti talibus ſciētijs ad alios aliqñ ꝓpter bonū alioꝝ tm̄ ſine utilitate ꝓpꝛia: ut qñ neceſſitatē habētes a ſe uel ab alijs non pn̄t iuuari oppoꝛtune. Aliqñ ēt propter utilitatē propꝛiā: ut repoꝛtent lucruꝫ rōnabile: ſm̄ tn̄ ꝙ utile eſt ad finē ⁊ bonū ſm̄ itellectū nō deprimēdo itellectū ip̄m in uſu ipſo. Premiſſe igit̃ diſcipline ſeu eruditiones ad utrūq; ſe habēt. qꝛ ꝯtingit eis bn̄ uti ad finē ⁊ male quēadmoduꝫ dictum eſt. Conſequenter cum dicit.

Sūt aūt fere quatuoꝛ quas diſcere iuuenes cōſueuerūt: litteraſ: Gymnaſticā: muſicā: addunt v̄o qdam figurandi peritiaꝫ: litteras qdeꝫ ⁊ figurationē tanq; utiles ac ualde expediētes ad vitā. Gymnaſticā v̄o tanq; ꝑtinētem ad foꝛtitudinē.

Declarat determinate que ſunt ſciētie cōuenietes pueris: ⁊ primo p̄enumerat eas. Secundo cum dicit⌊ De muſica v̄o.⌋ Declarat cuius grā ⁊ qualiter ſunt in eis erudiēdi. In p̄ma ꝑte dicit ꝙ quatuoꝛ ſunt diſcipline fere: quas cōſueuerūt iuuenes addiſcere in ciuitatibuſ que bn̄ gubernant̃. ſ. diſciplinā litteraꝝ: puta grāmaticam ſeu rōnalē ul'r: ⁊ luctatiuā: ⁊ muſicam: ⁊ artē figurādi que coiſ eſt pictoꝛie ⁊ ſcriptoꝛie. ⁊ eſt ualde utiliſ ad operationes vite humane ⁊ ualde bona ſm̄ ſeipſaſ. inquantuꝫ in eis aliqualiter perficit̃ itellectꝰ. Gymnaſtica utilis eſt tanq; cōferens ad foꝛtitudinem ⁊ robur iuuenum. Deinde cū dicit.

De Muſica v̄o ambigit̃. Nā nunc quidem plurimi uoluptatis gratia illā addiſcunt. Ueteres aūt inter diſciplinas eam collocauerūt ex eo ꝙ nā ut querit ſepe dictū eſt nō ſolū in negocio recte: uerū ēt in ocio laudabil'r poſſe uerſari. Hoc eni p̄ncipiū eſt oīum ut rurſus de illo dicamꝰ.

